Unde Luc. iij.e. Ieſus erat incipiens q̃ſi annorꝫ triginta/ vt putabatur filius ioſeph. i A naçareth: id eſt natum d naçareth. Et hoc nõ eſt verum: immo fuit nat⁹ in bethleem: G nutrit⁹ ṽo ĩ naçareth. Sʒ philipp⁹ putabat ꝙ fuiſſet nat⁹ ĩ naçareth. Nathanael ṽo peritiſſimus ſcripturarũ bñ ſciebat ꝙ nõ de naçareth ſed de bethleem ventur⁹ erat meſſias. Unde Michęę. v.a. Et tu bethleem ephrata paruulus es in milib⁹ iuda/ ex te mihi egredieẽ qui ſit dñator ĩ iſrael. Cum aũt duo contineat philippi oratio. ſ. chriſtum iam veniſſe/ ꝛ ipſum ĩ naçareth natum eſſe: nathanael vt doctiſſim⁹ in lege ꝛ ꝓphetis/ videns ex vna parte tempus iam impletũ quo chriſtus debebat venire: et ex alia parte ſcriptum eſſe/ ꝙ non a naçareth ſed potius de bethleem venit chriſtus/ non potuit ſimpliciẽ contradicere orationi philippi/ nec ſimpliciẽ affirmare: vnde temperando reſponſum interrogauit: k Et dixit ei: id eſt philippo/ nathanael: A naçareth poteſt aliquid boni eſſe: Chryſ. Non dixit confeſtim nathanael/ mentiris philippe: quia de bethleem oportet chriſtum venire: ſed mitẽ fecit refutationem. Nõ eni dixit nullum bonũ galilea fert/ ſed interrogatiue dixit: A naçareth poteſt aliquid boni eſſe: Ueruntñ quędã Glo. dicit ꝙ poteſt legi remiſſiue ſine omni interrogatione. Ut autẽ oĩs dubitatio tollatur/ et omnis contrarietas quę videtur eſſe inter gloſas abſoluatur: notandum ꝙ aliquis poteſt eſſe dupliciẽ a naçareth. ſ. educatione vel natione. Unde quia Eſa. xj.a. dictum eſt de chriſto: Quoniã naçare⁹ vocabiẽ: intelligit nathanael hoc debere accipi de educatione/ non de natiuitate. Et ideo quia philippus verbum dubiũ in ſua oratione poſuerat: et ipſe dubie reſpondit. Unde quidam expoſitorum conſiderantes hanc dubitationem/ dicunt ꝙ debet legi interrogatiue. Alij ṽo reſpicientes intellectum nathanaelis/ quo ipſe ĩtellexit chriſtum eſſe a naçareth educatione: dicunt ꝙ debet legi remiſſiue. l Dicit ei philippus: ſciens ꝙ ieſus erat chriſt⁹ vndecũqꝫ eẽt. m Ueni/ ad ieſum. n Et vide/ ipſũ: quia ipſa viſio et auditio eius homines attrahebat ad ſe. Et per hoc videtur ꝙ prędictus ſermo magis interrogatiue/ vt dic Chryſ. ꝙ̃ remiſſiue/ vt dicunt alij/ intelligend⁹ eſt. Philippus enim idiota neſciens reſpondere: nec multum curans de ſolutione queſtiõis ſibi facte: miſit eum ad fontem ſapiẽtię: id eſt ieſum/ dicẽs: m Ueni/ mente ꝛ corpore: n Et vide/ oculo interiori ꝛ exteriori. Et ſtatim venit nathanael: qđ tñ trãſit euãgeliſta cauſa breuitatis. o Uidit ieſus/ viſione ſalubri. p Nathanael venientem ad ſe: ſtimulatũ videndi deſiderio/ et tractum a philippo. r Et dicit de eo/ chriſtus de nathanael/ cum adhuc diſtaret: ita tñ ꝙ audire poterat: vt dicit Chryſ. s Ecce vere iſraelita: id eſt non ſolũ carne ex iſrael/ ſed fide ꝛ imitatione. Roma. ix.b. Non omnes q ſunt ex iſrael/ hi ſũt iſraelitę. t In quo dolus non eſt: fraudis aut ſimulationis. Nec per hoc negat eum dominus eſſe peccatorem/ ſed cõmendat ſimplicitatẽ. Sed quare commendat eum domin⁹ potius ꝙ̃ alios: Item quare adhuc diſtanti nathanaeli locutus eſt: Item quare non fecit eum apoſtolum ſuum quem ita commendauit: Item quare non dixit ei: Nõ eſt verũ qđ dixit tibi philippus. ſ. me eſſe a naçareth: Item quare dixit ei: Ecce vere iſraelita in quo dolus nõ eſt: cum per hoc videatur innuere aliquem vł aliquos eſſe falſos iſraelitas in quibus eſt dolus. Solutio. Ad primum dicendum/ ꝙ propter duo domin⁹ laudauit nathanael poti⁹ ꝙ̃ alios. Primo propter ardens deſiderium videndi ipſum ieſum qđ habuit nathanael: qđ cõmune fuit ſibi cum alijs: ſed forte ardentius fuit in eo: quia per ſcripturas nouerat tempus aduentus chriſti veniſſe: vnde leui perſuaſione philippi iuit videre ipſum. Aliud fuit/ ꝙ prę alijs habuit iugem meditationem legis qua ſciuit chriſtum non naſci in naçareth: nec tñ de ſua ſcientia ſuperbiuit/ nec philippo falſum aſſerenti ſuperbe reſpondit. Ad ſecundum dicẽdum ꝙ ideo adhuc diſtãti dixit ſecretũ ei⁹: vt ꝑ hoc oſtẽderet ſe eſſe meſſiam verum deum ꝛ verum hominem: qui nullo reuelãte cognoſcit occulta. Ad tertium dicẽdum/ ꝙ ideo non fecit domin⁹ nathanael apoſtolũ: quia doctiſſimus erat ĩ lege/ vt dicit Aug⁹: quia prędicationis ſuę fructus a pluribus magis ſapientię eius ꝙ̃ virtuti diuinę aſcriberetur. Ad quartum dicendum/ ꝙ ideo non dixit domin⁹ nathanael: non ſum de naçareth: ſicut dixit philippus/ ne ſermonem altercabilem poneret inter fratres. Ad quintum dicimus/ ꝙ ad differentiam ſcribarum ꝛ phariſeorũ qui legem ꝛ prophetas nouerant/ nec tñ veri iſraelitę erant ſ; pleni dolo fraudis ꝛ ſimulationis/ dixit: Ecce vere iſraelita ĩ quo dolus non ẽ. Unde Chryſ. dicit. Itaqꝫ eſt ꝛ falſus iſraelita/ ſcriba. ſ. et phariſeus: qui ab herode requiſit⁹ vbi chriſt⁹ naſceretur/ perhibuit teſtimoniũ ipſi quem nondum viderat: dicẽs/ in bethleem iudę: cum autem vidit ipſum miracula facientem ꝛ audiuit mira loquentẽ/ negauit ſe noſſe vnde eſſet. j. ix.f. Nos ſcimus ꝙ moyſi locutus eſt dominus: hunc autẽ neſcimus vnde ſit. Sed nathanael ita abſens ſicut pręſens ſe habuit: hic ſemper ſciuit ꝛ ſemper confeſſus ẽ chriſtũ in bethleem naſci. Sequitur: v Dicit ei/ chriſto. x Nathanael/ audita cõmendatione ſuꝑ ſe ipſi⁹ ab illo. y Unde me noſti. In hoc ipſo probat ſe nathanael verum iſraelitam: qꝛ nec laudibus inclinatur ad conſentiendum laudanti ſe: ſed G rectus permanens

* ſępe offertur. Unde ſequitur: a Inuenit philippus nathanael/ doctiſſimum in lege et honeſtum in conuerſatione. Moraliter c Et dicit ei: quem ſcripſit moyſes ĩ lege ꝛ prophetę: inuenimus ieſum filiũ ioſeph a naçareth. Tales etiam quęrit laus humana: bonos ꝛ ſapiẽtes frequenter infeſtat. Aug⁹. Cũ cętera vitia in malis operibus exerceanẽ vt fiãt/ ſuperbia ṽo etiã bonis operibus inſidiaẽ vt pereãt. k Et dixit ei nathanael: A naçareth poteſt aliquid boni eſſe: Bona eſt interrogatio ad reprimendã laudẽ humanam oblatam. Naçareth eni interpretaẽ flos: et ſignificat principium bonę conuerſationis. Unde licet homo ſit ieſus ꝛ filius ioſeph: id eſt licet ſit perfectus ꝛ ſe ꝛ alios ſaluans: tñ debet reputare ſe eſſe in flore: id eſt in principio: ꝛ adhuc periculis patere. Luc. xvij.c. Cum omnia bene feceritis dicite ſerui inutiles ſum⁹. l Dicit ei/ nathanaeli/ philipp⁹: m Ueni ꝛ vide/ bonũ qđ habes: qđ facit diabolus vt homo ſuperbiat. Sequitur: o Uidit ieſus: id eſt prędicator. p Nathanael/ donatũ deo: id eſt pęnitẽtẽ. q Uenientem ad ſe: id eſt eius conſilijs ꝛ monitis acquieſcẽtẽ. r Et dicit de eo: ecce vere iſraelita ĩ q dolus nõ ẽ. Hic notanẽ tria quę debent eſſe in vere pęnitẽte. Primũ eſt veritas ꝯfeſſiõis: qđ notaẽ ꝑ/ vere. Secũdũ ẽ rectitudo intẽtiõis: qđ notaẽ per/ iſraelita. Tertiũ ẽ ꝓpoſitũ ꝯſũmationis ſeu ꝑſeuerantię: qđ notaẽ ibi: In quo nõ eſt dolus. Ille eni in dolo pęnitet: qui in pęnitẽtia non ꝑſeuerat. Et talẽ fugit ſpũſſanctus. Unde. Sap. j.b. Spũſſanct⁹ diſciplinę effugiet fictũ. v Dicit ei nathanael: vñ me noſti: Sic debet rñdere vere pęnitẽs omi laudanti ſe/ nõ ſtatim acqeſcere. Pſ. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Proverb. j.b. Fili mi ſi te lactauerint pctõres ne acquieſcas eis. Pſ. 140.

* Reſpondit ieſus et

rectus permanens/ vtrū ſit chriſtus occulta cognoſcēs/ inueſtigat. Et quia chriſtus nō diu volebat eū fluctuare ī dubio: a Reſpondit/ ei: id eſt nathanaeli: b Jeſus/ volēs ipſum ſaluare. c Et dixit ei/ adhuc dubitanti/ ſed querenti ⁊ certificari volēti. d Priuſꝗ̄ te philippus vocaret: vt venires ad me. e

ſti: Reſpōdit ieſus ēt dixit ei: Priuſꝗ̄ te philippus vocaret cūm eſſes ſub ficu vidi tē. Reſpōdit ei nathanael/ ⁊ ait: Rabbi: tū es filius dei: tū es rex iſrael. Reſpondit ieſus ēt dixit ei: Quia dixi tibi/ vidi tē ſub ficu crēdis: maiꝰ his videbis. Et dicit ēi: Amē amē dicō vobis: vidēbitis cęlum aptū ēt angelos dei aſcēdētes ⁊ deſcēdētes ſuper filiū hoīs.

Cum eſſes ſub ficu. Ad litteram ſub arbore fici: locū proprium in quo inuentus eſt/ et genus arboris ſub q̄ erat determinās: qđ purꝰ homo abſens ſcire non poſſet. Vel f Sub ficu: id eſt in lumbis adę/ quando comedit ficum. Vel/ Sub ficu: id eſt ſub littera legis: g Vide te: id eſt noui te qualis eſſes/ et qđ ageres vel acturus eſſes. h Reſpondit ei nathanael/ et ait: rabbi: id eſt magiſter: et per hoc cōfitet̄ ſe diſcipulum. k Tu es filius dei. Per hoc oſtendit ſe vere iſraelitam: ſic dixerat dñs. ſ. l Tu es rex iſrael: cuiꝰ ego ſū miles. Querit autē Chryſ. in. xxj. homelia: q̄re nathanael nō beatificetur a chriſto pro hac cōfeſſione: ſicut petrꝰ Mat. xvj. c. Et videt̄ ꝙ iſte potius deberet beatificari ꝗ̄ petrus: quia petrus poſt multa miracula viſa confeſſus eſt filium dei eſſe chriſtum: iſte ꝟo nullo viſo miraculo. Reſpōdet et dicit/ ꝙ licet eadem verba dixerit vterqꝫ: id eſt petrus ⁊ nathanael: nō tñ ex eodem intellectu. Petrus eni̅ intellexit ipſum eſſe dei filium naturalem: nathanael ꝟo non niſi per gratiam ſpecialē. Unde nathanaeli ꝓmittitur viſio angelorum deſcendentiū ſuper chriſtum ⁊ aſcendētiū/ ad probationē diuinitatꝭ chriſti: qđ nullo modo fieret ſi plene cognoſceret diuinitatē chriſti: petro ꝟo nihil tale promittit̄/ ſed ſuper eius perfectionē dicitur eccleſia ędificanda. Poſſet ⁊ aliter ſolui: ꝙ licet eadē fuerit petri et nathanaelis confeſſio: nō tñ idem mouens ad confeſſionem: ſicut patet ex circūſtātia litterę. Hic certa ſigna diuinitatis exhibita fuerunt nathanaeli. ſ. cognitio ſecretoꝝ/ obſequiū angelorum: In mattheo ꝟo magis fuit oppoſitum: quia cum quidam dicerent ipſum eſſe hieremiam: alij heliam: alij iohannem baptiſtam aut vnum ex prophetis: petrus nullo homine perſuaſus ſimpliciter confeſſus eſt ipſum eſſe filium dei: Et ideo dictum eſt ei: Beatus es ſimon bariona: quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi: id eſt homo vel ratio humana/ ſed pater meꝰ qui eſt in cęlis. m Reſpondit ieſus: nathanaeli. n Et dixit ei/ verum dicenti/ ſed non plenam veritatem cognoſcenti. o Quia dixi tibi/ vidi te ſub ficu/ cum eſſes abſens: q Credis/ me eſſe filiū dei ⁊ regē iſrael. q. d. ex quo h̄ modicū mouet te ad credendū: r Maius/ indiciū meę diuinitatꝭ: s his/ q̄ iam vidiſti: t Videbis: nō ſolū ocl̄is cordis/ ſed etiā oculis corporis. Et ſtatim ſubdit quid ſit illud maius. v Et dicit ei: Amen amen: id eſt vere ⁊ abſqꝫ omni dubio: x Dico vobis: id eſt tibi et alijs. Geminare/ amen/ proprium eſt iohannis propter maiorem ſcribendi certitudinē. Gen. xlj. d. Qđ vidiſti ſecundo ad eādem rem pertinēs ſomniū firmitatis indicium eſt/ eo ꝙ fiat ſermo dñi ⁊ velociꝰ impleatur.

Ps. 40. Amen tenetur
- Nominaliter. Apocl. iij. c. Hęc dicit amen teſtis fidelis et verus.
- Verbaliter. In Ps. Fiat/ fiat. In hebręo Amen/ amen.
- Aduerbialit̄. Hic: Amē amē dico voƀ ⁊c.

y Videbitis cęlum apertum: ſicut ī tranſfiguratiōe et in baptiſmo. z Et angelos dei aſcēdentes ⁊ deſcēdētes ſuper filium hominis/ obſequētes ei vt regi ſuo. Per aſcendere ⁊ deſcendere notat̄ frequentia obſequij. Sępe eni̅ tale obſequiū exhibuerūt ei angeli/ ſic dic̄ Chryſ. Sicut poſt ieiuniū: Matth. iiij. b. Et poſt oratione̅ in monte oliueti: Lucę. xxij. e. Sed euangeliſta cauſa breuitatis prętmittit iſta. Sic̄ iacob patriarcha vidit ſcalam attingentem vſqꝫ ad cęlum et dñm innixum ſcalę ⁊ angelos aſcēdentes ⁊ deſcēdentes: Gen. xxviij. c. Sed cū angeli ſint ſpiritꝰ inuiſibiles: nec videri poſſint oculis corporalibꝰ/ credendū ē ꝙ in figura humana et iacob ⁊ nathanael viderūt angelos.

* a Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei: priuſꝗ̄ te philippus vocaret cū eſſes ſub ficu vidi te. Vocatio philippi eſt laudatio peccatoris: ficus dulcedo pcti: Sub q̄ ſępe videtur peccator a pdicatore: quę viſio ſępe ē ei occaſio ſanitatis. Liberius enim peccant homines cum credūt ſe a nemine videri. Vñ Job. xxiiij. c. Oculus adulteri obſeruat caliginem/ dicens: nō me videbit oculꝰ et cooperiet vultum ſuum. b Reſpondit ei nathanael et ait: tu es filius dei: tu es rex iſrael. Reſponſio iſta eſt gratiarumactio de hoc ꝙ pęnitens extractꝰ eſt a peccato. Unde dominꝰ ſępe replicat iudęis: immo omnibꝰ peccatoribus iam pęnitentibus ꝙ eduxerit eos de peccato. Michęę. vj. a. Popule meus quid feci tibi aut in quo moleſtus fui tibi: reſpōde mihi: quia eduxi te de terra ęgypti: ⁊ de domo ſeruitutis liberaui te ⁊c. Hęc autem gratiarumactio cōſiſtit in tribus. Primo/ vt nihil ſit in opere pęnitentis diſſonū diſciplinę chriſti. Secundo/ vt ſincera fides ſit de diuinitate chriſti. Tertio/ vt ſit fides ītegra de humanitate chriſti. Quidam eni̅ decepti humilitate diſpenſatiōis/ errauerūt in chriſti diuinitate: vt arriani. Alij deluſi dignitate diuinitatꝭ/ errauerunt in humanitate eius: vt manichei. Sed verę pęnitens vtrunqꝫ cōfitetur. Unde dicit: i Rabbi: Ecce magiſterium chriſti/ qđ debet repręſentari in vita. k Tu es filiꝰ dei: Ecce cōfeſſio verę diuinitatis. l Tu es rex iſrael: Ecce ꝯfeſſio verę humanitatis ī q̄ fuit rex ecclię. Apocl. xix. c. Ecce equus albꝰ ⁊ qui ſedebat ſuper eū vocabatur fidelis et verax: et habet ī veſtimēto ⁊ ī femore ſuo ſcriptū: Rex regum et dominꝰ dñantiū. m Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei. Iſtud rñdere ē pęnitentē ad altiora erigere. o Qz dixi tibi/ vidi te ſub ficu. i. ſub delectatione peccati. q Credis/ mihi/ maius his videbis: in profectu virtutū vel in peruentiōe patrię. Et qđ ſit illud maius aperit. Unde ſequitur: v Et dicit ei: Amen amen dico vobis: videbitis cęlū apertū: ad vos recipiendos ſi perſeuerauerītis in pęnitentia. Matth. x. c. Qui pſeuerauerit vſqꝫ in finem h̄ ſaluus erit. z Et angelos dei aſcendētes ⁊ deſcendentes ſuper filium hominis. Hic tangit̄ triplex gaudium de triplici viſione. Primū eſt đ viſione cęli aperti: ſiue cęlum accipias ſacram ſcripturā: ſiue ſanctam trinitatem: quę dicitur cęlum/ ſcđm Bedam/ pro ſui dignitate eleuatū: pro ſui īfinitate a qualibet creatura cęlatum: pro ſui bonitate illuminatiuū. Hoc cęlum modo clauſum eſt nobis/ ſed aperietur: et videbimꝰ apertū: qđ erit beatitudo noſtra. j. Joh. iij. a. Nōdum apparuit nobis quid erimus: ſcimus autem quoniā cum apparuerit/ ſimiles ei erimus: quoniā videbimus eū ſicuti eſt. j. Corī. xiij. d. Videmus nunc per ſpeculū in ęnigmate: tunc aūt facie ad faciē. De hac viſione dicit regina ſaba. iij. Reg. x. b. Beati viri tui ⁊ beati ſerui tui hi q̄ ſtant corā te ſemꝑ ⁊ audiūt ſapientiā tuā. Et hęc viſio eſt cōmunis oībus beatis/ ſiue hoībus ſiue angelis. Alię duę proprię ſunt hoīm collectę ex vniōe diuinitatis ⁊ humanitatis ī vna ꝑſona chriſti. Prima ē/ ꝙ videbimꝰ cęlū aptū ſuꝑ filiū hoīs. i. videbimꝰ totū ſecretū trinitatꝭ apte ⁊ ꝑfecte cognoſci ab hoīe chriſto: angeli aūt nō videbūt cognoſci hoc ab angelo. Iſiđ. Tota trinitas ſibi ſoli nota ē et hoī aſſūpto. De hac viſiōe đr Eſa. xxxiij. c. Regē in decore ſuo videbūt. Cantī. iij. d. Egredimini filię ſion ⁊ videte regē ſalomonem in diademate ſuo quo coronauit eū mater ſua. Hęc ē gloria hoīm ſpecialis ſupra angelos/ videre hominē hominū ꝯditorē. Tertia viſio eſt/ ꝙ videbimus angelos aſcēdētes ⁊ deſcēdētes ſuꝑ filiū hoīs. Angeli aūt nō videbūt hoīes aſcēdere ⁊ deſcēdere ſuꝑ aliquem angelorū

* Iſtud autē aſcendere

¶ Iſtud autem aſcēdere/ nihil aliud eſt q̄ȝ illumīatione recepta a chriſto/ ī motū admiratiōis ⁊ laudatiōis aſſurgere: deſcēdere vero ē ſub illa ſe humiliari. Hec erit gloria ſingularis hoim reſpectu angeloꝝ/ q̄ oēs angeli erūt ſubditi hoi / ſed nō omēs hoies angelo: nec videre angelū erit gloria hoim / ſed videre hoiem erit gloria angelorū. j. Pet. j. c. In quem angeli deſiderāt proſpicere.

## Capitulum II

b c ET die tertio nuptie facte ſūt ī chana galilee:

### Expoſitio Capituli II

A ET die tertio nuptie facte ſūt ⁊c. Hic icipit ſexta pars huiꝰ libri: que cōtinet. xij. capitula. Et diuidit cōmuniter in duas partes: In miracula et verba chriſti. Sed iſte partes non ſeparantur: quia in quolibet capitulo ſimul reperiunt. Hoc autem capitulū diuidit in tres partes. In prima parte agitur de mutatione aque in vinum. In ſecūda de deſcēſu ⁊ manſione ipſiꝰ in capharnaum: ibi: Poſt hec deſcēdit. In tertia de aſcēſu ipſiꝰ ī hieruſalem ⁊ eiectione ementiū ⁊ vendentiū de templo: ibi: Et ꝓpe erat. Dicit ergo: a ¶ Et die tertio/ poſtq̄ȝ exiuit ð iudea vbi fuerat cū iohāne. Uel ſic. Et die tertio. i. tertio repetito: ita vt tertio notet ordinē ⁊ numeꝝ factoꝝ chriſti ī vna et eadem die/ ſm̄ trium ānoꝝ reuolutionē. Uerbigratia. Tertiadecima die natiuitatis chriſti adorauerūt tres magi dn̄m: eadem die trāſactis annis triginta/ baptiçatꝰ eſt chriſtꝰ: eadē die/ anno vno reuoluto mutauit aquam ī vinū. Eſt ergo ſenſus: Et die tertio. i. eadem die tertio repetito: id eſt in tertia repetitiōe eiuſdē diei. ſ. tertiadecia a natiuitate b ¶ Nuptie: id eſt ſolennitas et conuiuiū deſponſationis: c ¶ Facte ſunt in chana galilee. Quidam dicūt q̄ ſpōſus iſtarum nuptiarum fuit iohānes euangeliſta. Sed nō eſt probabile: quia iſte nuptie facte fuerunt poſt vocationē apoſtolorū inter quos fuit iohānes: vt patet Matth. iiij. d. et Luc. v. b. Unde non eſt credibile q̄ poſtea retroceſſerit vt vellet vxorē ducere qui vſq̄ȝ tunc virginitatem ſeruauerat. Chana nomē eſt ville in qua facte fuerunt nuptie in prouincia galilee. ¶ Et erat mater ieſu ibi

Moraliter a ¶ Et die tertio. Chana interpretaẗ çelus vel çmulatio ſeu poſſeſſio. Galilea/ tranſmigratio facta vl̄ reuelatio. Et competit vtraq̄ȝ interpretatio diuerſis ſtatibꝰ hominū ſm̄ nuptiarum diuerſitates. Sunt eni multiplices nuptie. Prime ſūt inter deū ⁊ hoiem vel humanā naturā facte: quādo chriſtus quaſi infatuatꝰ amore noſtro/ noſtrā naturā ſibi copulauit: ſicut aliq̄s diues hō infatuatꝰ amore alicuiꝰ vilis ancille/ eā aſſumit ī cōiugē. Iſte nuptie ſignificaẗ ꝑ oſee ⁊ gomer/ q̄ aſſūpta inẗpretaẗ: Oſee. j. b. In his nuptijs duo ſūt ī carne vna. i. due nature ī vna chriſti ꝑſona. Iſte nuptie tertia die facte ſūt. Un̄ Heſter. j. a. Tertio āno iperij ſui fecit aſſuerꝰ qui interpretaẗ beatus. i. filius dei/ grande conuiuiū pro nuptijs heſter: que interpretaẗ exaltata: Hec eſt caro nr̄a. Primus annꝰ eſt tempꝰ ante legē: ſecūdus tempꝰ ſub lege: tertiꝰ tempus gratie. Iſtud etiam matrimoniū ſignificatū eſt Gen̄. xxviij. a. vbi dicit iſaac ad iacob: id eſt pater ad filiū: Noli accipere coniugem de genere chanaan/ ſed vade ⁊ proficiſcere ī meſopotamiā ſyrie. Chanaan interpretatur poſſidēs domū: et ſignificat angelos quorum naturam nō aſſumpſit filꝰ dei. Heb. ij. d. Nō eni angelos apprehēdit ſed ſemē abrae apprehēdit. Meſopotamia/ inẗpretaẗ eleuatio vocatiōis: et ſignificat humanā naturā: q̄ eleuata ē ⁊ aduocata vt veniret ī vnitatem perſone filij dei: quia maritari non potuit caro glorioſius. Hoc matrimoniū initiatum fuit in patriarchis per promiſſionem: in prophetis per prefigurationē: ratificatum per angeli ſalutationem: conſūmatū per carnis aſſumptionē. He nuptie facte ſunt in chana galilee: id eſt in çelo reuelationis ſiue tranſfigurationis: quia per hoc oſtenſum eſt nobis quantū çelum ⁊ quantam charitatem haberet ad nos filius dei: qui ꝓpter vilem ancillā aſſumendā / voluit a ſede maieſtatꝭ in exilium tranſmigrare. ij. Cor. viij. b. Scimꝰ gratiā dn̄i dei noſtri ieſu chriſti: qui cum eſſet diues ꝓpter nos egenus factꝰ ē: quia accepit naturam noſtram que in omnibꝰ egebat. Unde hāc gratiam admirās propheta querit/ Hiere. xiiij. b. Quare q̄ſi colonꝰ egenus factꝰ es in terra ⁊ q̄ſi viator declinās ad manendum? Et reſpondet alibi in ꝑſona dn̄i/ Hiere. xxxj. a. In ꝑpetua charitate dilexi te/ ideo attraxi te miſerās. q. d. q꜃ infatuatꝰ fui tuo amore: ideo te vilem ⁊ abiectā mihi attraxi: id eſt vniui. Pſ. Ibi beniamin adoleſcētulꝰ in mētis exceſſu. Ps. 67. Ibi. i. in thalamo ꝟginalis vteri: in q̄ ꝯſūmate ſūt iſte nuptie. De iſto amore dicit Bern̄. O amoris vis: Amore q̄d violētiꝰ? Solꝰ amor triūphat de deo. In iſtis nuptijs ſex hydrie ī vinū ð aq̄ mutate ſūt: videlicet vmbre legaliū operū in veritatē: varietas ⁊ multiplicitas ſacrificiorū in vnitatem ⁊ breuitatē: aſperitas iudicioꝝ in lenitatem: enigmata dictoꝝ in lucē: ꝓmiſſiōes in adeptionē: ſeruitꝰ in libertatē. Et ita aq̄ timoris mutata ē in vinū amoris: q꜃ q̄ ṗus decalogū implebāt ex timore/ modo implēt ex amore. Secūde nuptie ſūt inẗ chriſtū ⁊ eccleſiā. Un̄ Eph. v. e. Uiri diligite vxores v̄ras ſicut ⁊ chriſtꝰ eccleſiā. Itē ibidē. g. Sacramētū h̄ magnū eſt: ego autē dico ī chriſto ⁊ in eccl̄ia. Iudic. xiiij. a. Deſcendit ſanſon ī thānata. i. chriſtꝰ in mūdū/ viditq̄ȝ mulierē de filiabꝰ philiſtijm. i. eccleſiā de gētibꝰ/ ⁊ aſcēdit ⁊ nūciauit pr̄i ſuo ⁊ mr̄i ſue. i. ſynagoge/ dicēs: vidi mulierē ī thānata de filiabus philiſtinoꝝ quā q̄ſo vt accipiatꝭ mihi ī vxorem. Iſte nuptie fuerūt initiate ꝑ moyſi ſponſionē: ratificate ꝑ angeli ſalutationē: conſūmate per verbi incarnationē. Adducta aūt fuit ſpōſa ī domū ſpōſi ī aſcēſione chriſti: qn̄ humana natura introducta ē in palatiū çli. Cant. ij. a. Introduxit me rex in cellā vinariā: ordinauit ī me charitatē. Sex hydrie ſūt ſex ſacramēta gr̄e collatiua: Nā etſi ſint ſeptē ſacramēta. ſ. baptiſmus/ pn̄ia/ ꝯfirmatio/ euchariſtia/ ordo/ extrema vnctio/ ⁊ matrimoniū: ſeptimū. i. mr̄imoniū non eſt ꝓprie gr̄e collatiuū. Aqua iſtarū hydriarū mutaẗ in vinum: qn̄ gr̄a priꝰ data ad peccatoꝝ ablutionē poſtea mentē inebriat ad opeꝝ ꝑfectionem. Et he nuptie facte ſūt tertio die/ ſicut ṗores. i. tp̄e gr̄e. De q̄ Gal. iiij. a. Ubi venit plenitudo tp̄is/ miſit deus filiū ſuū factum de muliere/ natū ſub lege. Facte etiā ſūt in chana galilee. i. in çelo trāſmigrātiū de vitijs ad ꝟtutes: de ꝟtute in virtutē: de terra ad çlū. Tertie nuptie ſūt inẗ deū ⁊ aiam: q̄ quod die celebranẗ in ꝯuerſiōe peccatoꝝ. Oſee. ij. d. Sponſabo te mihi in iuſticia ⁊ iudicio ⁊ ī miſericordia ⁊ miſeratiōibꝰ: ⁊ ſponſabo te mihi in fide. i. in fidelitate. He nuptie fiunt tertia die. Tres autē dies ſunt: contritio cordis/ ꝯfeſſio oris/ ſatiſfactio opis. De qbꝰ Gen̄. xl. c. Tres dies adhuc ſūt poſt q̄s recordabiẗ pharao miſterij tui ⁊ reſtituet te ī gradum priſtinū. In iſtis nuptijs ꝯuertunẗ aque triſticie ī vinum ſp̄ualis leticie. Sex hydrie ſūt ſex cauſe triſticie de peccatō veniētes. Prima ē q꜃ ſponſū ſuū offēdit. Un̄ Oſee. xij. d. Ad iracūdiā me ꝓuocauit ephraim ī amaritudinibꝰ ſuis. Scd̄a: q꜃ dotē quā aſſignauerat ei ſpōſus. i. dona ⁊ ꝟtutes amiſit. Ezech. xvj. b. Perfecta eras in decore meo quē poſuerā ſuꝑ te dicit dn̄s: ⁊ habēs fiduciā in pulchritudie tua fornicata es ī noie tuo. Tertia: q꜃ amiſit amorē ſponſi. Ezech. xvj. e. Aufereẗ çelus meꝰ a te et q̄eſcā nec iraſcar ampliꝰ/ eo q̄ nō ſis recordata dierū adoleſcētie tue. Quarta: q꜃ amiſit oēs amicos ſuos. Oēs eni angeli ⁊ ſcti ſpreuerūt eā: ⁊ nō ſolū ſpreuerūt eā/ immo facti ſūt ei inimici. Thren̄. j. a. Oēs amici eiꝰ ſpreuerūt eā ⁊ facti ſūt ei inimici. Quīta q꜃ amiſit decorē ſuū. Thren̄. j. b. Egreſſa eſt a filia ſyō ois decor eiꝰ. Sexta: q꜃ amiſit libertatē ⁊ incidit ī viliſſimā ſeruitutē. ſ. diaboli ⁊ pc̄ti. j. viij. d. Qui facit pc̄tm̄ ſeruꝰ ē pc̄ti. Thren̄. j. a. Migrauit iudas ꝓpẗ afflictionē ⁊ m̄ltitudinē ſeruitutꝭ. Hiere. xvj. c. Seruietꝭ ibi dijs alienis die ac nocte q̄ nō dabūt vob requiē. Iſta ſex dāna q̄ facit pc̄tm̄/ ſūt ſex hydrie. i. ſex cauſe doloris ſignificata ꝑ ſex modios hordei q̄s dedit booz ruth anteq̄ȝ eā duceret ī vxorē: Ruth. iij. d. Uel aliter. Sex hydrie ſūt ſex infirmitates ex peccatō relicte/ etiā poſt gr̄e recuꝑationē. Prima ē ſp̄ualis guſtꝰ inſipiditas ꝓpẗ quā ī ṗncipio ꝯuerſiōis etiam bona nō ſapiunt/ vnde nec mala male. Prouerb. xxvij. a. Aia ſatiata pc̄ti acerbitate/ calcabit fauū ſp̄ualis dulcedis. Eſa. v. e. Ue q̄ dicūt bonū malū ⁊c. Scd̄a viſus ſp̄ualis debilitas: ꝓpter quam homo de nouo conuerſus non videt clare laqueos diaboli. Unde Marc. viij. c. dicit ſanatus: Uideo homines velut arbores ambulantes.

* Pſ. Et lumen

Marginalia: pars libri; Moraliter; Multiplices nuptie ſunt

a b Et erat mater ieſu ibi. Uocat⁹ eſt autē et ieſus ⁊ diſcipuli ei⁹
c ad nuptias. Et deficiente vi-
d no/ dicit mater ieſu ad eum:
e f Uinū nō habēt. Et dicit ei
g ieſus: Quid mihi et tibi ē mu
h lier? Nondū venit hora mea.

☞ a Et erat mater ieſu ibi/ vocata ad ↄuiuiū. b Uocatus eſt autē ⁊ ieſus ⁊ diſcipuli ei⁹ ad nuptias: nō futuri/ vt quidā dicūt: ſed iā vocati in diſcipulatū. Sed quō vocati ſunt ieſus ⁊ mater eius atq̄ diſcipuli ad nuptias/ cum eſſent pauperes/ quales nō ſolent ad ↄuiuia vocari? Reſpondeo. Credo q̄ ſponſus ⁊ ſponſa pauperes erāt: et ideo pauperes inuitabāt: et forte alter coniugū erat de cōſanguinitate marię. Chriſtus aūt voluit nuptijs intereſſe duplici de cauſa. Prima/ vt gloriam ſuā corā m̄ltis manifeſtaret. Secūda/ vt nuptias approbaret: cōtra manicheos q̄ nuptijs erant contradicturi. c Et deficiente vino/ i. ipſo ↄuiuio: qđ eſt ſignū pauptatꝭ: d Dicit mat̄ ieſu ad eū: id eſt ad ieſū. e Uinū non habent/ miniſtri ↄuiuij/ vel ſponſus ⁊ ſponſa. Et hoc eſt ſignū q̄ maria erat de parentela alterius coniugū vł amborū: quia aliter non curaret de defectu vini: Et hoc mouit beatam virginem vt diceret filio: Uinū non habent: Nō q̄ ipſa crederet ipſum neſcire/ ſed vt oſtenderet ſuā compaſſionē et filij poteſtatem. Paupertas autem coniugum et breuitas temporis quo non potuit congrue mitti tunc ad vinū/ mouit virginem vt defectum vini indicaret filio ſuo quem ſciebat poſſe ſupplere omnē defectum. f Et dicit ei: id eſt matri ſuę/ ieſus: non offenſus vel corrigens aut arguens matrem ſuam/ cuius compaſſio grata erat ei. g Quid mihi et tibi eſt mulier/ de defectu vini. q. d. cognitio huius defectus nō pertinet ad me vel ad te/ ſed ad illos quorum ſūt nuptię: qui debuerāt ſibi de oībus neceſſarijs prouidiſſe. Sufficit ergo vt ipſi recognoſcāt defectum: et ſic gratia miraculi quod petis vt faciam ſit acceptior illis. Et ponit exemplum Chryſ. de medico: q̄ ſi vltro ſe offerret ęgroto/ nō multū curaret de eo ęgrotus: ſed cum multꝭ precib⁹ ęgroti ſe exhibet ei/ tunc multam reuerentiam exhibet illi. Mulier autem in h̄ loco nō mollicieí vel fractionis nomen eſt/ ſed ſexus ſeu cōditiōis. Aug⁹ ſic exponit. g Quid mihi ⁊ tibi mulier/ cōmune. i. quid habeo a te vnde poſſum hoc miraculū facere? q. d. ex te habeo vnde pati ⁊ mori poſſum/ q̄ in cruce recognoſcam te diſcipulo cōmendans: ſed ex te non habeo vnde poſſem miracula facere: et ideo in huiuſmodi te non recognoſco. h Nondū venit hora mea. Hoc vtriq̄ expoſitioni bñ coniungit̄. Primę ſic: Nondū venit hora mea. i. hora qua magis ſit gratum ⁊ vtile miraculum illis quibus poſtulas fieri: Non eni conditor tempoꝝ ⁊ horarū chriſtus ſubijcitur alicui horę: immo omni tempore ē hora ſua operandi qđ vult/ vt dicit Chryſ. ſed tñ quo ad homines vna hora cōpetentior eſt alia: ſicut hic vtilior hora faciendi miraculum erat poſt recognitionē defect⁹ q̄ȝ ante. Secūdę expoſitiōi ſic ↄiūgit̄: h Nōdū venit hora mea. i. nōdū ē tp̄s recognoſcēdi illud qđ ex te habeo: ſ erit in paſſiōe euāgelio p̄dicato.

☞ Dicit mater eius.

Moraliter * Pš. Et lumen oculorum meorum et ipſum non eſt mecum. Tertia/ incertitudo ſanitatis. Eccš. ix. a. Neſcit homo vtrū amore vel odio dignus ſit. j. Cor̄. iiij. a. Nihil mihi conſcius ſum/ ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Quarta/ animi debi-
Pš. 37. litas tam in faciendo bona q̄ȝ in ſuſtinendo aduerſa. Pš. Dereliquit me virtus mea. Quinta/ noxiorum appetitus. Prouerb. j. c. Uſq̄quo paruuli diligitis infantiam ⁊ ſtulti ea quę ſunt noxia cupient. Numeri. xj. b. Quis dabit nobis carnes ad veſcendum: recordamur piſcium quos comedebam⁹ gratꝭ in ęgypto: in mētem veniūt nobis cucumeres ⁊ pepones ⁊c. Hoc dixerūt filij iſrael poſt exitum de ęgypto. Sexta/ vanitas atq̄ ↄtrarietas voluntatum. Eccj. xxvij. b. Stult⁹ vt luna mutatur. Prouerb. xv. a. Cor ſtultoꝝ diſſimile erit. Iſtę ſex hydrię debēt impleri aqua lachrymarum: quę ſtatim mutatur ī vinū ſpiritualis lęticię. Prouer. xiiij. b. Cor qđ nouit amaritudinem animę ſuę/ in gaudio eius nō miſcebit̄ extraneus. Hę nuptię initiantur in inchoatione pęnitētię: ratificant̄ in profectu iuſticię: cōſūmantur in morte/ quādo iā anima nō poteſt ſeparari a ſponſo. In his nuptijs ſūt tria bona matrimonij. ſ. fides: id eſt fidelitas: ne chriſto dimiſſo adulter: id eſt diabolus admittat̄ ad thorum. Eſa. lvij. b. Iuxta me diſcooperuiſti te ⁊ ſuſcepiſti adulterū. Item proles bonorū operū. j. Timoth. ij. d. Mulier ſeducta ī p̄uaricatiōe fuit: ſaluabitur autem per filiorum generationē. Sed vę illis matrib⁹ quę ꝓprios filios occidunt recidiuando. Threñ. iiij. b. Manus mulierū miſericordiū coxerunt filios ſuos. Item ſacramentum: id eſt inſeparabilitas/ vt nunq̄ſ ſeparetur a chriſto. Oſee. ij. d. Sponſabo te mihi in ſempiternū. j. Corꝭ. vij. b. Precipio/ nō ego ſed dñs vxorem a viro non diſcedere. Quartę nuptię ſunt inter chriſtum ⁊ virum religioſum: De quibuſ. ij. Corꝭ. xj. a. Deſpondi eni vos vni viro virginem caſtam exhibere chriſto. Oſee. xij. d. Fugit iacob in regionem ſyrię et ſeruiuit iſrael in vxorem/ et in vxorē ſeruiuit. His dicit vxorem: quia vtranq̄ vitam: id eſt actiuam ⁊ contemplatiuā debet habere anima viri religioſi/ quę debet chriſto per matrimoniū copulari: ſicut iacob habuit liam ⁊ rachelē. Hę nuptię factę ſūt tertio die. Tres dies/ tria vota: id eſt votū caſtitatis/ votum paupertatis/ votum obediētię: De quib⁹ Exo. v. a. Deus hebręorum vocauit nos vt eamus viam triū dierum in ſolitudinem: id eſt in religionem/ et ſacrificemus domino deo noſtro. Item Ioſue. ij. c. Ad montana conſcendite: id eſt ad eminentiam religionis: ne forte occurrant vobis reuertentes/ ibiq̄ latitate tribus diebus. Iſtę nuptię initiantur in mundi abrenūciatione: ratificantur in habitus aſſumptione: conſūmantur in profeſſione. Sex hydrię ſūt ſex opera vitę actiuę: id eſt inſtantia vigiliarum/ feruor orationum/ largitio elemoſynarum/ cōtinuatio ieiuniorum/ duritia diſciplinarum/ labor manuum. Sed in his ieſus aſſit ⁊ maria atq̄ diſcipuli: id eſt ſpes ſalutis/ amaritudo contritiōis/ ⁊ diſciplina conuerſationis. Aqua doloris cōuertitur in gaudiū quietis ⁊ contemplationis: et quanto plus ibi fuerit de aqua: tanto plus erit ibi de vino. Ideo dicit domin⁹: Implete hydrias aqua. Hic enim ē ordo/ vt prius laboret homo in actiua: et poſtea quieſcat in contemplatiua: pri⁹ doleat/ ⁊ poſtea gaudeat. Eccš. iij. a. Tempus flendi et tempus ridendi. Nec enī rachel parit/ donec lia m̄ltos filios peperit. Iſtę nuptię fiūt in chana galilęę: id eſt in cęlo ⁊ tranſmigratione de mundo ad clauſtrum. De quibuſlibet igitur iſtarum nuptiarum poteſt dici: Et die tertio nuptię nuptię factę ſūt in chana galilęę: id eſt in celo animarum ⁊ tranſmigratione de vitijs ad virtutes. a Et erat mater ieſu ibi: id eſt timor dei: qui generat ⁊ nutrit ſalutem. Eſa. xxvj. d. A timore tuo concępimus ⁊ peperimus ſpiritum ſalutis. Uel mater ieſu eſt tenera ⁊ pura cōſcientia. De qua Tob. iiij. a. Honorem habebis matri tuę oīb⁹ dieb⁹. Honor iſte conſiſtit in boni operatione ⁊ mali declinatione. Prouerb. iiij. a. Filius fui tenellus patris mei ⁊ vnigenit⁹ coram matre mea ⁊ docebat me. Idē dicitur pater ⁊ mater. ſ. conſcientia: ſed pater ratione regiminis: mater ratione caſtigationis. b Uocatus eſt aūt et ieſus ⁊ diſcipuli eius ad nuptias. Uocatio ieſu eſt deſiderium ſalutis. Unde. j. iiij. c. Uoca virum tuum. Diſcipuli qui faciunt nos obtemp̄are deo: ſunt ſpes ⁊ timor: De quibꝭ Mat. xxj. a. Miſit ieſus duos diſcipulos dicēs: ite in caſtellū qđ ↄ̄ vos ē/ ⁊ ſtatim inuenietꝭ aſinā alligatā ⁊ pullū cū ea: ſoluite ⁊ adducite mihi. Iſta tria d̄ neceſſitate veniūt vbi ē mat̄ ieſu. i. puritas ↄſciētię. ſ. deſideriū ſalutꝭ ꝓpię: timor dei ⁊ ſpes venię. Seq̄t̄: c Et deficiēte vino/ ſpūal̄ lęticię. d Dicit mat̄ ieſu. i. puritas ↄſciētię/ ad eū. e Uinū nō habēt/ p̄dictaꝝ nuptiarū cōuiuę. i. pęnitētes vł religioſi. Prouerb. vltꝭ. a. Date ſicerā męrētib⁹ ⁊ vinū his q̄ amaro ſūt aīo: bibāt ⁊ obliuiſcant̄ egeſtatꝭ ſuę/ ⁊ doloris ſui nō recordēt̄ amplī⁹. Eccj. xxxj. d. Exultatio aīę ⁊ corpis vinū moderate potatū. Moderate dicit: q̄ nimia lęticia diſſolutionem inducit. f Et dicit ei ieſus: q̄d mihi ⁊ tibi mulier. Iſta repulſio ſignificat q̄ deus aliq̄ñ nō exaudit nec dat ſtatim qđ petitur vt auidius petatur: ⁊ cum exaudierit ac petitum dederit Al. trepul

* diligenti⁹ cuſtodiat̄

G a Dicit mater eius.i.ieſu:nō turbata vel irata de riſione filij:ſed magis cōfidēs de poteſtate ꝛ pietate ipſi⁹. b Mi niſtris.i.ſeruitoꝛib⁹ cōuiuij. c Quodcū〈que〉 dixerit vob/ filius me⁹/facite. Ex h patet ꝙ beata virgo ſciebat qd filius ſu⁹ eſſet factur⁹:Et ideo fiducialiť dicit:miſtris:Quodcū〈que〉 dixerit vobis fa/ cite. d Erāt aūt ibi.i.i domo ꝯuiuij: e Lapidee hy/ drie.i.vaſa lapidea aq̄ria: ab hydoꝛ qd ē aq̄. f Sex poſi/ te.Quare vł ad qd: Ut ſi aliqs cōuiuā/ tiū aliquā imūdiciā incurriſſet/lauareť in eis:ſic mos eſt iude/ oꝛum. Unde ſequiť: g Scdm purificationē iudeoꝝ.i.ideo poſite erāt ibi /vt purificari poſſēt imūdi ſm moꝛē iu/ deoꝝ. Sex aūt io erāt:qꝛ due vel tres nō ſufficerēt tante mul/ titudini. Querit aūt Chryſ. Quare nō ibāt ad fluuiū:Et re/ ſpondet:qꝛ longe erat a domo:paleſtina enim paucas habet aquas. Qꝛ aūt dicit:ſm purificationē iudeoꝝ:mōſtrat ꝙ illa vaſa nunq̄ erāt vini receptacula/ne aliquis poſſet calū/ niari ꝙ feces ex vino prioꝛi relicte in illis vaſis ex cōmixtiōe aque ſupfuſe effeciſſent vinū. Determinās aūt euāgeliſta quā/ titatē hydriaꝝ/ſubiūgit: h Capiētes.i. capere valētes: i Singule metretas binas vel ternas. Metreta dr a metron qd eſt mēſura centum ſextarioꝝ: vt dicūt.iij. Reg. vij.d. Mare eneū duo milia batos capiebat: metretas autē tria milia. k Dicit eis.i.miſtris/ieſus: rogatus a matre ꝛ foꝛſitan a cōuiuis/quoꝝ aliqui p̄conių eius a iohāne audie/ rāt. l Implete hydrias aqua. Querit Chryſ. Quare nō fecit ſignū ante impletionē: mirabili⁹ eēm eſſet ipſum vinū ex nō entibus facere q̄ qualitatē cōmutare. Itē cur aquā non ipſe deduxit /ſed miniſtris iuſſit. Ad primū reſpōdet Chryſ. duas cauſas aſſignās. Prima:qꝛ etſi mirabili⁹ eſſet de nihilo vinū creare:nō tamē ita credibile. Secūda vt deſtrueret erro/ rem manichei:q̄ dictur⁹ erat mūdū/ꝛ oīa q̄ mundi ſunt a ma/ lo deo creata eſſe ꝛ gubernari:q̄ eſt chriſto ꝯtrarius. Unde vt chriſt⁹ oſtēderet ꝙ ipſe mundū creauit ꝛ elemēta/ vtiť mūda/ na creatura/mutās naturā eius:ſi eēm nō eſſet ſua/nō obediret ei. Itē vt oſtēderet ꝙ ipſe idē eſt qui quotidie p tempoꝝ incre mēta mutat aquā in vinū mediāte natura vitis: ꝛ qui mō ſine coopatione nature mutauit. Ad ſecūdū dicim⁹/ꝙ ideo nō ipſe deduxit aquā i hydrias/ſed miniſtris p̄cepit vt imponerēt:vt eos teſtes miraculi haberet. m Et impleuerūt eas/mi/ niſtri/vſq̄ ad ſummū:pſuaſi a beata virgine/vel a teſtimo nio iohānis p̄conicātis de chriſto. n Et dicit eis ieſus: iā facta mutatiōe. o Haurite nūc/cū hoꝛa venerit. p Et ferte architriclino. Scdm Aug. architriclin⁹ eſt pnceps triū camerarū vel triū oꝛdinū menſaꝝ a ſe altitudine diſtātiū. Et dr ab archos qd eſt pnceps ꝛ diniū qd eſt dom⁹ vel came ra. Hic aūt ſm Chryſ. nō dr architriclin⁹ dn̄s vel pnceps cō uiuij vel dom⁹ in q̄ erat cōuiuiū:ſed p̄poſitus miſtrantiū:qui ſcȝ fuerat cōſtitut⁹ vt oꝛdinaret ſeruitoꝛes in mēſis. Uñ ponit in q̄ſtiōe Chryſ. q̄re ieſus p̄cepit vinū ferri poti⁹ architricli/ no q̄ alicui de cōuiuis vel ſpōſo aut ſpōſe. Et rn̄det ꝙ ille cui cōmittiť cura vel oꝛdinatio cōuiuarū/non comedit vſq̄ poſt alios:ꝛ ideo ſobrioꝛ ꝛ diſcretioꝛ ē ad iudicādū de vino q̄ cō/ uiue:qui iā ſunt repleti vino ꝛ cibo:vnde illi iuſſit ferri dn̄s vi/ nū ex aqua factū/vt veritatē cognitā alijs indicaret. q Et tulerūt/miſtri ſm p̄ceptū dn̄i. Sed q̄re nō p̄cepit dn̄s mini ſtris vt narrarēt architriclino ꝙ ipſe cōuerterat aquā in vinū: Rn̄det Chryſ. ꝑpter hūilitatē:qꝛ nemo humilis p̄dicat facta ſua. r Ut aūt guſtauit architriclin⁹ aquā vinū fa/ ctū.i.vinū ex aqua factū. Sed ita dicit euāgeliſta:qꝛ ſm opi nionē architriclini aqua erat nō vinū:tn̄ ſm veritatē vinū fa/ ctū. s Et nō ſciebat/architriclin⁹: t Unde eſſet/il/ lud vinum. Miniſtri aūt ſciebāt q̄ hauſerant aquā.

a Dicit mater eius miniſtris:
b Quodcū〈que〉 dixerit vobis fa/
c cite. Erāt autē ibi lapidee hy
d e drie ſex poſite ſm purificatio
f g nē iudeoꝝ/capientes ſingule
h metretas binas vel ternas.
i k Dicit eis ieſus: Implete hy/
l m drias aq̄. Et impleuerūt eas
n vſq̄ ad ſūmū. Et dicit eis ie/
o p ſus: Haurite nūc: et ferte ar/
q r chitriclino. Et tulerūt. Ut au
tē guſtauit architriclin⁹ aquā
s t vinū factū: et n̄ ſciebat vndē
v eēt:miſtri aūt ſciebāt q̄ hauſe/

B

G Uocat ſponſum

* diligētius cuſtodiať ꝛ inteſi⁹ diligať. Apoc.iij.c. Tene qd habes vt nemo accipiat coꝛonā tuā. a Dicit mať ei⁹ miniſtris: Quodcū〈que〉 dixerit vobis facite. Miſtri ſunt ratio ꝛ volūtas: vn⁹ dirigens op⁹:alter exequēs. His dič pu/ ritas cōſcientie vt faciant quicq̄d dixerit ieſus/ſciens ꝙ talis nō poteſt nō exaudi/ ri ab eo. Unde.j.io. f. Si quis dei cultoꝛ eſt/ et volūtatē eius facit: hunc exaudit de⁹. Eccl.iij.a. Qui diligit deū exoꝛabit ꝓ peccatis:ꝛ in oꝛa/ tione dieꝝ exaudieť. Sequiť: d Erāt autē ibi lapidee hydrie ſex poſite ſm purificationē iudeoꝝ. Iudei.i.cōfitētes ſūt penitē/ tes aut religioſi. Purificatio eoꝝ ē ipſa penitētia vel religio. Sex hydrie/ſex p̄dicte cauſe triſticie:aqua ē triſticia: vinū leti cia. Per lapidē aūt ſignificať ſoliditas hydriaꝝ. Et dicūť po ſite:qꝛ q̄libet debet has hydrias ſemp ponere añ ſe. Hiere. xxxj.d. Statue tibi ſpeculā:pone tibi amaritudines ꝛ dirige coꝛ tuū in viā rectā. Sequiť: h Capiētes ſingule me/ tretas binas vel ternas:hoc eſt/qꝛ flere ꝛ dolere debem⁹ de duob⁹:ꝛ ꝑpter tria. De duob⁹ quidē.i. de peccato trāſgreſ ſiōis ꝛ omiſſiōis. Propť tria ſ.ꝯ/id ē ꝑpter damnū qd habui/ mus:ꝑpter penā quā incurrim⁹: ꝑpter deū quē offendimus. k Dicit eis ieſus.i.miniſtris .ſ.ratiōi ꝛ volūtati. l Im plete hydrias aqua:hoc eſt/cōſiderate ſex damna pecca ti:ꝛ ſex infirmitates relictas etiā poſt peccatū/ꝛ dolētes plora/ te. Iob.xvj.c. Facies mea itumuit a fletu:ꝛ palpebre mee ca ligauerť. Ps. Lauabo p ſingulas noctes lectū meū. m Et Ps.6. impleuerūt eas vſq̄ ad ſummū. Ps. Poſuit deſertū Ps.106. in ſtagna aquarū/ꝛ terrā ſine aqua.i.animā aridam/in exitus aquaꝝ. Ps. Exitus aquaꝝ deduxerūt oculi mei: qꝛ nō cuſto Ps.118. dierunt legē tuā. Uſq̄ ad ſummū/dicit:qꝛ nihil eſt in pec/ catoꝛe imploꝛabile. Eſa.j.b. A planta pedis vſq̄ ad verticē non eſt in eo ſanitas. n Et dicit eis ieſus: Haurite nūc ꝛ ferte architriclino. Architriclin⁹ eſt de⁹ trinitas: cui debet ferri aqua lachrymaꝝ ꝛ penitētie: quia ꝑpter ipſū ſolum debet fieri penitētia.j. Coꝛinth.x.g. Siue mādu catis ſiue bibitis ſiue aliud quid facitis/in gloriā dei facite. Multi ferunt aquā iſtam mūdo: ſicut hypocrite. Unde dicūt allo/ phyli Geñ.xxvj.d. Noſtra eſt aqua. Et notandū eſt ꝙ dicit: Haurite nūc. Non enim ſemper debet homo implere hy/ drias ſuas aqua: ſed quādoq̄ haurire per ocium meditatio/ nis: ſicut dicit Bern. Si quod viuis et ſapis totū das acti/ oni/conſiderationi nihil: laudo te/in hoc non laudo :puto ꝙ nemo niſi qui a ſalomone non audierit :Qui minoꝛatur actu Eccj.38.c. pcipiet ſapientiā: certe nec ipſi actioni expedit cōſideratione priuari. q Et tulerunt. In hoc obedientia rationis ꝛ vo luntatis notať: que a matre ieſu admonite: id eſt a puritate cōſcientie/nunq̄ p̄cepto domini cōtradicunt. Iohel.iij.d. Per omnes riuos iuda ibunt aque:et fons de domo domini egredieť. Uel architriclinus eſt ſpiritus humanus/tribus oꝛ/ dinibus menſarū p̄poſitus:id eſt intelligentie/ memoꝛie/vo/ luntati. Cui ferť aqua:quādo ipſe ſpiritus intelligit et recolit cauſas fletus:id eſt peccata ſua:ꝛ poſtea vult abſtinere a pre/ teritis:ꝛ cauere a futuris. Sequiť: r Ut autem guſta/ uit architriclinus aquam vinū factum: id eſt vt ſpi/ ritus percepit ſuauitatem gaudij poſt doloꝛem penitentie. Prouerb. vltj.c. Guſtauit ꝛ vidit quia bona eſt negociatio eius. s Et non ſciebat vnde eſſet: miniſtri autem ſciebant qui hauſerāt aquā. Iſtud neſcire nihil aliud eſt q̄ non ſentire laboꝛem penitentie/cum iam aqua verſa eſt in vinum ſpiritualis leticie. Sed miniſtri qui hauriūt aquam anteq̄ ſit mutata in vinum/bene ſciūt:quia adhuc ſentiunt la boꝛem et doloꝛem penitentie. Sed cum ſpirit⁹ leticia ſpiritu/ ali perfundiť ſpe venie iam non meminit doloꝛis vel laboꝛis

Moraliter.

¶ a Vocat ſpōſum architriclinꝰ: mirās vini bonitatē: qḋ ſm naturalē ordinē pmo debuit ꝓpinari. b Et dicit ei: architriclinus ſponſo / credēs ꝙ ipſe ita fieri pcepiſſet. c Oīs hō primū. i. in pncipio cōuiuij: d Bonū vinū ponit / in mēſa. e Et cū inebriati. i. repleti: f Fuerint / cibo et potu boni vini:

g Tūc id qḋ deteriꝰ eſt. i. minus bonū: qꝛ ꝓpter opilationē medię cellulę / ex vapore vini non pcipitur qualitas vini. h Tu aūt ſeruaſti bonū vinū vſqꝫ adhuc. i. vſqꝫ ad

a rāt aquā: vocat ſpōſum archi
b triclinꝰ / ēt dicit ei: Oīs homo
c d e primū bonū vinū ponit: ēt cū
f g inebriati fuerit / tūnc id qḋ de
h teriꝰ eſt. Tū aūt ſeruaſti bonū
i vinū vſqꝫ adhuc. Hoc fec ini
tiū ſignoꝝ ieſus in chana ga
k lilee: ēt manifeſtauit gloriam
l ſuam: et crediderunt in eum
m n diſcipuli eius. Poſt hec de
ſcēdit capharnaū / ipſe ⁊ maf
o eiꝰ ⁊ fratres eiꝰ ⁊ diſcipuli eiꝰ:

finē cōuiuij cōtra generalē cōſuetudinē ⁊ ordinē naturalē. Et ex hoc patet ꝙ optimū vinū fuit factū ex aqua. Vñ Chryſ. dicit / generale eſſe in omibꝰ miraculis chriſti ꝙ ſemꝑ ad nobilius terminat qꝫ natura poſſit. Vñ ſi reſtituit viſum vel auditū vel aliud membrū / melius facit qꝫ natura fecerit ꝓus vel facere poſſit. i Hoc fecit initiū ſignoꝝ ieſus in chana galilee. Nō dicit ſimpliciter pmū: ſed in chana galilee pmū. k Et manifeſtauit gloriā ſuā. i. diuinitatis ſue potentiā. l Et crediderūt in eū diſcipuli eiꝰ. Quidā dicunt ꝙ intelligēdū eſt de futuris: Sed ſancti magis volūt ꝙ de pſentibus qui iam credebāt: ſed tūc viſo miraculo magis crediderunt.

Moraliter * penitētie pre delectatiōe que ꝓuenit ex guſtu vini. Eccl. j. d. Vſqꝫ in tempus ſuſtinebit patiens: ⁊ poſtea redditio iocunditatis. j. xvj. d. Vos aūt ↄtriſtabimini: ſed triſticia veſtra vertet in gaudiū. i. aqua in vinū. Prouerb. ix. b. Bibite vinū qḋ miſcui vobis. j. xvj. e. Mulier cū parit. i. aīa dū facit penitentiā / triſticiā habet: qꝛ venit hora eius: cū aūt peperit iam nō meminit pſſure ꝓpter gaudiū: qꝛ natus eſt homo in mundū. Et quāto pleniores fuerint hydrie: tāto plꝰ erit ibi de vino leticie. Ps. 93. Ps. Scdm multitudinē doloꝝ meoꝝ i corde meo: cōſolationes tue letificauerūt animā meā. a Vocat ſpōſū architriclinꝰ. i. chriſtū ſpiritꝰ hūanꝰ ſentito gaudio ſpirituali. b Et dicit ei: Oīs hō pmū bonū vinū ponit: et cū inebriati fuerint / tunc id qḋ deteriꝰ eſt. Omnis hō dicit hic homo mūdanus ⁊ carnalis: ſm qḋ dicit. j. Corinth. iij. a. Cū ſit inter vos zelus ⁊ contentio / nonne carnales eſtis ⁊ ſm hominē ambulatis: Talis homo pmo ponit ſibi ⁊ ſuis pſētes delectatiōes. e Et cū inebriati fuerit / ipſe ⁊ ſui: id eſt repleti gaudio pſentis felicitatis. g Tūc id qḋ deterius eſt. i. dolor gehenne: ⁊ remorſus ꝑpetuus praue cōſcientie. Prouer. xxiij. d. Ne intuearis vinū qñ flaueſcit / cū ſplēduerit color eius in vitro: ingredit blāde / ſed i nouiſſimo mordebit vt coluber: ⁊ ſic regulꝰ venena diffūdet. Prouer. xiiij. b. Riſus dolore miſcebit ⁊c. h Tu aūt ſeruaſti bonū vinū vſqꝫ adhuc: id ē vſqꝫ in finē. ij. Corinth. iiij. d. Id qḋ in pſenti tribulatiōis noſtre eſt momentaneū ⁊ leue / ſupra modum in ſublimitate eterne glorie pondus operatur in nobis. Vtrūqꝫ tangit Luc. xvj. g. in pabola diuitis ⁊ lazari: vbi dicit abraam: Recordare fili quia recepiſti bona in vita tua: et lazarus ſimiliter mala: id eſt: tu bibiſti vinū / ⁊ ipſe aquā: Nūc autē hic conſolat: tu ꝟo cruciaris: id eſt ipſe modo bibit bonū vinum eterne iocūditatis: tu ꝟo bibis aquam infernalis penalitatis. i Hoc fecit initium ſignoꝝ ieſus in chana galilee. Sicut diximꝰ / aqua tribulatio eſt ſiue triſticia. Vñ Ps. 68. Ps. Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aque vſqꝫ ad animā meā. Vinum autē eſt exultatio ſiue leticia. Vnde Eccl. xl. c. Vinū ⁊ muſica letificant cor. Signum autem idem eſt qḋ manifeſtatio pſentie chriſti. Vnde cum tribulatio mutatur in exultationē / ſignum ē ꝙ chriſtus eſt preſens. k Et / in hoc / manifeſtauit gloriā ſuam: quia nihil ita oſtendit preſentiam chriſti eſſe cum homie / ſicut leticia in tribulatione. Ideo ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij: quoniā digni habiti ſunt ꝓ nomine ieſu contumeliā pati: Act. v. g. l Et crediderūt in eum diſcipuli eius: id eſt illi qui ſunt de

ſchola et doctrina ipſiꝰ: qui. ſ. patientiā atqꝫ leticiā habent in tribulatione. Matth. v. a. Gaudete ⁊ exultate in illa die. ſ. tribulationis: quoniā merces veſtra copioſa eſt in celis. m Poſt hec ⁊c. Secūda pars huiꝰ capituli: in qua agitur de deſcenſu chriſti ⁊ mora eius in capharnaū. Sed querit quare deſcendit illuc cum ſtatim oporteret eum iterum aſcendere in hieruſalē / eo ꝙ ꝓpe erat paſcha. Ad hoc reſpondet Chryſ. dicens: quia nolebat matrem diu circūducere: nec volebat eam ſolam dimittere / quam volebat in omnibus honorare: ideo deſcēdit illuc cum matre: vt ea ibi relicta / ipſe poſtea aſcēderet in hieruſalē. Dicit ergo: Poſt hec / que facta ſunt in nuptijs: n Deſcendit capharnaū / ipſe ⁊ mater eius / ⁊ fratres eiꝰ: id eſt cognati eiꝰ. o Et diſcipuli eius: qui nō erant fratres eius: vt eis ibi relictis ipſe aſcenderet in hieruſalē: quia illos ſecū ducere non volebat modo: ideo dimiſit eos capharnaum / vbi cum matre manere conſueuit. Vnde ſequitur: ¶ Et ibi manſerunt

Secunda p[ars] — Math. 4.

Moraliter. m Poſt hec deſcendit capharnaū ipſe ⁊ mater eiꝰ et fratres eius ⁊ diſcipuli eiꝰ. Iuxta litteram inſtruit nos moraliter de honore parentum et cura ⁊ ꝓcuratione eorūdem: quia propter honorem matris: vt dicit Chryſoſtomus / venit in capharnaum. Exod. xx. b. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam ⁊c. Tob. iiij. a. Honorem habebis matri tue omnibus diebus vite tue: Memor enim eſſe debes que ⁊ quāta ſit paſſa pericula propter te in vtero ſuo. Eccl. iij. a. Qui honorat patrē ſuū vita viuet lōgiore: et qui obedit patri refrigerabit matrem. Auguſtinꝰ in libro de decē chordis: Ipſe numerus ſeptēnarius ſecūde tabule tanqꝫ ſeptem chordarū / incipit ab honore parentū. Ad parentes eñ ſuos homo aperit oculos: et hec vita ab eoꝝ amicitia ſumit exordium. Quiſquis autē ſuis parentibus non defert honorem / quibꝰ parcere poterit: Et valet etiā ad queſtionē de pceptis. Itē in hoc ꝙ chriſtus iturus ad pdicandū in hieruſalem / dimittit matrem ⁊ fratres in capharnaum: inſtruit predicatores vt non circūducant mulieres: nec carnali affectu ſe onerent. Deut. xxxiij. a. Qui dixerunt patri et matri / neſcio vos: ⁊ fratribus / ignoro illos: ⁊ neſcierūt filios ſuos: hi cuſtodierunt eloquium tuum. Vnde Exod. iiij. f. voluit angelus occidere moyſen: quia ducebat ſecum filios ſuos et vxorem. Aliter exponit. Per capharnaū poteſt intelligi ſtatus virginum ⁊ religioſoꝝ. Notādū enim ꝙ in hoc capitulo: Primo ſignificat ſtatꝰ coniugatoꝝ per nuptias: Poſtea ſignificat ſtatus virginum ⁊ religioſoꝝ per capharnaū: Status prelatorum ⁊ doctoꝝ per hieruſalē ⁊ templū / vnde expulit ementes ⁊ vendētes. Qui tres ſtatꝰ ſignificantūr per noe / daniel et iob / Ezech. xiiij. e. Et petrum ⁊ iacobum et iohannem / Matth. xvij. a. Et per lectum et molam et agrum / Matth. xxiiij. d. Dicit ergo ꝙ ieſus deſcendit in capharnaum: quod interpretatur villa pulcherrima vel ager pinguedinis ſiue ager benedictiōis: ⁊ ſignificat religionem / vel ſtatum religioſorum: qui habent pulchritudinē operis in cōuerſatione: pinguedinem cordis in oratione ⁊ cōtemplatione: ⁊ benedictionem in alioꝝ exhortatione ⁊ pdicatione. Religio enim nō ſolum munit ſuos ⁊ cuſtodit / ⁊ ideo villa dicit: ſed etiā fructificat alijs / ⁊ ideo ager poteſt dici. Cant. vij. d. Veni dilecte mi / egrediamur in agrum / cōmoremur in villis. Et loquitur ꝓprie: quia villa cōtemplationis vult habere cōmorantem: ager autem pdicationis vult habere egredientem. Ezech. j. d. Animalia ibant ⁊ reuertebant. Iudic. v. c. Stelle manentes i ordine ⁊ in curſu ſuo aduerſus ſiſarā pugnauerūt. Quia illi predicatores maxime vincunt diabolū qui non tm currūt ad pdicationē: ſed ſtant etiā aliquādo in ordine ſuo ad cuſtodiam ſui ⁊ diſcuſſionem. Et talis anima eſt vere ſpōſa chriſti:

Aliter

* quia eſt et ſia

a et ibi mãſerũt nõ multis die-
b bus. Et ꝓpẽ erat paſcha iu-
c deorũ / ⁊ aſcendit hieroſoly-
e mã ieſus: ⁊ inuẽnit in templo
f vendẽtes boues ⁊ oues ⁊ co-
g lũbas: ⁊ nũmũlarios ſedẽteſ.

g a Et ibi mãſerũt nõ multis dieb⁹/tũc: id eſt illa vice. Et quare tũc ita paruã morã fecit cũ matre ſua/ ſubdit cauſã. b Et: id eſt quia: c Prope erat paſcha iudeoꝝ: qñ oportebat iudeos cõuenire ad diem feſtũ ſm̃ ꝑceptũ/ Deut. xvj. d Et aſcendit hieroſolymã ieſus/ vt legẽ ípleret que hoc iuſſerat: ⁊ vt multitudinem ad docendum inueniret q̃ cauſa ſalutis omniũ venerat. Ioh. j. xviij. d. Ego palam locutus ſum mũdo: Ego ſemper docui in ſynagoga ⁊ in templo quo omnes iudei conueniunt. Duo ergo ſignificat que obſeruãda ſũt predicãtib⁹: populus/ ⁊ locus. e Et inuenit in templo. Argumentum ꝙ primo veniebat ad templum: quod eſt loc⁹ orationis. f Vendẽtes boues ⁊ oues ⁊ columbas. Quia quidam delonge venientes ad templũ in die feſto/ ſm̃ preceptũ Deut. xij. a. apta ad imolandum animalia ſecum deferre non poterant: ideo iſti talia animalia vendebant in templo: quia ꝓpter anguſtiã temporis: ⁊ multitudinẽ que conuenerat/ carius tunc vendere poterant. Forſitan autẽ iſti ſacerdotes hoc ꝓcurabãt/ vt haberent multas oblationes: ſm̃ illud Ezech. xliiij. a. Poſuiſtis cuſtodes obſeruationũ mearũ ĩ ſanctuario meo vobiſmetipſis. Boues autẽ ⁊ oues ⁊ columbas potius vendebant: quia hec animala ꝑtinent ad ritum ſacrificiorum. Sed quia nõ omnes diuites erant/ nec denarios preſto habebant ad emendas hoſtias: ideo alij peiori genere auaricie ꝑmoti fuerũt ibi/ qui denarios nõ aperte ad vſurã cõmodabãt: quia hoc ꝓhibitum fuit/ Deut. xxiij. d. ſed aliqua munuſcula accipiebant/ facientes vſuram velatam. De quibus dicit Ezech. xiij. c. Violabant me ad populũ meũ propter pugillum hordei ⁊ fragmen panis. Et illi dicunt nũmularij: quaſi largientes nummũ. Et hoc eſt quod ſequit: g Et nũmularios ſedẽtes/ ad tabulas/ vbi denarij iacebant: ſicut mos eſt campſorum.

aliter * quia eſt ⁊ lia ⁊ rachel: martha ⁊ maria. Et talis optimã partem elegit: quia bona eſt pars actiuorum: melior contemplatiuorũ: optima eſt illa que claudit vtrũq: ſcʒ que fecunditatẽ matris habet in predicatione/ et tamẽ puritatem virginitatis non amittit/ ſed cuſtodit eam in contemplatione. Ad hunc locum deſcendũt cum ieſu mater eius ⁊ fratres ⁊ diſcipuli: quia in religione ſunt tria genera hominũ. Maiores/ vt prelati: et coequales: ⁊ minores. Matres facit pietas cõpaſſionis ⁊ ſollicitudo educandi ⁊ nutriẽdi: que cõpetit prelatis. j. Theſſal. ij. b. Facti ſumus paruuli in medio veſtrũ tanq̃ ſi nutrix foueat filios ſuos. Fratres facit cõmunitas vite ⁊ concordia in cõuerſatione. Frater enim fratri debet per omnia ſimilari: ſicut dicitur de chriſto/ Heb. ij. d. Debuit per omnia fratribus ſimilari. Et Apoc. j. c. Ego iohannes frater veſter ⁊ particeps in tribulatione ⁊ regno. Diſcipulos autem facit obedientia ⁊ humilitas. Matth. xj. d. Diſcite a me/ quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Sequit: a Et ibi manſerũt non multis diebus: quia etſi diu maneant quidam pre amore/ moras nõ ſentiunt. Geñ. xxix. d. Videbantur illi pauci dies pre amoris magnitudine. Berñ. O ſi pl⁹ vna hora portaui põdus diei ⁊ eſtus/ pre amore non ſentio. b Et prope erat paſcha iudeorum: ⁊ aſcendit hieroſolymã ieſus. Iuxta litteram inſtruimur per hoc ꝙ intrantes villam/ ꝑmo debemus petere eccleſiã/ ſi poſſimus vt oremus. Moraliter/ autem ꝑ hoc ꝙ chriſtus in paſcha ſolebat aſcendere in hieruſalem/ ſignificat ꝙ in illius mentẽ chriſtus aſcendit/ qui eſt in tranſitu de vitijs ad virtutem: vel de virtute in virtutem: et pacifice q̃tũ ad alios viuit. Sap. j. a. Non habitabit in corpore ſubdito peccatis. Pſ. In pace factus eſt locus ei⁹. Sequit: e Et inuenit in templo vendentes boues et oues ⁊ columbas: ⁊ nũmularios ſedẽtes. Templũ dei eſt eccleſia: in qua quidam vendunt/ vt giezi. iiij. Reg. v. g. Alij emunt/ vt ſimon: Act. viij. d. Et vtriq maledicti ſũt. Unde dicit petrus ad ſimonem: Pecunia tua tecũ ſit in per-

ditionem. Tangunt autẽ hic quattuor genera ſimonie. Bos enim eſt animal ordinatũ ad laborem: ⁊ ſignificat illos ſimoniacos qui ꝓmittunt et exhibent laborioſa ſeruitia pro ꝑbendis. Quales ſunt quidam aduocatorũ. Et hoc ſatis bene tangit Prouerb. xiiij. a. Vbi non ſunt boues: id eſt talia ſeruitia laborioſa ꝓmittẽtes/ preſepe vacuum eſt: quia illi non habent ꝑbendas multas: vbi aũt plurime ſegetes: id eſt ꝑbende plures ⁊ pingues: manifeſta eſt fortitudo bouis. i. labor ⁊ ſollicitudo/ quem habuerunt de habẽdis prebendis. Unde dicit Berñ. Circuit ſedul⁹ explorator/ blãdit/ ſeqt/ obſequit/ ſimulat ⁊ diſſimulat: miſeraq ſuffragia mendicare non erubeſcit/ manibus ⁊ pedibus repens/ ſi quo mõ tandẽ ſeſe ingerere valeat in patrimoniũ crucifixi. De talibus dicitur Iob. xxj. b. Bos eorũ concepit ⁊ non abortiuit: quia ꝑbendam obtinuit quam cõcupiuit. Tales boues ſunt cornupete: quia iſti aduocati omẽs impetũt ⁊ nemini parcũt: Unde magis deberẽt recludi q̃ promoueri. Exod. xxj. c. Si bos cornupeta fuerit ab heri et nudiuſterti⁹: ⁊ cõteſtati fuerint dominũ ei⁹: id eſt ꝑlatum eius: nec religauerit eum/ occideritq virum aut mulierẽ: et bos lapidibus obruetur: ⁊ dominũ eius occident. Unde patet multos prelatos dignos occiſione: qui nõ tales coercent ſed magis ꝓmouent: ſicut dicit Ezech. xliiij. a. Poſuiſtis cuſtodes obſeruationũ mearũ in ſanctuario meo vobiſmetipſis: id eſt ꝓpter ſeruitia et cõmoda vobis ab eis exhibita. De talibus etiã dicit Oſee. xij. d. Fugit iacob in regionẽ ſyrie: ⁊ ſeruiuit iſrael in vxore: id eſt pro vxore/ et in vxore ſeruiuit. Per iacob curiales clerici ⁊ aduocati ſignificant ſeinuicem ſupplantantes ⁊ luctãtes vt aliquid accipiãt. Unde fugiunt a ſcholis in regionem ſyrie: id eſt ſublimis alicuius ⁊ magni prelati: vt vxorem ⁊ vxorem habeant. i. ꝑbendam ⁊ ꝑbendam. Iſti ſignificant per illos qui in templo vendunt boues: quia tales vendunt laborem ſuum ⁊ ſeruitiũ pro ꝑbendis. Alij ſunt qui vendunt ſimplicitatem ⁊ innocentam ſuam ſimulatam: que deſignatur per oues: vt hypocrite qui nihil habent de oue niſi pellem. De quib⁹ Matth. vij. c. Attendite a falſis ꝓphetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium ⁊c. Iſtud vitiũ intantũ preualuit vt etiam in priuatis cõfeſſionibus decipiãt prelatos. Et hoc ſignificat Geñ. xxvij. c. vbi iacob ſubornãs ſe pellibus hedinis: que deſignant habitũ penitentis/ ſurripuit benedictionem. Et Ioſue. ix. a. Gabaonite obumbrauerunt ſe veteribus pannis ⁊ panibus duris/ vt haberent portionem cum filijs iſrael. De his duobus generibus ſimonie dicit in Pſ. Oues eorum abundantes in greſſibus ſuis/ boues eorum craſſe: quia tales pingues obtinent prebẽdas. Et per vendentes columbas ſignificant tertij ſimoniaci: qui dona ſpirituſſancti ⁊ gratias vendũt: vt illi qui ꝓ queſtu predicant/ vel dant ſacramenta. Spiritus eñ ſanctus ſignificat ꝑ columbã. Unde Geñ. viij. b. Columba ramũ oliue attulit in arcam: qui eſt ſignum recõciliationis ⁊ pacis: quia ſpirituſſanctus affert pacem in eccleſiã ⁊ in animã: ⁊ dona eius recõciliant nos deo. Per nũmularios ſignificant illi qui vel mutuo vel ꝑcio emunt bona eccleſiaſtica: vel illi qui aliqua cõmutatione inhoneſta introducunt. Sed nota ꝙ nũmulari⁹ duobus modis poteſt etymologizari. Primo/ quaſi nũmum largiens. Secũdo/ quaſi nũmum iuxta larem abſcõdẽs. Scd̃m primũ modũ tangunt illi qui emunt redditus eccleſiarũ precio. Unde. ij. Machab. iiij. a. Ambiebat iaſon frater onie ſũmum ſacerdotium: aditoq rege promiſit ei argenti talenta trecenta ſexaginta. Item. ij. Paral. xxvj. c. de ozia: qui officium regale cõmutare voluit in ſacerdotale. Scd̃m aliam etymologiam qua nũmularius dicit quaſi nũmum iuxta larem abſcondens/ tangunt illi qui licʒ canonice intronizati: tamẽ redditus eccleſiarum non erogant pauperibus: ſed in theſauros accumulãt ⁊ abſcõdũt. De quibus dicit Apoc. xvij. b. Vidi mulierẽ ebriam de ſanguine ſanctorũ et de ſanguine

V 2 * martyrũ ieſu: id eſt

Marginal notes: Ioh. 21. b. — ...d. 11. b. — ...c. 19. g. — ...a. 75. — Quattuor genera ſimonie — 45. diſ. § ſalomõ 88. diſ. c. 2. 1. q. 1. c. q̃ ſtudet et. q. 3. c. ſaluator. ⁊. c. ex multiſ — Pſ. 145.

a Et cū feciſſet q̄ſi flagellum de funiculis/ ōēs eiecit de tē plo: oues q̄z et boues: ⁊ nū mulariorꝝ effudit ęs/ et mēſas ſubuertit. Et his q̄ui colūbas vendebāt/ dixit: Auferte iſta b hinc: ⁊ nolite facere domū patris mei domū negociatiōis.

ꝟ eſt campſorūm. a Et cum feciſſet quaſi flagellū de funiculis/ ad correctionem. Et ideo non gladiū vel fuſtem accepit: quia iſta magis ſunt ad vindictam q̄ ad diſciplinam. b Omnes/ qui predicta faciebant: c Eiecit de templo: id eſt de atrio templi. Fugerūt enim/ vel ꝓpter percuſſionem/ vel ꝓpter terrorem: quia forte homines non percuſſit de flagello ſ terruit: ſed eis pecora percutiendo ⁊ minādo expulit. Unde ſequit: d Oues quoq̧ ⁊ boues/ eiecit. Dicit autem q̄ quidam radij claritatis exibāt a facie eius: quib⁹ exterriti illi homines fugiebant a cōſpectu eius/ nō valentes ei reſiſtere. e Et nūmulariorū effudit ęs. Et: id eſt q̄: f Menſas ſubuertit: q̄ ſubuerſis mēſis ęs quod deſuper erat effuſū eſt. Probabile eñ eſt q̄ in pecunias man⁹ nō extenderit. g Et his qui colūbas vendebant/ dixit: Auferte iſta hinc: hic eſt punctus. Et nota q̄ venditores columbarꝝ leuius tractat: quia columbas in templo circūferre non ita inhoneſtabat templum ſicut boues ⁊ oues qui faciebant ſtabulum de templo. Unde in littera grecorum habet: Et eiecit tabularios et menſalarios. Hoc autē quod ſequit: b Et nolite facere domū patris mei domū negociationis: refertur ad omnia p̄cedentia. Uel poteſt dici q̄ tm̄ refert ad venditores columbarū/ quibus manſuetius loquit: alios namq̧ de flagello expulit. Et eſt hic argumentū q̄ ꝓhibendi ſunt qui ī atrijs faciunt negociationes ſuas: ad litteram: et in templis. Eſa. lvj. c. Domus mea dom⁹ orationis vocabit. Auguſtin⁹. In oratorio nemo aliquid agat niſi ad quod factum eſt vnde ⁊ nomen accepit. Zach. vlt. d. Non erit mercator vltra in domo domini. Neemię. xiij. a. Malū mihi viſum eſt valde q̄d

ꝟ fecerat tobias

Moraliter * martyrū ieſu: id eſt de diuitijs ſanguine chriſti et martyrū acquiſitis. Chryſoſtomus. Diuitias non ideo accepiſti vt eas ſubfodeas/ ſed vt eas diſtribuas. Si vellet de⁹ eas cuſtodiri nequaq̄ eas hominibus dediſſet: ſed dimiſiſſet vtiq̧ in terra iacentes manere. Sequit: a Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis/ omnes eiecit. In hoc innuit q̄ prelatus omnes tales debet amouere ab eccleſia flagello correctionis et animaduerſionis: q̄ omnis chriſti actio noſtra eſt inſtructio. j. Machab. iiij. e. Elegerūt ſacerdotes ſine macula volūtatem in lege dei habentes ⁊ mūdauerunt ſancta: ⁊ lapides cōtaminationis ꝓiecerunt: id eſt non idoneas ꝑſonas amouerunt ab eccleſia: ⁊ bonas plantauerūt/ vt de lapidibus viuis ędificetur domus dei: ſicut dicit. j. Pet. ij. a. Narrat autē Joſephus q̄ quādo romani vendiderūt ſacerdotiū/ ſtatim ignis perpetuus extinctus eſt: vt habet. ij. Machab. j. Sic quia tales hodie introducunt in eccleſiā: ignis ſpiritus ſancti iam non ardet in eccleſia: ſed refriguit charitas abūdante iniquitate: vt dicit. Matth. xxiiij. b. Flagellum autem quo tales debent eijci/ debet habere triplicē funiculū. Primus eſt charitas diligens ſalutem proximi. Secundus eſt zelus ira/

Al. ignoſcens ſcens contra vitia ꝓximi. Tertius eſt innocentia ſiue ſerenitas cōſcientię/ ne poſſit reprehēdi de ſimili de quo aliū reprehēdit. Hic triplex funiculus alligat baculo auctoritatis: et fit flagellum quo expellunt minus idonę ꝑſonę ab eccleſia dei. De primo dicit. ij. Corinth. v. c. Charitas chriſti vrget nos.

Ps. 118. De ſecūdo dicit in Ps. Uidi p̄uaricantes ⁊ tabeſcebam ⁊c.

Ps. 72. Item Ps. Tabeſcere me fecit zelus meus. Item Ps. Zelaui ſuper iniquos ⁊c. De tertio dicit. j. Corinth. iiij. a. Nihil mihi cōſcius ſum. Et Matth. vij. a. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui: ⁊ trabem in oculo tuo non vides? Et. ij. Corinth. v. b. Sciētes timorē domini hominib⁹ ſuademus: deo autē manifeſti ſumus: ſpero autē ⁊ in conſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe. Hic eſt triplex funiculus qui difficile rumpit: Eccs. iiij. c. Quia ſi rep̄henſio prelati ſic ſit diſpoſita/ nullus ei poterit reſiſtere. Oſee. xj. b. In funiculis adam traham

eos ⁊c. Uel alit funiculi ſunt peccata/ ſiue ꝑplexitates peccatorū. Ps. Funes peccatorū circūplexi ſunt me: quibus trahit peccator ad infernū: Similit ꝑplexitatibus ligat ne poſſit facere bonum. Prouer. v. d. Funibus peccatorū ſuorum quiſq̧ cōſtringit. De his funiculis facit dominus flagellum: Ps. 118. quādo peccatori peccata cōuertit in tormentū: vt ſic ipſa peccata eū eijciant a peccatis. Unde Hiere. ij. d. Arguet te malicia tua/ ⁊ auerſio tua increpabit te. Et. ij. Machab. ix. b. de antiocho dicit: q̄ cum ipſe fetorem ſuum iam ferre non poſſet/ ait: Bonum eſt mortalem eſſe ſubditum deo. Per iſtud flagellum eijcit dominus de templo ſuo: id eſt de corde alicuius peccatoris conuerſi ad pęnitentiam/ oues ⁊ boues ⁊ columbas ⁊ ęs. Per ouem intelligit hypocriſis et ſimulata innocentia. Per bouem/ pigricia ⁊ imundicia. Per columbā quę volat/ elatio ⁊ ſuperbia. Per ęs intelligit cupiditas ⁊ auaricia. Hęc omnia debent eijci ab anima quę eſt templū dei: vt dicit. j. Corinth. vj. d. Uel aliter: Oues in eccleſia ſunt hypocritę ſacerdotes ⁊ ignari: qui amouēdi ſunt: quia ſi cęcus cęco ducatū prębeat/ ambo in foueam cadunt: vt dicit Matth. xv. b. Tenent enim ſacerdotes vt ſciant diſcernere inter lepram ⁊ lepram. Malach. ij. b. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Per boues intelligunt illi qui nimis inhiant terrenis laboribus ⁊ negocijs ſęcularibus. De quibus dicit Luc. xiiij. b. Juga boum emi quinq̧: ⁊ eo ꝓbare illa. i. omnē ſēſum meū exercitare in terreno labore. ij. Timoth. ij. a. Nemo militans deo implicat ſe ſęcularibus negocijs. Omnes q̄ tales eijciendi ſunt. Unde ſequit: d Oues quoq̧ et boues/ eiecit ſupple: e Et nūmulariorū effudit ęs: et menſas ſubuertit. Nūmularij ſunt qui in eccleſia quęrūt quę ſua ſunt/ non quę ieſu chriſti: contra apoſtolū ad Phil. ij. c. Es eorum effundere eſt queſtū eis ſubtrahere. Menſas ſubuertere in quib⁹ lucrati ſunt/ eſt beneficia eis auferre. Job xx. c. Diuitias quas deuorauit euomet ⁊c. Sed cauere debet prelatus ne illectus pecunia/ accipiat ab eis partem/ vt ſinat eos ꝑmanere in vitijs ſuis et inquinare domū dei: quia chriſtus effudit ęs eorum/ non accepit. Et de hoc dicit Bern. ad eugeniū: Tu flagellum tenes: timeāt nūmularij/ nec fidant in nūmis ſed diffidant: abſcōdant ęs ſuū a te/ ſcientes effundere q̄ accipere parationem. g Et his qui columbas vendebant/ dixit: Auferte iſta hinc. Columba non habet amaritudinē fellis in epate: ⁊ non multā conſtructionē faciēs in nido ⁊ gemit pro cantu. Columbas ergo vendunt qui gratiā māſuetudinis vel aſperitatis vitę vel gemendi ⁊ plorandi vel aliquā aliam gratiam ad oſtentationem ⁊ inanem laudem cōuertūt: vt hypocritę. De quib⁹ dicit Matth. xxiij. a. Omnia opera ſua faciunt vt videant ab hominib⁹. Unde Auguſtin⁹ inducit hypocriſim loquētem/ in libro de conflictu vitiorū ⁊ virtutū: et dicit hypocriſis: q̄ nihil boni in abſcondito facis/ ne a cūctis cognit⁹ deteſteris: finge te foris eſſe q̄d int⁹ non aperis. His dicit chriſtus: Auferte iſta hinc. q. d. in talibus intentionem veſtrā mutate: quia ſic dicit Auguſtinus: Simulata ęquitas nō eſt ęquitas/ ſed duplex iniquitas. Hoc ē crimē peſſimū: de q̄ accuſabat ioſeph fratres ſuos apd patrē: ſm Richardū de ſctō victore/ Gen. xxxvij. a. b Et nolite facere domū patris mei domū negociationis. Tribus modis fit dom⁹ dei domus negociatiōis. Primo modo/ quādo ꝑſonę dei tractant negocia. Et hoc eſt contra illos qui in eccleſia dei vel in religione maxime negociationes exercent: ⁊ cauſas ⁊ litigia tenent ⁊ habent. Ps. Quo- Ps. 70. niā non cognoui negociationē/ introibo in potētias domini. j. Corinth. vj. b. Jam quidem oīno delictum in vobis eſt: eo q̄ iudicia habeatis inter vos. Bern. ad Eugeniū. Qui dicit q̄ de celſitudine ſedis ſit iudicare et ligantes audire: puto q̄ non monſtrabūt vbi alicubi quiſpiam apoſtolorū iudex ſederit hominum aut diuerſorum terminorum aut diſtributor

* terrarum. Stetiſſe

⁋ fecerat tobias: ⁊ proieci vaſa domꝰ tobię foras de gaȝophy-
Pš.70. lacio. Pš. Quoniā non cognoui negociationem/introibo in
domū domini. Et nota ꝙ ſicut dicit Auguſtinꝰ: ſi talia prohi
bet deus fieri in loco orationis: quāto magis potationes ⁊ cę-
tera grauiora. Iere. vij. g. Poſuerūt offendicula ſua in do-
mo in qua inuocatum eſt nomen meum.
Et eodem. b. Nūquid ſpelunca latronū
B facta eſt domus iſta/dicit dominus. Hic
autē querit̄ primo: quare in iſto facto du-
rius ꝓceſſerit chriſtꝰ q̄ȝ alibi: cū tamē du
rius videatur debuiſſe agere contra eos/
quando cõtumeliam ⁊ conuitium paſſus
eſt ab eis: qui ſamaritanū ⁊ demoniū habētem eum dicebāt:
j. viij. f. Ad hoc reſpōdet Chryſoſtomꝰ/ꝙ qꝛ chriſtꝰ in ſabba-
to curaturꝰ erat ⁊ multa facturus/quę videbant̄ iudęis contra
legem eſſe: ideo in principio ſuę pręſdicationis vt remoueat
hanc ſuſpicionē/ȝelū aſſumpſit pro domo dei: quia qui ſic ȝe-
lat pro domo dei/dominatori domus non eſt cōtrarius. Sed
ne aliquis crederet ꝙ iſtud faciendo ſimularet magis ȝelum q̄ȝ
haberet: ideo non fecit iſtud ſimpliciter ſed ꝑiculoſe: quia non
ſimpliciter eiecit/ſed mēſas ſubuertit et argentum effudit. Si
enim hypocrita fuiſſet/monuiſſet ſolum: in pericula ſuo non ſe
īmiſiſſet inter caupones furentes ⁊ plębem negociatorum ir-
rationabilem quam damnificabat. Secūdo quęritur/cum bis
hoc factum fecerit: ⁊ de vno illorum dicat̄ hic: ⁊ de alio Mat-
thęi. xxj. b. quod iſtorum fecerit prius: Ad hoc reſpondeo/ꝙ
ſm textum et ſm Chryſoſtomū ⁊ ſm Auguſtinū/hoc quod
dicit̄ hic/factum eſt in paſcha ſequenti poſt baptiſmū chri-
ſti in initio ſuę pręſdicationis: illud autem quod dicitur Mat-
thęi. xxj. factum eſt imminente tempore paſſionis/quinta. ſ.
die ante paſſionem ſuam. Tertio quęrit̄ de diuerſitate iſtius
facti et illius. Hic enim habet̄: Nolite facere domum patris
mei domū negociationis: Ibi autē habet̄: Feciſtis illam ſpe-
lūcam latronum. Item hic dicit/ꝙ fecit flagellum: ibi de fla
gello nō loquit̄. Ad hoc dicit Chryſoſtomꝰ/ꝙ chriſtū decuit
in initio ſuę pręſdicationis mitius ⁊ modeſtius arguere: Unde
dicit: Domū negociationis. Poſtea ſuo durius/Unde dixit:
Spelūcā latronū. Ad aliud dico ꝙ pōt eſſe ꝙ vtrobiq̄ȝ fec̄ fla-
gellū/licȝ nō legatur. Uel melius poteſt ſolui: qꝛ p̄mo ⁊ ſecū-
do fecit flagellū: ſed flagellū nō exprimit ī ſecūda eiectiōe/ad
ſignificandū ꝙ quoſdam in pręſenti percutit flagello diſcipli-
nę: ſm illud Heb. xij. b. Flagellat omnē filium quem recipit.
Et Apoc. iij. d. Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. In futuro
autem non percutit ad correctionem/ſed ad perpetuam dam-
nationem: Unde genus flagelli non exprimit/ad ſignificandū
quod nō poteſt exprimi. Uel aliter poteſt dici/ꝙ in prima eie-
ctione decuit: vt qui manſuetus fuit in verbo/eſſet durus in fa
cto: vt ſimul eſſent miſericordia et veritas: quia et manſuete
eis dicit: Nolite facere domum patris mei domum negocia-
tionis: et tamen cum manſuetudine verbi adhibuit ſeuerita-
Pš.24. tem flagelli. Pš. Uniuerſę vię domini miſericordia et veri-
tas. Prouerb. iij. a. Miſericordia ⁊ veritas non te deſerant.
In ſecūda autem eiectione vbi durior fuit in verbo/vocans
eos quaſi latrones/decuit vt mitior eſſet in facto: Unde ibi nō
fit mentio de flagello. a Recordati vo ſunt: vel poſt
manſuetudinē: vel tunc etiam ſm Chryſoſtomū. b Diſci-
puli eius/qui ſecum erant/non phariſęi. c Quia ſcri-
Pš.68. ptum eſt/in Pš. d Zelus domus tuę comedit me.
Quod quidam exponūt: id eſt cauſa meę paſſionis fuit. Sed
melius exponit̄: e Comedit me: id eſt pungendo vt ita
facerem impulit. Unde Glo. Auguſtini. Bonus ȝelus eſt fer-
uor animi quo mens abiecto humano timore ꝓ defenſiōe ve-
ritatis accendit̄: ab eo comedit̄/q̄ quęlibet praua quę viderit
corrigere ſatagit: ſi nequit/tolerat ⁊ gemit. Sed cauēdum eſt
ne attribuat̄ aliquid chriſto imperfectū. Sicut em̄ in fide chri
ſtus perfectionē ipſiꝰ fidei habuit ⁊ nō imperfectionē: ita ⁊ in
ira ȝeli non habuit turbationē quę imperfectionē relinquit in
ſubiecto/ſed eſſentiam ipſius virtutis habuit. Determinato
autem qualiter diſcipuli deuoti ſe habebāt ad hoc quod fecit:
determinat qualiter ſe habuerunt phariſęi indeuoti/dicens:

a b c Recordati vo ſunt diſcipuli eius/quia ſcriptum eſt: Ze- d e lus domus tuę cōmedit me.

* terrarum. Stetiſſe deniq̄ȝ apoſtolos iudicandos/ſediſſe Moraliter
iudicantes non lego: erit illud/non fuit. In huius vitij dete-
ſtationem reſpondet chriſtus cuidam/Luc. xij. b. Homo q̄s
me cōſtituit iudicem aut diuiſorem inter vos: Secūdo mō
faciunt domū dei domum negociationis: qui res domus dei
ita expendunt et dant parētibus/ac ſi eas
negociādo acq̄ſiuiſſent. Contra quos dic̄
Bern̄. Res pauperum non pauperibus
dare/par ſacrilegij crimē eſſe dinoſcitur: Pš.68.
Sane patrimonia ſūt pauperum faculta-
tes eccleſiarū: ⁊ ſacrilega illis crudelitate
ſurripitur quicquid ſibi miniſtri et diſpen-
ſatores/non vtiq̄ȝ domini vel poſſeſſores/vltra victum acci-
piunt et veſtitum. Tertio domum dei faciunt domum nego-
ciationis: quādo ad litterā in eccleſijs tractant negocia ſęcu-
laria/vbi deberēt attēdere ſpiritualibus. Auguſtinꝰ. In ora-
torio nemo aliquid agat niſi ad quod factum eſt. Geñ. xxviij.
d. Non eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta cęli. q. d. non eſt
domus mendaciorū ⁊ nugarum vel negociationū. Auguſtinꝰ
in ſermone quodam de tenendo ſilentium in eccleſia. Quāta
ſollicitudine obſeruamus quādo nobis corpus chriſti mini-
ſtrat̄/vt nihil ex ipſo de manibus noſtris in terram cadat: tan
ta ſollicitudine obſeruemus/ne verbum dei q̄ȝ nobis erogat̄
dum aliud aut cogitamus aut loquimur de corde noſtro exe-
at. a Recordati vo ſunt diſcipuli: quia ſcriptum
eſt: Zelus domꝰ tuę comedit me. Boni ſubditi quādo
vident diſpoſitionem pręlati corrigentis/ex hoc ipſo perpen-
dunt quo animo corrigat: vtrum. ſ. trahat eum ȝelus vel furor
vel oſtentatio dominij. Hęc enim tria cōſueuerunt diuerſos
pręlatos diuerſimode mouere ad corrigendū. De furore di-
cit̄ Job. xvj. b. Collegit furorem ſuum in me ⁊ cōminās mi-
hi infremuit cōtra me dentibus ſuis. Et Pš. Furor illis ſm
ſimilitudinē ſerpentis. Tales enim nō ſibilū leuis correctio- Pš.57.
nis/ſed flatū furoris ſpirāt in ſubditos. Et tales magis vrunt
⁊ cōſumūt viroꝛem gratię ⁊ boni operis in ſubditis flatu ſuo:
ſicut draco qui flatu ſuo vrit ⁊ cōſumit/maxime herbas: id eſt
nouellas animas nouitiorū. Contra illos autem qui volunt
oſtentare dominiū/dicit̄ Luc. xxij. c. Reges gentium domi
nant̄ eorum: ⁊ qui poteſtatē habent in eos benefici vocātur:
vos autem non ſic. j. Pet. v. a. Non vt dominantes in clero:
ſed forma facti gregis ex animo. Et beatus Bern̄. ad Euge-
nium. Planū eſt inquit/apoſtolis interdicit̄ dominatꝰ: Igit̄
⁊ tu tibi vſurpare nō aude/aut dominās apoſtolatū/aut apo
ſtolicus dn̄atū: plane ab alterutro ꝓhiberis. Si vtrūq̄ȝ ſimꝉ
habere voles/perdes vtrūq̄ȝ. Alioquin nō te exceptū putes
de numero illorum: de quibꝰ conquerit̄ deus: Ipſi regnaue-
runt ⁊ non ex me: Oſee. viij. a. De tertijs qui ex ȝelo non ex
furore vel dominio corrigunt/dicit̄ hic: Zelus domus
tuę comedit me. Et Eſa. xj. a. Egrediet̄ virga de radice
Ieſſe: id eſt correctio de incendio ȝeli ⁊ charitatis: ⁊ flos de ra
dice eius aſcendet: quia talis correctio fructifera ⁊ vtilis eſt.
Et dicit: e Comedit me: id eſt me quaſi cōſumpſit: ſicut
dicit Pš. Tabeſcere me fecit ȝelus meus: quia iſtud mirabi-
liter cruciat ⁊ extenuat/ad litteram/bonos pręlatos. Pš. Ui
di p̄uaricantes et tabeſcebam. ij. Corinth. xj. f. Pręter ea q̄ Pš.118.
extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana/ſollicitudo omniū
eccleſiarū: quis infirmat̄ et ego non infirmor: quis ſcandali-
ȝatur ⁊c. Et dicit Gregoriꝰ/ꝙ nullū ſacrificiū ita placet deo
ſicut ȝelus animarū. Uel aliter. Zelus domus dei comedit
illos: qui vſq̄ȝ ad mortem ȝelant eccleſiam dei: qui ꝓ eccleſia
morti vel periculo mortis ſe exponunt: ſicut mathatias ⁊ filij
ſui. j. Machab. ij. c. Uidit mathatias ⁊ doluit et cōtremue-
runt renes eius: ⁊ accenſus eſt furor eius ſm iudicium legiſ: ⁊
inſiliens trucidauit eum ſuper aram. Simile habet̄ Numeri
xxv. c. de phinees. Sic etiam exponit̄ de chriſto: d Ze-
lus domus tuę: id eſt ȝelus quo ȝelaui domum tuam: vel
quo iudęi ȝelati ſūt ī me. e Comedit me. i. fuit cauſa meę
paſſionis: quia ſacerdotes ex hac eiectione ȝelum inuidię ⁊
odium inexorabile conceperūt in chriſtū propter oblationes
quas amiſerūt ꝓ hoc facto. Zach. j. c. Zelatus ſum hieruſalē

a Reſponderūt ergo iudei et
b dixerunt ei: Quod ſignum
oſtendis nobis/ quia hec fa-
c cis: Reſpondit ieſus et dixit
d e eis: Soluite templum hoc: et
f in tribus diebꝰ excitabo illud.
g h Dixerunt ergo iudei: Qua-
draginta et ſex annis edifica-
i tum ē templū hoc: et tu in tri-
bus diebus excitabis illud:

a Reſponderūt ergo iudei: non verbis/ ſed facto ipſiꝰ.
b Et dixerunt ei: Qđ ſignū oſtendis nobis/ quia
hec facis: id eſt quod ſignū oſtendis vt ꝑ illud demonſtres
te habere poteſtatē talia faciendi in domo domini: Hic que-
rit̄ quare ipſi ita patienter tulerunt/ precipue cum auari ma-
gis offēdant̄ de effu-
ſione rerum ꝙ pro-
prij ſanguinis: Itē
Matth.16.a. quare non ſunt offen
Marci.8.b. ſi de hoc ꝙ dixit ſe
filium dei/ cum dixit:
Matth.26.f. Nolite facere domū
patris mei ꝛc. cū.j.
viij.g. etiā ꝓ hoc ſo-
lo voluerunt eū lapidare. Itē Matth.xxj.b. poſt hmōi factū
exaſperati ſunt grauiter in eum/ et non hic. Ad primū ſoluit
Chryſoſtomꝰ/ ꝙ iſti ꝓ turpi lucro ſuo interciſo dolētes ſimu-
lauerunt auariciā/ ꝛ ſignū in dolo queſierunt ab eo: vt eum ſic
ceſſare facerēt a ꝑſecutione eorum: ꝛ vt in ſigno faciendo eum
occuparent. Ad aliud reſpōdeo/ ꝙ cum hic diceret: deū patrē
ſuū nō ſūt offenſi: q2 credebāt ꝙ hoc ſimplicit̄ diceret: nō pa-
trē naturalit̄/ ſed adoptione vel creatione: ẜm qđ in Pſ. dicit̄
Pſ.81. Ego dixi/ dij eſtis ꝛ filij excelſi omnes: ſed.j. vbi innuit pari-
litatem ꝛ maieſtatem/ intellexerunt ꝙ naturalem filium ſe eſſe
diceret. Ad aliud dicendum/ ꝙ Matth.xxj. poſt eiectionem
negociatorum curauit infirmos: et ideo magis inuidia mo-
ti exaſperati ſunt: hic autē non ita/ vbi tm̄ expulſi ſunt: quia
ſtupebant ad nouitatem. Et q2 ſicut dicit Chryſ. alioꝝ bene-
ficia magis eos exacerbauerūt ꝙ ꝓpria cōuitia: q2 in ere ſup-
abundabāt. c Reſpondit ieſus ꝛ dixit eis: Soluite
templū hoc ꝛc. q.d. vos queritis ſignum in qua poteſtate
hec faciam: ſed ego non do vobis ſignum poteſtatis/ ſed dico
vobis ſignificationē huiꝰ facti: q2 ſicut templū hoc materiale
vos inquinatis et ego emundo: ita templū corporis mei vos
diſſoluetis ꝛ ego reſuſcitabo. Sic videt̄ cōtinuare Glo. Aug.
Vel aliter: d Soluite ꝛc. q.d. vos queritis ſignum po-
teſtatis: ſ; nō dabo vob ſignū niſi humilitatis ꝛ paſſionis. Et
habetur ſicut Matth.xij.c. Generatio praua ꝛ adultera ſig-
num querit: ꝛ ſignū non dabit̄ ei niſi ſignū ione ꝓphete. Di
cit ergo. d Soluite. i. ſoluetis: ſicut illud.j.xiij.c. Qđ fa-
cis/ fac citiꝰ: id eſt facies. e Templū hoc: id eſt ſignifica-
tū per templū hoc: ſiue corpus meū/ qđ eſt templū diuinita-
tis quod ꝑſens eſt vobis. f Et in tribꝰ diebus excita-
bo illud: a morte quaſi a ſomno. Pars autē ponit̄ pro toto:
q2 nō totis diebꝰ tribꝰ naturalibꝰ iacuit i ſepulchro/ ſed partē
paraſceues/ ꝛ illa ponit̄ ꝓ tota die: ꝛ noctē ꝛ diē ſabbati/ ꝛ no-
ctē dominice/ ꝛ diluculo eiuſdē diei ſurrexit. Incidit autē du-
bitatio/ quare dñs nō oſtendit eis ſignū qđ petebant. Item
quare dedit eis non apertū/ ſed enigmaticū reſponſum/ quod
neqꝫ diſcipuli intellexerūt tunc. Reſpondeo. Nō dedit eis ſi-
gnū: quia doloſam eorū mentē agnouit. Alia ratio eſt: q2 ſim
pliciter bonū erat eripere templū domini a tāta inhoneſtate:
ꝛ ideo ſignū ſup hoc non oportuit dare. Tertia ratio eſt: quia
ipſe zelus ſufficiēs erat ſignū virtutis. Ad id qđ querit̄/ quare
eis obſcure locutus eſt. Dicēdum/ ꝙ ipſe loquit̄ ẜm qđ com-
petit audiēti: Ipſi enim imbecilles erant ad capiendū ardua:
vnde nō aperte locutus eſt/ ne nimis exaſperarent̄ cōtra eum.
Per hoc em̄ ꝙ dixit: Soluite templū hoc: ſignificauit ꝙ
deitas habitabat in eo. Et ꝑ hoc ꝙ dicit: Excitabo: ſigni-
ficauit virtutē reſurrectionis. Et ſi hec duo aperte dixiſſet/ ꝙ
ſcꝫ eſſet deus: ꝛ ꝙ a mortuis eſſet ꝓpria virtute reſurecturꝰ/
ſcandalizati eſſent: Ideo hoc enigmatice ſignificauit/ vt poſt
rei impletionē eſſet omnibꝰ manifeſtū qđ dixerat obſcurum.
Hec duo oſtendit ſimilit̄ paulus de chriſto/ Roma.j.a. Qui
ꝑdeſtinatus eſt filius dei in virtute ẜm ſpiritū ſanctificatiōis
ex reſurrectiōe mortuoꝝ. g Dixerūt ergo iudei: q2 que
ſpūaliter dixerat/ carnalit̄ intelligebāt. h Quadraginta
ꝛ ſex annis edificatū ē templū hoc. Sic dic Chryſo-
ſtomꝰ ꝛ Augꝰ/ loquūt̄ de edificatiōe facta ſub zorobabel/ nō
de illa ꝗ ſub ſalomone. Illa em̄ in viginti annis cōpleta fuit:
iſta in quadraginta ſex: non ꝙ cōtinue ꝑ tot annos edificaret̄:
ſed q2 tot anni fuerūt a die inceptiōis vſqꝫ ad diē cōſummati-
onis. i Et tu in tribꝰ diebꝰ excitabis illud. q.d.
impoſſibile eſt:
* ꝛ ſion celo magno. Sequit̄: a Reſpōderūt ḡ iudei
ꝛ dixerūt ei: Qđ
ſignū oſtēdis no
bis/ q2 hec facis:
Diſcipuli boni ꝓ bo
no habent correctio-
nem ſui ꝑlati: ſed ma
li quando corrigunt̄
ꝗrunt ſignū poteſta-
tis vel ſanctitatis vel
ſcientie. Et ſunt duo genera taliū/ qui nolūt rephendi. Quidā
em̄ non patiunt̄ ſe corrigi niſi ab illis qui poteſtatē habent ꝑ-
lationis: vel auctoritatem magne ſcientie ꝛ ſanctitatis. Unde
Exod.ij.c. Quis te ꝯſtituit principē ꝛ iudicem ſup nos: q.d.
vbi eſt auctoritas poteſtatis vel ſignū excellentis ſcientie vel
operū. Et Geñ.xix.b. Ingreſſus es vt aduena: nūquid vt iu-
dices: q.d. aduena es ꝛ exul/ nec notus auctoritate vel ſcientia
vel ſanctitate. Sed mirabile eſt ꝙ tales querunt ſignum/ cum
nihil dicat̄ eis niſi ꝙ manifeſte eſt verū ꝛ bonū. Unde Chry-
ſoſtomꝰ. O de vltima inſania: ſigno ne opus erat vt ea ꝗ male
fiebāt ceſſare faceret: ꝛ domū dei eriperet a tanta verecūdia:
Alij ſūt qui in quibuſlibet reprehenſionē querunt/ ꝙ ꝑlatus
idem faciat quod monet fieri/ ꝛ nolunt facere niſi ille faciat.
Contra quos dicit dominus Matth.xxiij.a. Que dicunt
facite: ẜm opera ꝟo illoꝝ nolite facere. Eſa.lviij.d. Si nō in-
uenit̄ voluntas tua vt loquaris ſermonem contra ꝑlatum tuū
murmurādo ꝛ ſignum operis petendo: tunc delectaberis ſup
domino. Iſta murmuratio cōtra prelatū eſt ſolū illud in quo
inuenit̄ iob locutus fuiſſe: ſicut ipſe dicit.xxxix.d. Unum locu
tus ſum qđ vtinam nō dixiſſem. Et exponit Gregoriꝰ: ꝙ dixe
rat ꝙ iniuſte ꝛ ſine cauſa flagellaret̄: Et ita dicūt incorrigibi-
les homines quādo diſciplinant̄. c Reſpondit ieſus et
dixit eis: Soluite: id ē ſoluetis: e Templū hoc: ꝛ in
tribus diebus excitabo illud. Nos ſumus templū dei:
ſic dicit̄.j. Corinth.vj.d. et.j. Corinth.iij.d. Et Leuit.xxvj.
b. Ponā tabernaculū meū in medio veſtri: ꝛ non abijciet vos
anima mea. Hoc templū ſoluimꝰ ꝛ ꝓphanamus per pecca-
tū mortale.j. Machab.ij.a. Templū eius ſicut homo igno-
bilis: vaſa glorie eius captiua abducta ſunt. Et.ij. Machab.
vj.a. Templū luxuria ꝛ comeſationibꝰ erat plenū: ꝛ ſcortan-
tiū cū meretricibꝰ/ ſacratiſqꝫ edibus mulieres ſe vltro ingere-
bant. Sed hoc templū in tribꝰ diebꝰ excitat̄. i. in triplici cogni
tione. ſ. peccati ad deteſtandū ꝛ cauēdū: proximi ad ſubuenien-
dū: ꝛ dei ad diligendū. Vel tres dies ſunt dolor ꝓ delectatiōe
peccati: pudor ꝓ turpitudine: timor ne recidiuet iterū ꝓ ipſiꝰ
peccati tenacitate ꝛ hominis debilitate. Uñ Pſ. Cor meū con Pſ.37.
turbatū eſt/ ecce dolor: dereliquit me virtus mea/ inde timor:
ꝛ lumē oculoꝝ meoꝝ ꝛ ipſum nō eſt mecū/ ecce pudor: q2 ve-
recūdus hō ꝑ verecūdia nō audet aliquē reſpicere: ſed ſuffun-
dit̄ facies ꝛ oculi pudore. Vel tres dies: cōtritio/ cōfeſſio/ ſa-
tiſfactio. Geñ.xl.c. Tres adhuc dies ſunt poſt quos recor-
dabit̄ pharao miniſterij tui: ꝛ reſtituet te in gradum priſtinū.
Jone.iij.b. Adhuc tres dies ꝛ niniue ſubuertet̄. i. a peccatis
cōuertet̄. Et ſic ſpiritualit̄ reedificabit̄: q2 deſtructio peccati
eſt edificatio templi. g Dixerūt ḡ iudei: Quadragin
ta ꝛ ſex annis edificatū eſt templū hoc: et tu in tri-
bus diebꝰ excitabis illud: Verbū eſt deſperantiū: q non
credūt ꝙ vitā bonā quā longo tpe ꝓus acquiſierūt/ ꝛ ꝑ pecca-
tū ſequēs amiſerūt/ ſubito poſſit ꝑ penitentiā reſtaurari: q du
ri ſunt ad credendū dei miſericordiā/ que excedit omnē culpā.
Eccl.iij.d. Cor durū male habebit in nouiſſimo: ꝛ qui amat
ꝑiculū ꝑibit in illo. Job.xxij.c. Dicebāt deo: recede a nobis
ꝛ ꝗſi nihil poſſit facere omnipotēs eſtimabāt illū. Tales em̄
ideo oīno expellūt a ſe deū: q2 de venia obtinēda ꝛ gratia re-
ſtaurāda nō cōfidūt: ſicut cain/ Geñ.iiij.b. Uñ Augꝰ. in libro
de cōflictu vitioꝝ ꝛ virtutū: ponēs verba deſperatiōis/ dicit:
* Ecce vt cernis mala

a Illē autē dicebat de templo
b corporis ſui. Cūm ergo reſur
c rexiſſet a mortuis/ recordati
d ſunt diſcipuli eius: qūia hoc
e dicebat/ ēt crediderūt ſcriptu/
f g rę ēt ſermoni qūē dixit ieſus.
h Cūm aūt eſſet hieroſolymis i
i paſcha in die feſto: mūlti cre/
diderunt in nomine eius / vi/
k dēntes ſigna eius quę facie/
l bat. Ipſe aūtē ieſus non cre/
m debat ſemetipſū eis/ eō ꝙ ipſe
n noſſet omnes: ⁊ qūia opus ei
nō erat vt q̇s teſtimoniū ꝑhi/
o beret de homine: Ipſe ēnim
ſciebat quid eſſet in homie.

impoſſibile ē: et iō multo impoſſibili' iudicaſſet ſi aperte aliq̄d ſpirituale dixiſſet eis. a Ille aūt dicebat de tēplo corporis ſui. Hec ſūt v̄ba euāgeliſtę. Et occurrit hic multiplex q̄ſtio de lr̄a. Prima q̄ſtio ē/ ſm quā ratione ſilitudinis loquit̄ de corpe ſuo tanq̄ de templo. Secūda queſtio eſt/ quare ipſe dat eis ſignū de reſurrectiōe/ licʒ enigmatice/ in facto qd̄ reſpicit honeſtatē templi potius q̄ī alio. Reſpōdeo ad primū: qꝛ templū eſt habitaculū dei/ in quo exhibet chariſmata deuotis: Ideo corpus chriſti dicit̄ templū/ cui deitas vnitas eſt: ⁊ in ſacramētis corpis eius tanq̄ i materia quadā redēptiōis nobis exhibent̄ dona gratiarū. Itē ſm Glo. ſumit̄ ſilitudo ex ꝑte fabricatiōis templi: qꝛ ſicut templū quadragintaſex annis: ita corp' chriſti q̄dragintaſex dieb'/ nō dico organiçatū: ſed de exilibus organis q̄ habuit in inſtāti cōceptiōis ad notabilē quātitatē deductū ē. Itē ſicut in tēplo accepte ſunt oblatiōes: ita in chriſto in paſſione corpis eius oīs noſtra actio ⁊ oratio eſt accepta. Unde et orōnes finiūt̄: Per dn̄m nr̄m ieſū chriſtū. Ad ſecūdū dicēdū ꝙ nihil ita oſtēdebat deitatē ⁊ poteſtatē ſic ſuſcitatio ſuiꝑſi'. Hoc eñ maximū eſt/ cū create virtutis nihil poſt mortē i corpore remaneat: ⁊ iō cū imediat' auctor tēpli ſit de'/ cū voluit oſtēdere ſe auctorē tēpli/ oſtēdit hoc ꝑ id qd̄ maxīe deitatis ē manifeſtatiuū/ dicēs: Soluite templū hoc: ⁊ i trib' diebus excitabo illud. q.d. vos q̄ritis ſignū meę poteſtatis: ⁊ ego do vobis ſignū licʒ obſcurū meę reſurrectiōis: ꝑ qd̄ me deū cognoſcere poteritis/ cū me reſurrexiſſe videritis. Et habet̄ ſīle. j. viij. d. Qn̄ exaltaueritis filiū homīs tūc cognoſcetis qꝛ ego ſum/ ꝑ reſurrectionē. ſ. Ad q̄d autē dixerit hoc/ oſtēdit ſubdēs: b Cum ḡ reſurrexiſſet a mortuis/ recordati ſunt diſcipuli ei': qꝛ hoc dicebat/ de corpe ſuo: qd̄. ſ. a morte ſoluēdū erat ⁊ a ſe ſuſcitandū. Propter h̄ eñ ꝑdixerat illud/ vt dicti ei' recordarent̄ ⁊ crederēt. Un̄ ſeq̄t̄. e Et cre-
Act.6.a. diderūt ſcripturę/ ꝓphetarū: q̄ ꝑdixerāt chriſtū tertia die reſurrecturū. f Et ſermoni/ ei': huic. ſ. Soluite tēplū h̄ ⁊ in triduo excitabo illud. g Quē dixit ieſ'/ ꝓphetice. Un̄ cū ꝓphia habeat cognoſci cū euenerit/ poſt reſurrectionē h̄ intellexerūt ⁊ crediderūt. Qn̄ eñ nō itellexerāt: qꝛ adhuc ībecilles erāt ad intelligendū ⁊ infirmi ad credendū. h Cū aūt eſſet hieroſolymis i paſcha i die feſto. i. in paſchali tꝑe feſtiuo/ vel in dieb' paſchalib' feſtiuis. Et ſic ponit̄ ſingulare pro plurali. Uel dies feſt' ſpecialit̄ dicit̄ dies ꝓmus ⁊ ſeptimus. i Multi crediderūt in noīe ei'. i. in virtute opante miracula ꝑ ipſū. k Uidētes ſigna ei' q̄ faciebat: qꝛ iudeī ſigna q̄rūt/ gręci aūt ſapiētiā. j. Cor. j. d. Int̄ iudeos aūt/ vt dic̄ Chryſ. quoſdā rudiores ſigna trahebāt: rōnabiliores v̄o ꝓphetię. Et illi q̄ a doctrina trahebant̄ potiores erāt illis q̄ a ſignis. Un̄. j. xx. g. Beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt. Un̄ dicit̄ de diſcipulis ꝙ crediderūt ſcp̄turę ⁊ ſermoni chriſti: de aliis autē dr̄ ꝙ crediderūt ſignis. Sed qꝛ nō eſt vera fides q̄ ſolum a probatione miraculorū pendebat: ideo ſequitur: l Ipſe aūt ieſus nō credebat ſemetipſū eis. i. nō ꝯfidebat de eis/ ita vt ꝯmitteret eis ſecreta ſuę inſtructiōis: ⁊ vt accipet eos in teſtes reſurrectiōis/ ⁊ hmōi. Uel ſm Glo. Nō credebat ſemetipſū eis: vt familiarit̄ habitaret cū eis: m Eo ꝙ
Ps.7. ipſe noſſet oēs/ tanq̄ deus. Ps. Scrutās corda ⁊ renes deus. Prouer. xvj. a. Spirituū ponderator eſt dn̄s. j. Reg. xvi. b. De' intuet̄ cor. n Et qꝛ opus ei nō erat vt q̄s teſtimoniū ꝑhiberet ei/ de homie: qꝛ plus ſcit de homie q̄ homo de ſe. o Ipſe eñ ſciebat q̄d eſſet in homie: id eſt quid eſt vel eſſe poteſt in mēte homis. Heb. iiij. d. Omnia nuda ⁊ aperta oculis eius ⁊c.

* Ecce vt cernis/ mala ſēp cōſuetudine obligat' teneris/ conaris exurgere/ ſed peccatorū onerib' ꝑgrauatus relaberis: Quid ḡ agendū eſt/ qn̄ de ꝓteritis certa damnatio iminet/ de p̄ſentib' emēdatio nulla ſuccurrit/ niſi vt admittāt̄ rerū tp̄aliū voluptates/ dū cōſeq̄ nequeūt futuri ſęculi oblectatiōes. a Ille aūt dicebat de tēplo corpis ſui. Optimū eſt remediū cōtra obiectionē deſꝑatiōis: qꝛ qd̄ chriſt' dicit de ꝑnitēte/ hoc dicit de templo corpis ſui. i. de membro corporis ſui. Unde qn̄ chriſt' reędificat ꝑnitentē/ tunc reędificat et reſtaurat tēplū corpis ſui. Chriſto ḡ nō ē difficile nos reſtaurare/ cui' ſumus corp' ⁊ mēbra. Sed qꝛ h̄ peccator excęcatus nō recogitat vel intelligit donec fuerit a peccato curat': ideo ſequit̄: b Cū ḡ reſurrexiſſet a mortuis: nō in capite ſed i mēbris: qd̄ fit in iuſtificatiōe peccatorū. c Recordati ſunt diſcipuli ei': imitatores ⁊ diſciplinati correptiōe ei'. d Quia hoc/ de corpe ſuo/ dicebat. Poſt iuſtificationē eñ a peccatis cōſiderat hō ꝙ dei gratia potuit reſurgere i vnitatē corpis chriſti. e Et/ iā virtutē dei expti/ crediderūt ſcripturę/ hoc ꝓmittenti: qꝛ in ꝓphetis ꝓmittit remiſſionē peccati. Ezech. xviij. f. Quacūq̄ die ingemuerit peccator ⁊c. f Et ſermoni quē dixit ieſus: qꝛ etiā hoc ꝓmittit i euāgelio. Talis diſcipul' fuit paulus: q̄ dicit ad Titū. iij. b. Nō ex opib' iuſticię q̄ fecim' nos: ſed ſm ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Et Ps. Et dixi/ nūc Ps.76.
cepi. q.d. qd̄ ante capere nō poterā cū erā in peccato: iuſtificatus capio ⁊ intelligo. Ps. A mādatis tuis intellexi. Eſa. lxiiij. Ps.118.
b. Deſcēdiſti ⁊ a facie tua mōtes defluxerūt: a ſęculo nō audierūt neq̄ aurib' ꝑceperūt. Cū eñ de' deſcēdit ad cor ⁊ infundit gratiā/ defluūt mōtes. i. peccatorū obſtacula vel mot' ſuꝑbię. Et tūc audit hō ⁊ itelligit ⁊ ſentit qd̄ nunq̄ ſenſerat. ſ. dulcedinē ⁊ requiē ſerenę cōſciētię: ⁊ q̄ dulce ſit ſeruire chriſto et facile. Matth. xj. d. Iugū eñ meū ſuaue ē ⁊ onus meū leue. Ideo pctōres decipiunt̄: qꝛ nō credūt niſi amaritudinē i ſeruitio chriſti. Ps. Qui videbāt me foras fugerunt a me. Sed Ps.30.
ſicut dr̄ Sap. viij. c. Nō habet amaritudinē ꝯuerſatio illius nec tędiū cōuict' illi' ſ; lęticiā ⁊ gaudiū. Bern. Multi vident nr̄as cruces: ſ; nō vidēt nr̄as vnctiōes. Seq̄t̄: h Cū aūt eſſet hieroſolymis i paſcha i die feſto/ multi crediderūt in noīe ei'/ vidētes ſigna ei' q̄ faciebat. Qn̄ ieſus eſt in hieroſolymis i die feſto/ tūc multi credunt ꝓpter ſigna: qꝛ qn̄ in tꝑe ꝓſꝑitatis chriſtus ſe exhibet homib' bn̄ficū/ tūc deo ſeruiūt: ſed h̄ ꝓpter ſigna. i. ꝓpter ipſa ꝓſꝑa q̄ vident̄ homini eſſe ſigna amoris: cū tñ magis ſit ecōtrario: qꝛ dicit Gregori'/ ꝙ cōtinu' ſucceſſus tp̄aliū bonorū eſt quoddā ęternę dānatiōis indiciū. Tales ḡ credere vident̄ ꝓpter ſigna: qui ⁊ hic voluūt habere lęuā ꝓſꝑitatis tp̄alis: ⁊ in futuro dexterā ęternę iocūditatis: ſic dr̄ Cañ. ij. b. Ps. Cōfitebit̄ tibi cū bn̄feceris Ps.48.
ei. Sʒ i die turbulēto cū nō exhibēt hęc ſigna/ tūc recedūt: ſic dr̄: Ad temp' credūt ⁊ in tꝑe tēptatiōis recedūt. Dupliciter Luc.8.b.
eñ peccāt: vel cū illecti ꝓſꝑitate tēptant̄ a ſuis cōcupiſcētiis: vel cū tꝑe aduerſitatis tribulatiōib' frāgunt̄. Hi ſunt duo inſult' fortunę: ſic dic̄ Greg'. Et Prouer. j. d. Auerſio paruulorū interficiet eos. i. tribulatio: ⁊ ꝓſperitas ſtultorū ꝑdet eos. Iaco. j. b. Unuſq̄ſq̄ tēptat̄ a cōcupiſcētia ſua abſtract'/ ecce auerſio: ⁊ illect'/ ecce cōcupiſcētia. Et qꝛ tales tp̄ales ſūt ⁊ nō ſtabiles: ideo ſequit̄: l Ipſe aūt ieſus nō credebat ſemetipſū eis: qꝛ talib' inſtabilib' dn̄s magnā gratiā nō cōferit: qꝛ ſūt indigni: qꝛ nō mittit nouū vinū i vtres veteres/ ne rūpant̄ ⁊ effundāt illud: vt dr̄ Matth. ix. c. Eccl. xxj. c. Cor fatui q̄ſi vas fractū: ⁊ omnē ſapientiā nō tenebit. m Eo ꝙ ipſe noſſet oēs: q̄ nouit abſcōdita cordis. Prouer. xvj. a. Oēs vię hoīm patēt oculis ei': ⁊ ideo nō pōt falli. n Et qꝛ opus ei nō erat vt q̄s teſtimoniū ꝑhiberet de hoīe:

☞ Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homie. Chryſoſtom⁹. Non indiget teſtibus vt propriorū plaſmatū mentes diſcat. Et nota ꝙ non eſt mirum ſi chriſtus non credit ſe multis: quia in omnib⁹ inuenit fraudem / etiā in familiaribus ſuis. Job. iiij. d. In āgelis ſuis: id eſt in miniſtris eccleſie / reperit prauitatem. Phil. ij. c. Omnes que ſua ſūt querunt: non q̄ ieſu chriſti. Prouerb. xx. a. Multi homies miſericordes vocant̄: virum aūt fidelē q̄s inueniet? Bern. Videt̄ bone ieſu aduerſum te cōiuraſſe vniuerſitas chriſtianorum: et illi in ꝑſecutione tua primi ſunt / qui in eccleſia tua vident̄ primatum tenere / ⁊ gerere principatū. Chriſtus enim in cōfederatis ſibi nō inuenit fidelitatem / nec in cognatis / nec in cōmenſalibus. Et in his tribus precipue deberet inueniri fidelitas: Sed chriſt⁹ i nullis inuenit. Federati ⁊ pacificati cū domino ſum⁹ in ſponſione baptiſmatis: vel in pacto religionis: vel in ꝓmiſſione ſatiſfactionis in cōfeſſione. Sed hec omnia infringim⁹ / ⁊ a federe domini recedim⁹. Hiere. xxxviij. f. Seduxerunt te et ꝓualuerunt aduerſum te viri pacifici tui. Item fratres et cognati domini ſunt / qui participes ſunt hereditatis eius. Cant. j. b. Filij matris mee pugnauerūt contra me: qui ſcʒ patrimoniū crucifixi ſibi cōdiuidunt. Itē cōmenſales domini ſunt / qui menſe ſcripture vel altaris participāt. Pſ. Qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantionem: id eſt theologi ⁊ ſacerdotes.

A — j. 7. g. et 19. g.

Ps. 40.

a b c d e f — Erāt autē hō ex phariſeis nicodem⁹ nomie / ꝑnceps iudeorū. Hic venit ad ieſum nocte

¶ Ca. III.

g h i k — et dixit ei: Rabbi ſcimus / q2 a deo veniſti magiſter. Nemo enī pōt hec ſigna facere que tu facis / niſi fuerit de⁹ cū eo.

⁊ ignorantie: ⁊ adhuc tenebat̄ obſcuritate littere legalis. Nox enī vt dicit Glo. ſignificat litterā legis vel ignorantiā cordis vel timorē de iudeis. Et ꝙ adhuc eſſet in nocte ignorātie / oſtēdit̄ per verba eius q̄ ſequunt̄. g ¶ Et dixit ei: non credens ꝙ deus eſſet / ſed aliquis magnus propheta et amicus dei. Et ideo ſic format locutionē: h ¶ Rabbi. Cōfitet̄ ipſū nō eſſe deū / ſ3 magiſtrū: ⁊ ſe eſſe diſcipulū. Et ſic ordina litterā: Rabbi / ſupple qd̄ ē / magiſter: i ¶ Scimus q2 a deo veniſti. Nō dic: tu es de⁹: ſed ſic alij ꝓphete a deo miſſus veniſti. Et ratione dicti inducit: Nemo enī pōt ⁊c̄. Vel aliter: i ¶ Scimus / q2 a deo veniſti magiſter. i. quia magiſteriū tuū a deo eſt: vel quia a deo miſſus es ad docendū: quia doctrinam tuam cōfirmant ſigna. k ¶ Nemo enī poteſt hec ſigna facere que tu facis / niſi fuerit deus cum eo. Item nō dicit: niſi fuerit deus: quia hoc non credebat / ſed ꝑ ſigna que vidit ab eo fieri i paſcha / eum quaſi ꝓphetā a deo miſſū credebat. Simile. j. ix. f. Niſi eſſet hic hō a deo nō poſſet facere quicq̄. Sed videt̄ ꝙ falſum dicit: Multi enī mali ſigna faciunt. Matth. vij. c. Domine nōne in noīe tuo ſigna multa fecim⁹. Rn̄deo / ꝙ null⁹ facit ſigna niſi fuerit deus cū eo: ſed non ſequit̄ ꝓpterea ꝙ ipſi ſint cum deo: quia hominē eſſe cum deo / ponit imitationē homis ad deum in aliquo. ſ. in voluntate: Deum ṽo eſſe cū homine ſm̄ ꝙ hic ſumit̄ nihil dicit niſi virtutē diuinitatis oſtenſiuā: ⁊ hanc poteſt etiā malus habere. Et ideo dicit bene: Niſi fuerit deus cū eo: ☞ ⁊ non dicit: niſi fuerit

¶ Expo. Ca. III.

Erat autem homo ex phariſeis ⁊c̄. Hic incipit tertiū capitulū. Et diuidit̄ in duas partes principales. Prima eſt de Nicodemo. Secūda eſt de reditu ipſi⁹ chriſti in iudeā / ⁊ celo diſcipulorum iohānis: ibi: Poſt hec venit ieſus et diſcipuli eius in terrā iudeam. Prima pars diuidit̄ in tres partes. In prima deſcribit euāgeliſta nicodemū. In ſecunda ponit aduentum ⁊ locutionem eius ad ieſum / vbi dicit: Hic venit ad ieſum nocte ⁊ dixit ei: Rabi ⁊c̄. In tertia ponit reſponſionē domini ad nicodemū de tribus. Primo de baptiſmo: ibi: Niſi quis natus fuerit. Secūdo de paſſione ⁊ aſcenſione: ibi: Et nemo aſcendit. Tertio de iudicio ⁊ redemptione: ibi: Sic enim deus dilexit mundū ⁊c̄. Aliam partē diuidemus loco ſuo. Dicit ꝗ ꝑmo ſic: a ¶ Erat autē homo. Dixerat in fine ꝑcedentis capituli ꝙ multi crediderūt in eum / videntes miracula que faciebat: ſed tamē debiles erāt in fide: ⁊ ideo ieſus nō credebat ſemetipſū eis. i. ſecreta doctrine ſue eis nō cōmittebat. Multi ergo eorū qui crediderūt non vlterius ꝓfecerunt in fide: ſed reuertebant̄ ad ꝓpria. b ¶ Autem / ſed erat homo inter eos qui ſic crediderāt: c ¶ Ex phariſeis / qui credunt reſurrectionē: ſed nō vt expedit. d ¶ Nicodemus nomie ꝑnceps iudeorum. i. vnus ex principibus. Notificat autem eum a natura: Homo. A ꝓfeſſione ⁊ ſecta: Ex phariſeis. Ex nomine: Nicodemus. Ex dignitate ⁊ magiſterio: Princeps iudeorum. Iſte eſt nicodem⁹ qui ꝓ chriſto loquit̄. j. vij. g. Lex noſtra nō iudicat hominē niſi ꝑus audierit ⁊c̄. Et q̄ eū ſepeliuit. j. xix. g. Sed querit̄ / quare euāgeliſta ita notificat ⁊ deſcribit iſtū? Et ad hoc poteſt dici: quia. j. vij. debebat facere mentionē de ipſo: vbi ipſe alijs principibus obſtat / mittentib⁹ miniſtros ad detinendū chriſtum. Ut ergo ratio ſciat̄ quare hoc fecit: ⁊ qualiter potuit hoc facere / deſcribit̄ hic: quia magnus fuit ⁊ inſtruct⁹ a chriſto. Vel aliter / ⁊ puto ꝙ meli⁹. Infra enim dicet̄ ꝙ multi ex ꝑncipib⁹ crediderūt in eum: ſed ꝓpter iudeos non cōfitebant̄ / ne extra ſynagogam fierent. j. ix. e. Et hoc ideo: quia cū magni eſſent ſm̄ faſtū mundi / gloriā ab homine querebāt: vt ergo innuat euāgeliſta que fuerit occaſio puſillanimitatis eius in fide quā ꝑ miracula acceperit / deſcribit eum: q2 princeps erat iudeorū: nec facile relinquēs faſtū ꝑncipat⁹: Et ideo etiā ſequit̄: f ¶ Hic venit ad ieſum nocte: quia in die non audebat ꝓpter phariſeos: vel quia magiſter erat / palam diſcere erubeſcebat. In hoc etiā ꝙ dicit̄ / nocte: ſignificat̄ ꝙ adhuc erat in tenebris infidelitatis

¶ Moraliter. a ¶ Erat autē homo ex phariſeis nicodem⁹ nomie ⁊c̄. Nicodem⁹ interpretat̄ effluxio terrenitatis. In hoc notat̄ cupiditas terrenorum qua cor effluit ad terram: ſm̄ illud Eccl. x. b. Nihil eſt iniquius q̄ amare pecuniā: hic enim ⁊ animā ſuam venalē habet: qm̄ in vita ſua ꝓiecit intima ſua. e ¶ Princeps iudeorū. In hoc notat̄ ambitio honorū / vel cōplacentia in honoribus. f ¶ Hic venit ad ieſum nocte. In hoc notat̄ timiditas ad bonū aggrediendum. Homines enī illecti amore diuitiarū ⁊ honorum timent aperte venire ad chriſtū: quia pigri ſunt: ſm̄ illud Prouerb. xxvj. c. Dicit piger: leo eſt in via: ⁊ leena in itinerib⁹. Et Prouerb. xxij. b. Dicit piger: leo eſt foris / in medio platearū occidendus ſum. q. d. piger: ego bene vellem agere penitentiā: ſed timeo diaboli temptationē / que ſignificat̄ per leonem: vel mūdanam inſultationem / que ſignificat̄ per leenam: vel carnis inimiam aſperitatē / ne occidar ante tempus meū. Contra quos dicit̄ Job. vj. c. Qui timet pruinam irruet ſuper eum nix. Et Eccl. xj. b. Qui obſeruat ventum non ſeminat: ⁊ qui conſiderat nubes nunq̄ metet. Vel aliter: f ¶ Venit ad ieſum nocte. Per hoc ſignificant̄ quidam: qui volunt habere ieſum: id eſt ſalutem: ⁊ tamē nolūt relinquere noctem vitiorum ⁊ inuolutationē ⁊ obſcuritatem terrenorum / qui volūt gaudere cum mūdo ⁊ regnare cum chriſto. De quibus dicit beatus Bern. O q̄ pauci bone ieſu poſt te ire volunt / cum tamē ad te peruenire quiſq̄ velit: hoc ſcientibus cunctis: quia delectatiōes ſunt in dextera tua vſq̄ in finem: Et propterea te volunt frui omnes / at non ita ⁊ imitari: cōregnare cupiunt ſed nō cōpati. Contra quos dicit̄ Luc. xvj. c. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mammone. Et Act. xiiij. d. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum celorum. Quod ſignificatur. j. Machab. x. b. vbi dicit̄ / ꝙ alexander miſit ionathe purpurā ⁊ coronam aureā. Et dicit ibi: Ut q̄ noſtra ſūt ſētiat̄ nobiſcū: ⁊ ſuos amicitias ad nos. Talia enī mittit chriſt⁹ / ⁊ dat amicis ſuis purpuram tribulationis cum ſpe future retributionis: que ſignificat̄ per coronam. Corona enim nō eſt ſine purpura. ij. Timoth. ij. c. Si cōpatimur ⁊ cōregnabimus. b ¶ Rabbi ſcim⁹: q2 a deo veniſti magiſter: Nemo enī poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis / niſi fuerit deus cū eo. Multi rationē diſcipulat⁹ nō trahūt niſi ex ſignis. i. ex apertis bñficijs. Unde ad temp⁹ credūt ⁊ i tpe tēptatiōis recedūt: vt d̄r Luc. viij. b.

* Et Job. iiij. b.

¶ et nō dīc: niſi fuerit cū deo. a ¶ Reſpōdit ieſus ⁊ dixit ei: volūtati nicodemi: q̄ venerat vt doceret a chriſto: ꝓpt q̄ꝺ dix/ erat ei: Rabbi ſcim⁹ ⁊c̄. Primo aūt docet eū/ ꝙ ſecūda ge/ neratio neceſſaria ē ad ſalutē: ibi: Niſi q̄s nat⁹ ⁊c̄. Secūdo de mō ſecūde natiuitatꝭ: ibi: Niſi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄. Tertio ꝑ oppoſitū carnalis generatiōis ſpiritualē manifeſtat ibi: Q̄ꝺ natū eſt ex carne. Quarto ꝑ ſimilitudinē virtu/ tis ſpiritusſancti oſtēdit ei nō eē mirādū ſi aliq̄s naſcit ex ſpiri/ tuſctō: ibi: Nō mireris ⁊c̄. Quito adhuc admirātē ⁊ nō ꝑfe/ cte credērē arguit/ ⁊ ad humilitatē inuitat: ibi: Tu es magr̄ in iſrael ⁊c̄. Dicit ergo: a ¶ Reſpōdit ieſus ⁊ dixit ei: Amen amē dico tibi ⁊c̄. Et cōtinuat ſic ſm Chryſ. Ni/ codemus eſtimabat ſe magna dixiſſe de chriſto: quia vocaue/ rat eum/ Rabi/ ⁊ a deo miſſum. Chriſt⁹ autē oſtēdit ei ꝙ necꝫ ianuā ingreſſus ē decētis ⁊ neceſſarie cognitiōis: ⁊ ideo doce/ re eum incipit de primordijs fidei. i. de baptiſmo. Uel aliter: b ¶ Amen amē dico tibi .q.d. tu ſperas ⁊ credis reſurre/ ctionē futurā: quia phariſeus es/ ⁊ vis intrare in regnū dei: et ideo ad me venis: ⁊ ideo doceo te viam. Et hoc eſt: Amen amen dico tibi/ niſi quis natus fuerit. Et nota ꝙ bis dicit/ amē: ad maiorē confirmationē. c ¶ Niſi quis. i. qui/ libet vel quicūqꝫ: d ¶ Natus fuerit denuo. In greco eſt/ deſup. Et dicit Chryſ. ꝙ hoc exponunt greci dupliciter: quia qdā legūt/ deſuper. i. de celo. Alij legunt/ deſup. i. inſuper ſiue iterū. Et ſm hanc lecturā habet noſtra littera/ denuo. i. ſecūda generatione: que eſt ꝑ ſpiritū viuificantē ⁊ illuminantē. e ¶ Non poteſt videre regnū dei. Sed ꝯtra. Illi qui ſūt in inferno vident ſanctos paradiſi vſqꝫ ad diem iudicij. Unde
Ps. 111. Ps. Peccator videbit ⁊ iraſcet. Et Prouer. xiiij. c. Iacebūt impij ante portas iuſtorū. Luc. xvj. f. diues vidit lazarum. Sed dicedū ꝙ hic eſt intranſitiua cōſtructio: Nō poteſt vi/ dere regnū dei. i. regnū q̄ꝺ eſt deus: Soli eñ mūdo corde videbunt deū regnantē in ſanctis: vt dicit Matth. v. a. Uel videre ſumit ꝓ experiri ⁊ frui gaudio regni dei. Sap. x. b. Iuſtū deduxit domin⁹ per vias rectas: ⁊ oſtendit illi regnum dei. Uel aliter poteſt legi: vt cōtinuet ad hoc/ ꝙ iſte nō deū ſed rabbi miſſum credebat. Unde dicit: c ¶ Niſi q̄s nat⁹ fue/ rit denuo/ nō poteſt videre: id eſt ꝑfecta fide cognoſcere: f ¶ Regnū dei: id eſt deū qui eſt regnū. Et eſt ſenſus: Tu di ciſ: quia veni a deo/ ⁊ quia poteſtatē miraculorū habeo a deo: ⁊ nō mihi ſufficio. Nec mirū: q2 nec tu nec alius ꝑfectā de me vero deo cognitionē habere poteris/ niſi fueris ꝑus per ſpiri/ tū regeneratus. Et hec lectura eſt Chryſ. Et nota ꝙ genera/ liter loquit: Niſi q̄s natus fuerit: non dicit particulariter: niſi tu nat⁹ fueris. Et hoc facit duplici ratione. Prima vt oſtē dat ſe generalē doctorem. Secūda ne indignaret nicodemus ſi ſermo doctrine ſpecialiter ad eum dirigeret: quia faſtū ma/ giſterij nōdum depoſuerat. Obſcure autē eū docet de baptiſ mo/ ne nudam doctrinā cōtemneret. Item vt obſcuritas eum ſtudioſum ⁊ inquirētem redderet: quia ſicut dicit Chryſ. q̄ꝺ manifeſte dicit/ multotiēs trāſcurrit auditorē: q̄ꝺ aūt obſcure ☞ efficit ſtudioſum
aliter * Et Iob. iiij. b. Tigris perijt/ eo ꝙ nō haberet predam: id eſt
aliter * quia nō ſemper datur: ⁊ quādo datur/ datur occulte. Job.ix b. Si venerit ad me non videbo eum. Eccſ.ix.a. Neſcit homo vtrum ſit dignus amoꝛe vel odio. a ¶Et mouebatur aqua. Angelus mouet aquam: quando gratia cōpellit exire lachꝛymas/ ⁊ mouet ⁊ excitat in hoīe deuotionem. Sicut eni lotrices quādo bene volunt lauare pannos/ mouēt aquam ⁊ pannos reuoluūt per eam: ita gratia facit quẹ eſt optima lotrix. Judic.ij.a. Cum loqueret̃ angelus dñi ad filios iſrl'/eleuauerūt vocem ſuam ⁊ fleuerūt: Ecce motio aquẹ. Et ſūt ibi qnqꝫ quẹ angelus eis impꝛoperat. Pꝛimū eſt a quibꝰ ⁊ quantis malis eoſ dñs liberauit: qm̄ a ſeruitute ẹgypti. Secūdū q̃ bona eis tribuerit. Tertiū oſtenſio eoꝛum ingratitudinis: qꝛ poſt tot beneficia non cuſtodierūt eius mandata. Quartum offenſio dñi eo ꝙ adoꝛauerūt idola. Quintum eſt cōminatio pẹnẹ ẹternẹ quā meruerūt. Per hẹc qnqꝫ mouetur aqua ⁊ lauatur ⁊ ſanatur anima. Sequitur: b ¶Et qui pꝛioꝛ deſcendiſſet in piſcinā poſt motionē aquẹ ſanus fiebat a quacūqꝫ detinebat̃ infirmitate. Qui vult ſanari opoꝛtet ꝙ poſt motionē aquẹ deſcēdat ī piſcinā.i. ꝙ poſt deuotionē ⁊ lachꝛymarū effuſionē magis ꝙ ante ſe humiliet ad pẹnitentiā. Nō eni ille ſanatur qui de gratia data vel de dono gratiaꝝ ſupbit/ſed q̃ ſe humiliat: vt cū ꝯſūmauerit hō tūc incipiet: Eccl.xviij.a. Et cū omnia bene fecerimꝰ/dicamꝰ ſerui inutiles ſumꝰ: Luc.xvij.c. Item Eccſ.j.b. Omnia flumina intrāt mare.i. grẹ ad coꝛ humile: et mare nō redūdat per oſtētationē ⁊ iactantiā. Et nota ꝙ qui pꝛioꝛ deſcendit ille ſanat̃: qꝛ qui magis ſe humiliat ille magis exaltat̃. Item in hoc ꝙ vnus ⁊ pꝛimꝰ ſanat̃ cōmēdant̃ nobis duo in pẹnitētia: ſtrenuitas ⁊ vnitas: vt homo ſit ſtrenuus in ſe et velox/ et vnꝰ.i. concoꝛs ad alios. De pꝛimo dicit̃ Eccl.xxxj.c. In oībus opibus tuis eſto velox: et omīs infirmitas non occurret tibi. De ſecundo Act.iiij.f. Multitudinis credentiū erat coꝛ vnū ⁊c̄. Item.j. Coꝛ.ix.d. Vnꝰ accipit bꝛauiū. Sequit̃: d ¶Erat autē ibi q̃dā homo triginta et octo ānos habēs in infirmitate ſua: id ē duo minꝰ de q̃draginta: qui numerus ꝯſtat de quat̃ decē: et ſignificat ꝑfectionē operū in decem pꝛẹceptis legis/ ⁊ quattuoꝛ euāgelijs. A q̃ duos minꝰ habet/q̃ charitate dei ⁊ ꝓximi caret. Et ita ſm̄ Aug'. ille lāguidus ſignificat quēlibet pctōrē: Specialit̃ tn̄ ſignificat inueteratū in pctis. De talibꝰ eni ꝓ/ſidis pctōꝛibꝰ ſanat dñſ aliq̄ñ ⁊ ad pẹnitētiā vocat. Vñ Ps. Dixit dñs ex baſan ꝯuertā ⁊c̄. Vñ ſequit̃: g ¶Hūc cū vidiſſet ieſus iacentē.i. pigritātē/ oculo miſericoꝛdiẹ ad ſanandū. h ¶Et cognouiſſet/qꝛ iam multū tēpus haberet. Dñs eni reſpicit ad gratiā/licet ſciat ꝙ homo ſit inueteratus in culpa. Ps. Inueteraui int̃ omēs inimicos meos. k ¶Dicit ei: vis ſanꝰ fieri: Reqrit dñs voluntatē hoīs: qꝛ non iuſtificat inuitū: non vult eni deus coacta ſeruitia. Eccl.xv.d. Ante hominē vita ⁊ moꝛs: bonū ⁊ malum: qḋ placuerit ei dabit̃ illi. Et nota ꝙ deꝰ pꝛimo reqrit ab hoīe vtrū velit ſanari/vt ſic hoīem accēdat ad amoꝛē ſanitatis. Et in hoc oſtendit abūdantiā ſuẹ charitatis ⁊ benignitatis: Sicut dicit Dionyſiꝰ. Benigniſſimꝰ ieſus pꝛimus eſt in acceſſu ⁊ vltimꝰ in receſſu. In nobis ergo eſt ſi volumꝰ recipere eius ſalutem quẹ pꝛẹſto eſt/et quam offert deus.j. Pet.j.c. Sperate in eam quẹ vobis offertur gratiam. Ideo dicit̃ Ezech.xviij.g. Quare moꝛiemini domꝰ iſrael: q̄ſi ex quo pꝛẹſto ē vita/ ⁊ deus nō vult vos moꝛi etiam inueteratos ī peccatis/ſed adhuc expectat ⁊ ad pẹnitētiā vocat. Eſa.xxx.d. Propterea expectat dñs vt miſereat̃ veſtri. Baruch.iij.b. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicoꝝ es: q.d. q̄re ibi moꝛaris ex quo deus paratꝰ eſt eripere: inueteraſti in terra aliena/coinq̄natus es cū moꝛtuis: deputatus es cū deſcēdentibus in infernū. Et licet dñs inſtet nos de ſalute rogando: tn̄ nos reſpondemꝰ ei nos excuſando: Unde ſequitur: m ¶Reſpondit ei languidus: dñe hoīem non habeo. Ita reſpondet peccatoꝛ: doctoꝛē vel confeſſoꝛē nō habeo. o ¶Ut cum turbata fuerit aq̄ mittat me in piſcinā. Aliquādo eni contingit ꝙ ad motū alicuiꝰ gratiẹ/homo turbatur in coꝛde: et ſi haberet hoīem.i. rationabilē ⁊ manſuetum exhoꝛtatoꝛē deſcenderet in piſcinā pẹnitētiẹ/ ⁊ ſanaret̃ ab infirmitate culpẹ. Unde patet ꝙ multi pereunt pꝛẹ defectu boni doctoꝛis. Zach.x.a. Idcirco abducti ſunt/quaſi grex affligent̃: quia non eſt paſtoꝛ eis. Item Zach.xiij.d. Percute paſtoꝛem ⁊ diſpergentur oues. Hiere.lj.c. Collidā in te paſtoꝛem ⁊ gregē eiꝰ. Sequit̃: p ¶Dū venio eni ego.i. dum ad gratiam me pꝛẹparo/licet exiliter et pigre/non habens doctoꝛē. q ¶Alius ante me deſcēdit: qui.ſ. habet inſtructoꝛem.i. ad pẹnitētiā ſe humiliat per alterius admonitionē. Vel poteſt eſſe verbū illoꝝ q̃ ꝯq̄runt̃

B

Ps. 67.

Ps. 6.

Z * de ꝯfeſſoꝛibꝰ q̃ alios

a Dicit ei ieſus: Surge/ tolle
b grabatū tuū. Et ābula. Et ſtā-
c tim ſan⁹ factus eſt hō: et ſuſ-
d tulit grabatū ſuū ⁊ ābulabat.
h Erāt aūt ſabbatū in illa die.

ꝗ. moueat/inducit duplicē ſuam indigētiā: que ꝓtracta ē. Chri-ſtus aūt oſtendens: quia non iam locū habet ſalus particula-ris in typo/ſed ipſe fons ſalutis ⁊ veritas acceſſit. a Dicit ei ieſus: ſurge tolle grabatū tuū ⁊ ambula. Et ꝑmū quidem in facilitate precepti notat in-finitas virtutis in curante. Et h̄ no-tat Chryſ. in his verbis. Nō ange-lus eſt q̄ turbat/ſ angeloꝝ dn̄ator q̄ oia operat. Non eſt nūc dicere: La-borantē hoīem nō habeo: nō eſt dicere/in quo venio de-ſcendere/alius ante me deſcēdit. Et ſi-cut ſolares radij vnāquamq; illuminat diem ⁊ non ꝯſumūt/nec a multa largi-tiōe minor eis fit lux: ita ⁊ m̄lto magis ſpūs actio i nullo minuit a m̄ltitudine eoꝝ qui potiunt ea: Infinitas aūt vir-tutis ſignū infallibile eſt ſubſtātie diui-ne. Itē notat ꝙ ipſe ē qui cum patre ⁊ ſpūſancto a ſeclis oia dixit ⁊ facta ſūt: cuius verbo tam facile cūcta obediūt. Hec duo igit vident notari in his ver bis inquantū ꝓferuntur a chriſto et ex modo ꝓferendi. Tria ꝟo notantur in ipſis: inquantum comparant ad egro-tum iſtum. Primum eſt reſtitutio ſani tatis integre: quod notatur: ibi: Surge. Secundū ē con-teſtatio viriū in ptēte: qꝺ notat: ibi: Tolle grabatū tuū. Per hoc eni exaiata ⁊ ꝯteſtata eſt tanta eſſe virtus que ſuffi-ciebat ad magnitudinē opis tāti: que virt⁹ ſic perfecta ꝓprie ptās dicit. Grabatū eſt lect⁹ tm̄ habēſ ceruical ad reclinatio-nē capitis. Et dr̄ a graba qꝺ eſt caput. Tertiū eſt ordinatio virtut ſuꝑ harmoniā mēbroꝝ: qꝺ notat: ibi: Et ambula. Hec eni tria exigūt ad ꝑfectā ſanitatē ⁊ nō plura. Primū/vt ꝟtutē habeat. Secūdū/ vt ſit ꝟtus ꝯfirmata ⁊ ꝑfecta. Terti-um/ vt corpus debite moueat i organis. Et his trib⁹ rn̄dent tria ſequētia ꝑ executionē opis. Et ſtatim ſanus factus ē hō. Ecce ꝑmū. Et ſuſtulit grabatum ſuū: ecce ſecūdū. Et ambulabat: ecce tertium. Sꝫ icidit dubiū: quare chri-ſtus nō ab ipſo reqrit fidē/ſic ꝯſueuit a q̄buſdā alijs? Secun-do/an iſte ſit paralyticus/de quo agit Mat. ix. a. Tertio q̄-re dn̄s voluit in ſabbato curare eū: et etiā precipe portare le-ctum/cū ſabbatū ꝑ h̄ violaret ⁊ iudei turbarent cōtra eū. Ad ꝑmū rn̄det Chryſ. ꝙ ab iſto fidē non q̄rit: qꝛ nihil magnū ad huc de eo audierat vn̄ ad credēdū iduceret. Ad ſecūdū bene dic̄ Chryſ. qꝺ a multis perpendit/ꝙ nō ē idē: q̄ ego relinquo lectori conſiderāda ex diſpoſitionib⁹ et hiſtoria illi⁹ ⁊ iſtius: qꝛ facile ē. Ad tertiū dicēdū eſt/ꝙ ſicut patet ex ꝑdictis iſtud miraculū fuit continuatio veritatis ad typū maiorē. Maior eni fuit typ⁹ q̄ egritudines corꝑales curabat q̄ꝫ ille q̄ putatas ſoluebat tm̄ imūdicias. Cū igit iſte dignior typus ſua veri-tate ſit implet⁹/cōſequent debebat etiā trāſit⁹ legis i cerimo-nialib⁹ oſtēdi/ꝑ veritatē chriſtū q̄ apparuit. Hic autē trāſit⁹ maxime attēdit in ſabbati violatiōe. Iudei eni obſeruabant ſabbatū tanq̄ꝫ vnū de eminētiſſimis legis. Et ideo ſequitur: b Erat aūt ſabbatū i illa die/cū curauit/⁊ q̄ñ lectū por-tari precepit.

Chryſ. Non ſolū ſa-nat ſed ⁊ lectū leua-re iubet: vt et qꝺ fie-bat/credibile faceret miraculum: ⁊ nulli⁹ eſtimet imaginatio-nē. i. phantaſiā eē id qꝺ factū eſt. Neq; eni vtiq; niſi certiſſi-me ⁊ vehementer ei compacta eſſent mē-bra lectulū ferre poſ-ſet. Facit aūt hoc vt obſtruat ora detra-hentiū miraculo: Si-cut. j. vj. b. de panib⁹ facit multas reliqas panū/ne dicat fuiſſe phantaſticū miracu-lum. Itē Mat. viij. a. Uade oſtende te ſacerdoti. Itē. ſ. ij. b. Ferte architricli-no ⁊c.

Matth. 9. a.
Marci. 2. b.
Luc. 5. e.

Moraliter * de ꝯfeſſorib⁹ q̄ alios recipiūt ⁊ ſe repellūt. Ul' alit/ſignificant hic quidā q̄ alijs multis intrātib⁹ religionē retardant ꝑ mul-titudine: qꝛ vellent ſingulares videri in ſuo facto. Sequitur: a Dicit ei ieſus: ſurge tolle grabatū tuū ⁊ ambu-la. Aliq̄n vbi homo deeſt vl' vbi nō pōt/de⁹ ſupplet: Un̄ ⁊ h̄ ſanat iſtū. Sed notāda ſūt tria q̄ dic̄. b Surge/a pctis re-cedendo. c Tolle grabatū tuū/delectationē pcti in on⁹ penitentie apte ꝯuertēdo. d Et ambula/ad anteriora ꝑ rectā intentionē ſe et oia opa ſua dirigendo. De ꝑmo dicitur Eph. v. d. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis. i. recede a pctis. Gen. iiij. a. Alia lr̄a. Peccaſti q̄eſce. De ſcdo. ſ. de one-re dr̄ Eccl. xxxiij. d. Cibaria ⁊ virga ⁊ onus aſino: panis ⁊ di-ſciplina ⁊ opus ſeruo. De tertio dr̄ Phil. iij. c. Poſterioꝝ ob litus in anteriora me extēdo. i. ad celeſtia ꝑ rectam intētionē. Hec tria ſimul habent Mat. ix. a. Sur-ge tolle lectū tuū ⁊ vade i domū tuā. Et in Ps. Declina a malo/ecce primū: ⁊ fac bonū/ ecce ſecundū: et ꝓ his duob⁹ inq-re pacē ⁊ ꝓſeq̄re eā/pacē. ſ. eternitat/ec-ce tertiū. Itē Mat. xvj. d. Qui vult ve-nire poſt me abneget ſemetipſū pctā abij ciēdo: ⁊ tollat crucē ſuā/penitētiā aſſumē do: et ſequat me/ intentionem ad deū di-rigendo. Uel aliter per illa tria: Surge/tolle ⁊c. notantur tria: ſtatus/on⁹ et ꝓgreſſus. Debet eni ſurgere vt ſtet erect⁹ in gr̄a ꝑ ꝯſtantiā/ ne velit reſilire i illecebrā: ſm illud. j. Cor. x. c. Qui ſe exiſtimat ſtare/videat ne cadat. Debet eſſe onera-tus ꝑ penitentiā. Debet ꝓgredi de ope i opus: de ꝟtute i vir tutē: donec ꝑueniat ad celeſtē patriā. Primū. ſ. ſtat⁹ reſpicit ꝑſentia: ſecūdū ꝑterita: qꝛ de ꝑteritis agitur penitētia: terti-um futura. Et notādū ꝙ debem⁹ ſurgere a terra ꝓſperitatis cui adherem⁹ ꝑ auariciā: ſm illud Ps. Conglutinat⁹ eſt i ter-ra vent noſter. Et alibi. Adheſit paulmēto aia mea. Thren. ij. c. Sederūt in terra/cōticuerūt ſenes filie ſion. Itē debem⁹ ſurgere a cathedra ꝑlationis cui adherem⁹ ꝑ ambitionē ⁊ ſu-perbiā. Ps. Nunq̄d adheret tibi ſedes iniq̄tat: Item Ps. Btūs vir q̄ nō abijt in ꝯſilio impioꝝ ⁊ in via pctoꝝ nō ſtetit ⁊c. Itē a lecto carnis/cui adherem⁹ ꝑ carnalē ꝯcupiſcentiā: ſi-cut puer matri adheret ꝑ vmbilicū. De h̄ lecto dr̄ h̄: Surge tolle grabatū tuū/ vel lectū. Sed differētia eſt: qꝛ in lecto quieſcūt mēbra: i grabato caput. Utrūq; ꝗ debem⁹ tollere: ⁊ ab vtroq; ſurgere. ſ. delectatiōes mēbroꝝ ⁊ cordiū/et vt op⁹ vitem⁹ et ꝯſenſum. De h̄ lecto dicit Amos. vj. b. Qui dormi-tis in lectis eburneis ⁊ laſciuis in ſtratis veſtris. Item. ij. Pa-ral. xvj. d. dicitur de aſa/ ꝙ poſuerūt eum ſuper lectum ſuum plenū aromatib⁹ ⁊ vnguentis meretricijs que erāt pigmēta-rioꝝ. i. demonum arte confecta. Item Prouerb. vij. c. dicit mulier fornicaria ad iuuenē: Intexui funib⁹ lectū meū. i. vo-luptatib⁹ ligantib⁹. Hi ſūt funes nerui ei quib⁹ ligat ſanſon: primo quidē molles/ſed poſtea ſiccati fortit ſtringunt. Hi ſūt nerui teſticuloꝝ leuiathan: qui ita ligant vt nō poſſit homo ſe ſoluere. Straui tapetib⁹ ex egypto. i. diuerſis varietatib⁹ va nitatū ipſa vincula decoraui. ſ. luſib⁹/iocis/ ꝟbis ⁊ huiuſmo-di: que omnia ſunt de egypto: quia ptinet ad merorē: Iuxta illud/Ue vobis qui nūc ridetis: qꝛ lugebitis ⁊ flebitis: Luc. vj. d. Dicit tn̄/quia aſperſi nō ſolū lectū ſed cubile myrrha et aloe. i. diuerſis amaritudinib⁹: que quidem ſūt multe in ipſis delectationib⁹. ſ. vigilie/labor/ſollicitudo/remorſus ꝯſcientie in duplo q̄ꝫ de gaudio: ideo ponit duo amara: tertium dulce .ſ. cinnamomū. Ueni ergo iebriemur vberib⁹ ⁊c. Uere maior pars mūdi iacet in iſto lecto/intātū vt dicat: Computruerūt iumenta in ſtercore ſuo. i. in lecto ſuo ſtercorato: Iohel. j. d. e Et ſtatim ſanus factus eſt homo/a peccatis ꝑ con-tritionē. Hiere. xvij. b. Sana me dn̄e ⁊ ſanabor f Et ſuſ-tulit grabatum ſuum/ per penitentie ſatiſfactionem. g Et ambulabat/in anteriora ſe extendens per amorem ce-leſtium. h Erat autem ſabbatum in die illa. In die gratie cū ſanatur homo eſt ſabbatiſm⁹. In quo notant tria. Primū eſt ſpes eterne quietis et quies pectoris: In ſabba-to eni quieſcebant. Eſa. vlt. g. Erit ſabbatum ex ſabbato: qꝛ quies eternitatis erit ex quiete pectoris. Hec quies ē in chri-ſto/ nō in mundo/anime que prius ſanata ē a peccato. j. xvj. g. In me pacem: in mūdo autem preſſuram habebitis. Ps. Conuertere anima mea in requiē tuam: qꝛ dominus bene-fecit tibi. Item in ſabbato notat feſtiuitas et iocūditas ſpūa-lis: que ſequitur ex hoc ꝙ anima fiduciā ⁊ quandam ſecurita tem habet de pctis remiſſis. Prouerb. xv. b. Secura mens q̄ſi iuge ꝯuiuiū. Tertiū ē imunitas debiti repetendi. In ſab-bato eni nō repetebant debita: ita i die gr̄e in q̄ ſanat homo * a culpa/ dimittit etiā

Ps. 33.
Ut. ſ̄ille
Ps. 43.
Ps. 118.
Ps. 93.
Ps. 1.
Iudic. 16
Iob. 40.
Ps. 114.

ſ tari precepit. a Dicebāt ḡ iudei illi q̄ ſanatus fuerat. Quia eni aptū erat miraculū de ſanitate / et qꝛ ipſe tm̄ verbis opatus fuerat ſanitatē / audēt forſitan chꝛiſto nihil dicere: Obſtructa eni ſūt eis oꝛa veritate rei: ſ ex inuidia ꝯuertunt ad paralyticū ⁊ nullā mentionē facientes de bñficio: tm̄ id qḋ videbat̄ repꝛehenſibile ꝓtendebāt / dicētes: b Sabbatū eſt: nō licet tibi tollere grabatū tuū.

Ab aliis aūt ſanādis alibi fidē reqrit: qꝛ iā viderāt ſigna: Joꝰ non in initio ſignoꝝ. Matthe⁹ inducit chꝛiſtum dicētem: hoc.ſ. Creditis qꝛ poſſum h̄ facere: ſed qñ iam mltos curauerat / tūc reqrit. In mattheo deniqꝫ et fidē huius palytici potes videre. Audiens eni qm̄ cū ptāte ⁊ iubēdo diceret ei: Surge tolle grabatum tuū ⁊ ambula: nō deriſit neqꝫ dixit qd h̄ ē: Angel⁹ deſcendit et turbat aquam et vnū curat ſolū: Tu aūt hō exiſtēs in ꝓcepto nudo et verbo ſperas magis angelis poſſe: ſimul ſūt hec ⁊ eleuatio ⁊ deriſio. Sꝫ horū nihil dixit neqꝫ recogitauit / ſ credidit: ⁊ fecit qḋ iniūctū eſt ei / et ſanat⁹ eſt. Igit̄ mirabile qddē eſt h̄: ā aūt poſt h̄ / mlto maioꝛa erūt: inſaniētib⁹ .ſ. iudeis ⁊ vndiqꝫ inſtantib⁹ ⁊ accuſantibus / nō ſolū deſpicere inſaniā coꝝ / ſ etiā cū ꝓpalatiōe i medio theatro bñfactorē q̄ ſe ſanū fecit ⁊c. pꝛedicare ⁊ inuerecundā obſtruere linguā. Multe ergo deinde fortitudinis eſſe dico hoc: Simul eni inſtantib⁹ iudeis ⁊ dicentibus increpatiue et cum temeritate ei: Sabbatū ē / nō licet tibi tollere grabatū tuū: Audi qd ait: Ille qui fecit me ſanum / ipſe mihi dixit ⁊c. q. d. delyratis et inſanitis iubētes me eum qui a longa ita ⁊ difficili me eripuit egritudine / non eſtimare magiſtrū: neqꝫ in omnibus ſuaderi que iubeat.

Sed ipſe paralyticus fort. fact⁹ in ſide ſanātis auctoꝛitatē certiſſime ſupponebat: ⁊ iō quaſi arguens iudeos ꝙ auderēt eū repꝛehendere / eo ꝙ obedixet chꝛiſto ꝓcipienti: d Rñdit eis / dicēs: q̄ me ſanū fecit / ille mihi dixit: tolle grabatum tuū ⁊ ambula. q. d. inſanit̄: Tanta eni ē poteſtas ſanantis me ꝙ oīa hec que vos obſeruatis ſupgreditur / ⁊ non claudit̄ legis obſeruantiis / ſed ⁊ alios liberat a lege: ⁊ ideo ſolum dictum illius .ſ. qꝛ ipſe dixit / eſt mihi ratio obediendi: Nec ꝗro quicqꝫ aliud / nec vobis obedio aliud ſuadentib⁹. Non puto ꝙ q̄ſi ſe excuſans dixerit iſta paralytic⁹: vt .ſ. intenderet culpam violationis ſabbati refundere in chꝛiſtum: ſed tñ̄ ipſi iudei videntes ꝙ alii obediēs hec faceret. g Interrogauerūt ergo eum / dicentes: quis eſt ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuū et ambula: Magna inſania inuidie: linitos habebant oculos / vt paralyticū ſanum aſtare viderent: ⁊ tñ̄ nihil dicētes de beneficio / ſanantem tanqꝫ purum hominem quererēt. Chꝛyſ. Non dixerūt: Quis eſt qui te ſanum fecit: ſed hoc bonum tacuerunt quod eos toꝛquebat: et eam que eſtimabatur trāſgreſſionem ī medium ducūt. Quis ē inquiunt qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Inuidoꝛum eſt ſemper qḋ malum eſtimatur ꝓpalare. Hoc eni dicūt non pꝛo tranſgreſſione legis triſtātes / ſed ſanationi paralytici inuidentes. h Is autem qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet. Sed cum dicatur in Glo. ſuper Mattheum / ꝙ omnes quos ſanauit in coꝛpe / ſanauit ⁊ in aīa: Et idē dicit Chꝛyſ. qualiter dicit ꝙ eum neſciebat ſine cuius fide ſanari nō poterat: Ad hoc puto eſſe dicēdū / ꝙ fides foꝛmata īdiſtincta ſufficit ad iuſtificationem ſimplicium. Licet igitur crederet incarnationem filii dei / nō tamen opoꝛtebat vt hunc ⁊ nūc crederet eſſe filiū incarnatū: et ideo nō obſeruabat eū / ſed tm̄ ſciuit ex beneficio ꝙ virtute diuina ſupergrediebat̄ legalia. Et quia foꝛte aliquis crederet ꝙ etiā pꝛeſentem non noſceret: Ideo ſubdit euāgeliſta: i Jeſus autem declinauit a turba conſtituta i loco / vbi ſanatus fuerat: pꝛopter ſpectaculū eni confluxerant ibi. Sed

a Dicebāt ḡ iudei illi q̄ ſanat⁹
b fuerat: Sabbatū eſt: non licet
c tibi tollere grabatū tuū. Rēſpōdit eis: Qui me ſanū fecit
e illē mihi dixit: tolle grabatum
f tuū ⁊ ambula. Intrōgauerūt
g eū: Quis ē ille hō qui dixit tibi: tolle grabatū tuū ⁊ ambula: Is aūt q̄ ſan⁹ fuerat effect⁹
h
i neſciebat q̄s eēt. Jēſus aūt declinauit a turba ꝯſtituta ī loco.

quare declinauit turbā: Reſpōdēs ad h̄ Chꝛyſ. aſſignat tres cauſas. Pꝛima eſt / vt magis inſuſpicabile fieret miraculū ſi eo abſente diuulgaret̄. Secunda eſt / vt minus exaſperent̄ inuidia / eū non vidētes cui inuidebāt. Sicut eni dicit Chꝛyſ. et verum eſt: nouit viſus ſolus eius qui inuidia habetur non paruam inuidentib⁹ īmittere ſcintillam. Tertia eſt / vt etiam ipſi iudei nolentes interim diuulgent miraculum ⁊ atteſtentur veritati / an ſit ꝑfecte curatus vel non. Libentius eni repꝛehendiſſent miraculū q̄ʒ violationē ſabbati ſi potuiſſent. Sed quia paralyticus ab īfirmitate ſanat⁹ / nō ingrat⁹ fuit decetero: nō ad abdita vadit / ſ ad tēplū. Et iō ſeqt̄ ſ Poſtea in

Moraliter * a culpa / dimittitur etiam pena eterna / et etiam aliquando tpalis tota. a Dicebāt ergo iudei / illi qui ſanatus fuerat: ſabbatum eſt: nō licet tibi tollere grabatum tuum. Homo cōuerſus ad deum / ſtatim inuenit obſtaculum. Ideo dicitur Eccī. ii. a. Fili accedēs ad ſeruitutem ⁊c. Statim inſurgunt temptationes demonū: quia pharao contemptus ſurgit in ſcandala. Vel detractiones hominū vel adulationes. Unde hic iudei: qui interpꝛetātur laudantes / ſignificant adulatoꝛes qui adulantur in aperto et detrahunt in occulto: ſimul ⁊ adulatoꝛes ⁊ detractoꝛes / vt dicit Hiero⁹ / ad modum ſcoꝛpionum: qui blādiuntur ⁊ pungunt. Iſti iudei adulando dicunt alicui conuerſo ad religionem vel ad penitentiam vel ferventi in operibus penitentie: b Sabbatum eſt / dies remiſſionis eſt / dies ocii / dies iocunditatis. c Non licet tibi tollere grabatum tuū: id eſt non opoꝛtet te onerari ita operibus penitentie: de⁹ iam remiſit omnia: non eſt ita durus: non delectatur in penis noſtris. Et ita talibus verbis aliquando diſſoluunt̄ manus bellatoꝛū foꝛtium. Contra quos dicitur Eſa. iii. b. Popule meus qui te beatum dicunt / ipſi te decipiunt ⁊ viam greſſuū tuorum diſſipāt. Eſa. xxxv. b. Confoꝛtate manus diſſolutas et genua debilia roboꝛate. Item Heb. xii. d. Remiſſas manus et ſoluta genua erigite. Egeſtatem enim operata eſt manus remiſſa: vt dicitur Pꝛouerb. x. a. Unde et qui vere ſanatus ē non cōſentit talibus perſuaſionibus blandis. Unde ſequitur: d Reſpondit eis: qui me ſanum fecit / deus. e Ille mihi dixit: vel interius inſpirando / vel exterius per vicarios ſuos docendo. f Tolle grabatum tuum ⁊ ambula: id eſt aſſidu⁹ ſis in onere penitētie / ⁊ ſemper ad melioꝛa feruenter tende: Quia ſicut dicit Bern. in via virtutis nō procedere / retrocedere eſt. g Interrogauerunt ergo eū: quis eſt ille homo q̄ dixit tibi: tolle grabatū tuum ⁊ ambula: Ita dicunt: quis eſt ille qui iniūxit tibi vel conſuluit tantā penitentiā agere / et ſic viuere vel ſic: Nec ego dico quin diſcretione valde ſit moderanda penitentia: ſm̄ illud Roma. xii. a. Rationabile obſequium veſtrum: Sal eni ponitur in omni ſacrificio: ⁊ cib⁹ inſipidus eſt ſine eo: Sed h̄ dico / contra quoſdam eneruatoꝛes operum penitētie: qui ſtatim ſabbatū: id eſt ociū ardue contēplationis ſuadent / cū magis expediret in pꝛincipio ſtudere ad vitam ꝓpꝛiam conſiderandam ⁊ deflēdam. Item ſunt quidam quia ad ſtudiū vel lectionem oīno ſuadent / et opera penitētie negligunt: qḋ malū eſt maxime in nouitiis. h Is aūt qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet. Nouiter eni ꝯuerſus parū ſcit de ieſu ⁊ de his q̄ ſunt ſue ſalutis: ſed poſtmodū ꝑ experientiā diſcit: Quia qui nō eſt expert⁹ quid ſcit: Eccī. xxxiiii. b. i Jeſus aūt declinauit a turba ꝯſtituta i loco. Jeſus: id eſt ſalus recedit a turba. i. a turbatis ſollicitudine et tumultu curarū: vel ab illis q̄ ſunt de turba illa maloꝝ: quoꝝ infinitus eſt numerus: Eccē. i. d. Accedit autem ad ſolitarios. Eſt autē triplex ſolitudo: Animi / heremi ⁊ clauſtri. Oſee ii. c. Adducam eam in ſolitudinem et ibi loquar ad coꝛ eius. Bern. Solus es in quātacūqꝫ hoīm ꝯuerſeris multitudine: tm̄ ſi aliene conuerſationis non ſis curioſus perſcrutatoꝛ aut

Leuit. 2. d.

clinauit a turba conſtituta in
b loco. Pôſtea inuenit eum ie-
b ſus in templo/ ēt dixit illi: Ec-
c d cē ſānus factus es: iám noli
e f peccare/ nē deterius tibi ali-
g quid contingat. Abijt illē ho
h i mo: ēt nūciauit iudeis/ q2 ie-
ſus eſſet qui fecit eum ſanū.
k Prôpterea perſequebantur
iudei ieſum/ q2 hec faciebat i

a Poſtea inuenit eum ieſus in templo. In quo duo notantur. ſ. amor religionis ⁊ orationis: et quia volebat inter multos predicare gratiam dei ſibi factā: In templo enī multi confluebant: et etiā templum eſt locus religiōis ⁊ orationis. b Et dixit illi: nō arguens eum de hoc qđ faciebat/ ſicut quidam putabant. ſ. ꝙ accuſaret chriſtum: ſed expreſſius volebat ſibi innoteſcere et euidentius ſignū deitatis oſtendere per hoc qđ dicit: c Ecce: quaſi omnibꝰ patet et contradici non poteſt: d Sanus factus es: nō virtute piſcine ſed miſericordia mea. e Iam noli peccare/ decetero. Et primū quidē i his verbis notat duplex ſignū deitatis chriſti. Unū: quia ſciebat occultū: qđ ſoli deo poſſibile eſt ſcire. ſ. infirmitatem illi accidiſſe ex peccatis. Aliud ſcđo: q2 cauſa nō ſoluta impoſſibile eſt effectum deſtrui/ oſtendit quia ⁊ cauſam infirmitatis deſtruxerat. ſ. peccatum: qđ etiam teſtimonio phariſeorum ſoli deo eſt poſſibile. Item notatur i his verbis/ ꝙ infirmitas ſua licet eſſet pena ꝓ pctō: nō tñ fuit ſufficiēs ad deletionē: ⁊ iđ neceſſariū habuit beneficiū chriſti. Itē notat ꝙ pena nō infligit ꝓ pctō ſm tēpus durationis ipſiꝰ pcti: nec etiā ſm tpus durationis ipſiꝰ volūtatis peccati: q2 mlti peccāt proponentes penitere: licet hoc videant dicere ſancti/ Gregꝰ et Bern. ſed ſm naturā ipſius peccati. Et hoc alibi et illa vice dixi: ſed auctoritatem non habui: et ideo hic pono qđ dicit Chryſ. in. xxxviij. homelia ſuper hunc locum. Ubi ſunt inquit qui dicunt quoniā in hora vna occidi et in breui temporis momento adulteratus ſum ⁊ imortaliter crucior: Ecce enī ⁊ hic nō in tot peccauit annis/ in quot cruciabat/ ⁊ tñ integram hois vitam conſumpſit in longitudine ſupplicij: Nō enim in tempore peccata iudicantur/ ſed in ipſa natura delictoꝝ. Qualit aūt intelligam verba ſanctoꝝ Gregl. et Bern. alibi dixi: q2 ꝑ modum adaptationis loquūt. Item notat q2 ſi iuſtificatꝰ a pctō patitur recidiuum maiorem vindictā ſoluit ꝙ ſi non peccaſſet prius. Et hoc habetur per id qđ ſequitur. f Ne deterius tibi aliqđ contingat. Non enī dicit: Ne tibi aliqđ mali eueniat/ ſed deteriꝰ. Et hoc valet ad queſtionē de reditu peccatoꝝ: ⁊ cauſa eſt ingratitudo beneficij pcepti. Et hoc patet per verba Chryſ. In his verbis eſt diſcere: quoniā et ſi difficilem demus vindictam pro prioribus peccatis: deinde ſi in eadem inciderimus: multo magl difficiliora patiemur rurſus ⁊ valde decenter: qui enī neqꝫ ſupplicio factus eſt melior: vt inſenſibilis de reliquo et contemptor ad maius ducitur tormentum. Sed hic ſurgit queſtio: vtrum omnes egritudines ſint ex peccato: Deinde ſi nō omēs/ quare quedā ⁊ quedam non: Ad primū dicendum: ꝙ non omnes infirmitates/ ſicut dicit Chryſ. ſūt ex peccato patientis/ licet ordinationē habeant omnes infirmitates ⁊ paſſiones hois ad peccatum primi parentis aliquo modo Scđm quem intellectum dicit: Hieroꝰ: ꝙ quicquid patimur peccata noſtra meruerunt. Ad ſecundū videtur mihi impoſſibile ſufficientē ponere ſolutionem: quia nec etiam ſancti hoc determinant/ niſi ꝙ dicunt ꝙ diuerſimode ⁊ diuerſis cauſis accidunt infirmitates: ſicut patet in diſtinctione vſitata. Iob ꝓbat. ca. j. Inclinat paulum. ij. Corl. xij. Purgatqꝫ mariā: Numeri. xij. Sed tamen poteſt dici ꝙ ſapientia diuina ordinans infirmitatē ad peccatū: duo conſiderat in patiente: infirmitatem. ſ. et obſtinationem: et tūc vult alios emendari. Ul' emēdationē: tūc vult ipſū patientem emendari ſicut hic: et primū exemplum fuit in antiocho et herode. Quicquid enī pene eſt in via pro peccatis inflictum/ debet aliquo modo tendere ad remedium peccati vel in ſe vl' in alio. † Natura enī vie ē delere peccata/ ſicut patet: Sed tñ fateor me neſcire nec aſſero qđ dico. Et nota humilitatem chriſti. Non enī dicit: Sanū te feci/ quaſi ſibi aliquid attribuens: ſed/ Ecce ſanus factꝰ es. Et in hoc nos inſtruit cum aliquid magnū deus per nos operetur/ nihil nobis attribuere. Propterea voluit vt ipſe paralyticꝰ nō ex ſui gratia ſed ex veritate rei teſtimoniū curationis ferret: et ideo nō ſibi attribuens: ſed quaſi de re facta loquēs/ dicit: Ecce ſanus factꝰ es ⁊c. Sed et ipſe paralyticus nō inſenſibilē ſe reddidit ad admonitionē: ſed cū prius pdicaret i vniuerſali ſe eſſe curatū: nūc ipſum curātem in ſingulari omnibꝰ diuulgat. Et iđ ſequitur: g Abijt ille homo. ſ. paralyticus ſanꝰ effectus. h Et nunciauit iudeis: nō vt accuſator/ ſ3 vt pdicator volens eos ad bñficiū ipſum puerti. i Quia ieſus eſſet q̄ fecit eū ſanū: et non dicit quis vel q̄lis ieſus magis deſcribēdo: quia ex ſola noiatione propter excellentiā multoꝝ operū ⁊ miraculoꝝ ⁊ doctrine oibꝰ erat notus. Sed cum puerti haberēt ad chriſtū ⁊ admirari et laudare i glorioſis operibus/ ipſi ecōtra mordent ex inuidia: qđ innuēs euangeliſta ſubdit: k Propterea pſequebant iudei ieſū q2 hec faciebat in ſabbato: quaſi ꝯtrariꝰ eſſet deo q̄ requieuit in die ſabbati. Iđ etiā aliꝰ q̄dā coꝝ dixit/ ꝙ ſex ſūt dies i q̄bꝰ oportet opari: i his venite ⁊ curamini ⁊ nō i die ſabbati.

Sed nunqđ aliquid * temerarius iudex.

Moraliter. a Poſtea inuenit eū ieſus in tēplo. Ecce q̄ in turba. i. in ſollicitudine tempaliū perdit/ in templo in orone ⁊ i pſciētia ꝓpria inuenit: ſic maria que chriſtum in turba amiſit/ inuenit in templo: Luc. ij. f. Notandū eſt tñ ꝙ nō dicit ꝙ inuenerit ieſum/ ſed ieſus eū inuenit. Ieſus enī ſollicitior ē in requirendo nos ⁊ reuocādo. Un̄ Pſ. Inueni dauid ſeruū meū. q. d. q2 q̄ſiui. Un̄ Ezech. xxxiiij. c. Ecce egoipſe requirā oues meas. b Et dixit ei: ecce ſanꝰ factꝰ es/ iā noli peccare/ ne deteriꝰ tibi aliqđ contingat. Tria dic. Cōmemorat pcedēs bñficiū: ꝓhibet pctm: cominat ſupplicium. In primo allicit ad amorē: i ſecūdo cautū reddit ad gr̃e cōſeruationē/ ne amittat per pctm: in tertio incutit timorē. Dicit ergo: c Ecce ſanꝰ factꝰ es. Simile Exo. xiij. a. Mementote diei huiꝰ in q̄ egreſſi eſtis đ egypto ⁊ đ domo ſeruitutis. Itē Deut. xvj. a. Memēto diei egreſſiōis tue đ egypto oibꝰ diebꝰ vite tue. e Iam/ ergo/ noli peccare: noli recidere in priorē culpā. f Ne deteriꝰ tibi ꝯtingat. i. ne recidas i maiorē penā. Et nota ꝙ ꝓhibet nō ſolū actū/ ſ3 etiā volūtatē peccandi. Sic. j. viij. b. Uade ⁊ ampliꝰ noli peccare. Qui enī recidiuat ⁊ reuertit ſic canis ad vomitū: fiūt nouiſſima eiꝰ peiora prioribꝰ: vt dicit Matth. xij. d. Itē nota ꝙ chriſtus dicit: Ecce ſanus factus es: non dicit: ſanū te feci: in quo monet nos fugere iactantiā de bonis operibꝰ: cōtra illos qui dicunt illud Eſa. x. c. In fortitudine manus mee ego feci: ⁊ in ſapientia mea intellexi. Itē nō dicit: Ne te deteriꝰ torqueā: ſed ne deteriꝰ tibi ꝯtingat/ impſonaliter: in quo inſtruit nos ne arrogant loquamur: nec nr̃as iniurias vindicare velimꝰ. Ro. xij. d. Mihi vindictā ⁊c. Sequitur: g Abijt ille homo ⁊ nūciauit iudeis/ q2 ieſus eſſet q̄ fecit eū ſanū. Sic ⁊ nos ſanati a pctis nr̃is/ nob nō debemꝰ ſalutē nr̃am attribuere: ſed iudeis. i. adulatoribꝰ debemꝰ r̃ndere: q2 ieſus eſt q̄ oia i nob opat. Eſa. xxvj. c. Oia opa noſtra opatꝰ es i nobis. Phil. ij. b. Deus eſt q̄ opatur in nobis velle ⁊ pficere ꝓ bona voluntate. ij. Corl. iij. b. Nō qđ ſufficiētes ſimus aliqđ cogitare a nobis ⁊c. Roma. ix. d. Nō ē volētis ⁊c. k Propterea pſequebant iudei ieſum: q2 hec faciebat in ſabbato. Nota inuidiā maloꝝ. In hoc enī ꝙ pſequent hodie nos pſequuntur ieſum: ſm illud. Luc. x. c. Qui vos ſpernit: me ſpernit. Et Act. ix. a. Saule ſaule q̄d me pſeq̄ris. Ad literā aūt hic iudei inuidebāt chriſto/ nec dolebāt tāti de violatione ſabbati/ quātū

Chryſ. Hoc ſignū maxime religionis: non enim receſſit ad nūdinas ⁊ cirūitiones/ neqꝫ voluptati ⁊ remiſſioni dedit ſeipſum: ſed in tēplo cōuerſabatur/ licet ſentiret ſe ſuſtinere iudeoꝝ impetum ⁊ ab omnibꝰ abigi inde.

Margin notes: De pe. diſ. 2. §. 1. — De pe. et re. c. cū infirmitas — Ar. naturale enī me eſt dolere peccata — Luc. 13. c — Moralit — Pſ. 88.

Sed nūquid aliquid dixerūt de hoc ꝙ curauit eum ī die ſabbati/an tm̄ inſtabant paralytico quia portabat lectum: Ad h̄ eſt dicendum: ꝙ ſine dubio ore perſequebanť eum/quia pręcepit portare lectū: ſed corde magis/quia curabat ī die ſabbati: ſed tñ ex inuidia nolebant hāc cauſam perſecutiōis hic dicere/ne cogerenť etiam confiteri beneficium. Sed euāgeliſta maliciam eorum detegens aperit corda eoꝝ.

a b ſabbato. Jēſus aūt rńdit eis: c d Pāť me⁹ vſqꝫ mō ōpať ⁊ ēgo

a Jeſus autē reſpondit eis. Hic incipit ſecūda pars: vbi chriſtus diſputādo ꝯuincit eos/ ꝙ hoc non tanq̄ꝫ deo cōtrarius ſed tanq̄ꝫ vnius virtutis cum patre fecit. Et diuiditur hęc pars in tres partes. In prima oſtendit chriſtus: quia non hoc facit contrarius patri/ſed tanq̄ꝫ vni⁹ virtutis cum eo. In ſecūda ꝯuincit eos/iudęos.ſ. ex teſtimonio iohannis ⁊ teſtimonio operū ⁊ teſtimonio patris: Et hęc incipit vbi dicitur: Si ego teſtimoniū phibeo de meipſo/teſtimoniū meū nō ē verū. In tertia arguit iudęos de incredulitate ⁊ de cauſa incredulitatis.ſ. vanagloria/vbi dicit: Claritatem ab hoib⁹ non accipio ⁊c. Prima pars diuidiť ī duas partes. In quaꝝ pma demōſtrat vnitatem virtutis operantis in patre et in ſeipſo ꝭm formam dei. In ſecūda oſtendit ſibi eſſe collatam dignitatem iudicandi ſiue poteſtatem iudiciariam ī forma ſerui: Et hęc incipit/ vbi dicit: Neqꝫ eni pater iudicat quemq̄ꝫ/ſꝫ iudiciū om̄e dedit filio. Prima pars primę partis diuidiť in duas partes. In quarū prima oſtendit vnitatē operatiōis ipſius ⁊ patris propť identitatē eſſentię. In ſecunda oſtendit diſtinctionem ſui reſpectu patris propť ꝓprietatē hypoſtaſeos: ita tñ ꝙ vnitas virtutis operantis maneat quę vnitatem eſſentię ꝯcomitať neceſſario: Et hęc incipit ibi: Reſpondit itaqꝫ ieſus ⁊ dixit eis: amen amē dico vobis: nō poteſt filius a ſe facere quicq̄ꝫ ⁊c. Difficilis ē hęc littera: et difficilior continuatio. Et ideo neceſſe eſt ponere plures diuiſiones/vt facilius habeatur ſententia. Prima pars igiť ordinatur ad pręcedēs tanq̄ꝫ contradictio ⁊ ꝯuictio eorum qui calumnianť factum qd̄ fecerat. Sed quia ipſi primā occaſionem calūniandi ſumebant ex ſanctificatione ſabbati: quę ꝯſiſtit in hoc/ꝙ in ipſo ceſſauit deus ab operib⁹ ſex dierū: Ideo primo in illa parte conuincit eos/ꝙ deus non requieuit ſimpliciter ab opere in ſeptimo die/ſed ab opere ſex dieꝝ/dicēs: b Pater meus/quem vos deum vr̄m dicitis. c Vſqꝫ modo operatur/in natura: quia ſicut dicit phs in libro de cauſis: cauſę ſecundę ꝙ ſunt/ et ꝙ cauſę ſunt habent a cauſa prima: et niſi ipſa eſſet in eis continendo et mouendo ad cauſationem/nec eſſent nec cauſę eſſent. d Et ego operor: id eſt ex quo ipſe operatur/cum ſim eiuſdem eſſentię ego cum ipſo operor: et qd̄ ego operor ⁊ ipſe operať. Et ē ſenſus. Patrem non reprehenditis qui ſolem mouendo et partes mundi producit in eſſe: Ipſo eni mouente mulieres pariunt in ſabbato ſicut in alio die: ſegetes creſcūt: flumina fluunt: et ſic de alijs: Quid ergo me accuſatis/ſi et ego operor ſalutē hoīs in die ſabbati: Sed quare appellat eum patrem cū ſciret eos ex hoc magis mordeři. Itē quę ſunt illa opera a quibus requieuit in die ſabbati/ vt ſic videantur etiam illa a quibus non requieuit: Ad primū dicēdū/ꝙ iudęi imponebant ei ꝙ eſſet diſcordās a deo: et ideo vt amorem ſuum ad deum oſtendat: et quia omnia facit ꝭm illius voluntatem/ patrem ponit ſicut et eſt in rei veritate. Veritas eni doctrinę propť nullius ſcandalum eſt occultāda quando vrget neceſſitas/ſicut hic: quia calumniam faciebant ei pro bono opere. Ad ſecundū dicendum ꝙ ſūt quędam opera quę exiguntť ad opus naturę: ſicut productio materię ⁊ ordinatio cauſarum: et ꝙ ipſę cauſę ſint/et huiuſmodi: Et hęc ſunt opera ſex dierum: ſi quis bene conſiderat primū capľm Geñ. Et ab his requieuit de⁹ in die ſabbati. Alia ſūt opera quę currunt ꝭm curſum rerum in ſęculo: ſicut dicit Aug⁹ in.viij.ſuper Geñ.ad litteram.ſ. quę habēt produci de materia virtute diuina. Et hoc dupliciter.ſ.in natura operāte/ ſicut naturalia: vel etiam pręter naturam/ ſicut opera miraculoꝝ. Et ab his non requieuit: quia illa nō ſunt opera noua/cum

tiōe ſabbati: quātū de beneficio ęgri/ qꝛ inuidi erāt. Vnde nota maliciam huiuſ peccati. Inuidus eni excęcatur de ſole vnde deberet illuminari. Vnde Eſa.lix.b. Impegim⁹ in meridie. Eſurit ad cibū vñ deberet ſaturari. Job.vj.a. Nunqd mugiet bos cū ante pręſepe plenū ſteterit: Item inuidi mali fiūt de bono: moriuntur de ſanitate ⁊ vita: contriſtātur de gaudio/ et lętanť de dolore: vnde peruerſi ⁊ ſubuerſi ſūt: et ſicut diciť Eccſ.j.d. peruerſi difficile corriguntť. De iſtis dicit Chryſ. Inuidi feris ſunt deteriores. Ferę eni aut cibo indigētes/ aut a nobis prius exacerbatę armantur aduerſus nos: inuidi vero etiam benefactorib⁹ non parcunt. Igitur feris quidē hi deteriores: dęmonibus pares: fortaſſis aūt ⁊ illis deteriores. Dęmones eni ad nos hoīes inexpiabilem habent inimicitiā: his autē q̄ eiuſdē generis ſunt: id eſt dęmonibus non inſidianť: ſicut dic̄ dñs Luc.xj.c. Inuidi ꝟo neqꝫ cōmunione naturę verecundantur/neqꝫ etiam ſibiipſis parcunt: Prius eni ſuas ipſorū animas torquent ⁊ occidunt. Et nota in hoc peccato crudelitatem/inexcuſabilitatē/ vniuerſitatē/excęcationē. Crudelitatē: vt dictū ē: qꝛ nemini parcit: nec ſibi/nec fratri/ nec amico. Hęc eni interfecit cain fratrē: Geñ.iiij.b. Eſau iacob odiuit: Geñ.xxvij.g. Et ioſeph fratres ſui occidere voluerunt: Geñ.xxxvij.d. Inexcuſabilitas aūt hui⁹ peccati ī h̄ apparet: qꝛ ſic̄ dicit Chryſ. per hoc priuatur venia hoc peccatū: Nā adulter quidem habet pro excuſatione quamcūqꝫ concupiſcentiā dicere: fur iopiā/⁊ homicida furorē: tu vero q̄ inuides quam excuſationē dices deo: dic mihi: Nullam. Nuſq̄ꝫ eni aliūde q̄ꝫ a malicia iuides ſola. De vniuerſitate huius peccati dicit idem Chryſ. Hęc paſſio fornicatione ⁊ adulterio multū eſt deterior: Nam hęc quidem in eo qui ęgit ſtat: inuidię ꝟo tyrānnis eccleſias integras euertit/⁊ orbem terrarū vniuerſum lęſit. Hęc homicidij mater ē: hęc īterfecit fratrē cain: eſau iacob odiuit: ioſeph fratres/⁊ hoīes vniuerſos diabol⁹ occidit. Sap.ij.d. Inuidia diaboli mors itroiuit ī orbem terraꝝ ⁊c. Quartū qd̄ ē ī hoc pctō deteri⁹/ē excęcatio ⁊ inſēſibilitas: qꝛ nō reputať hoc peccatū. Vñ Chryſ. Hoc oib⁹ ē difficili⁹ ꝙ indifferens ęſtimať hoc peccatū eſſe: et nimirū alijs eſt difficili⁹. Et ſi em̄ miſerearis ⁊ ſi vigiles et ſi ieiuneſ/oib⁹ ſordidior factus es inuidens fratri. Et hoc manifeſtū eſt: Fornicat⁹ eſt quis apud corinthios quandoqꝫ.j. Cor.v.ſed incuſatus eſt/et cito eſt emēdatus: Inuidit cain abel/ſed nō curat⁹ eſt: ſed ⁊ deo incantāte ⁊ mederi volēte/vlterius magis dolebat. Sequitur: a Jeſus aūt reſpondit eis. Licet ſęuirent dñs tñ benigne ⁊ pacifice reſpōdit eis. Vnde Chryſ. Nō anxie reſpondet/ docēs nos cum ad aliquos loqmur non ſęuire neqꝫ clamoſe loq. Mater eni irę clamor ē. Eſa.xlij.a. Nō clamabit nec accipiet perſonam nec audietur vox eius foris. Prouerb.x.c. Qui moderatur labia ſua prudētiſſim⁹ eſt. Et aquę ſiloe fluunt cum ſilentio: vt diciť Eſa.viij.b. b Pať me⁹ vſqꝫ modo operatur ⁊ ego operor. Nota ꝙ deus omnia operatus eſt creādo. Eccl.xviij.a. Qui viuit in ęternum creauit omnia ſimul. Itē quotidie creat nouas animas. Vñ Eſa.lvij.d. Spiritus a facie mea egredietur ⁊ flat⁹ ego faciam. Item Eſa.xlij.a. Dans flatum populo qui eſt ſup terram ⁊ ſpiritum calcantib⁹ eam. Itē operatur ſemper ea quę fecit gubernando. Sap.xj.d. Quomodo poſſet aliquid permanere niſi tu voluiſſes: aut qd̄ a te vocatū non eſſet ꝯſeruaretur. Hiere.j.c. Vigilabo ego ſuper gregem meū conſeruādum.ſ. Sap.viij.a. Attingit a fine vſqꝫ ad finē fortiter: ⁊ diſponit omnia ſuauiter. Item operatur oīa ſuſtētādo. Heb.j.b. Portās omnia verbo ꝟtutis ſuę. Et Plato. Natura quidem diſſolubilia/mea autem voluntate indiſſolubilia. Item operatur inueterata ⁊ occidua reuocādo. Vnde Sap.vij.d. Et cū ſit vna/omnia poteſt ⁊ permanēs in ſe omnia innouat. Pſ. Emitte ſpiritum tuū ⁊ creabuntur ⁊c. Item ꝓpagando ⁊ ſimilia ex ſimilibus ꝓcreando. Eſa.lxvj.c. Qui alijs generationem tribuo ſterilis ero dicit dñs. Item operatur iuſtificādo. Roma.viij.f. Deus eſt qui iuſtificat. Jo.j.a. Illuminat omnē hoiem ⁊c. Pſ.103.

Moraliter

Z 3

¶ opera noua/cum ſm aliquem ſui modum iam pręceſſerūt in cauſis rationabilibus/in operibus ſex dieꝝ:ſicut dicit Aug⁹. Et nota ꝙ non dicit: Pater operaꝛ per me/ne putarēt iudęi ipſum eſſe minoꝛem patre: ſed qđ attribuit ſibi attribuit:⁊ ſic nomen patris tm̄ pręponit/vt oſtēdat auctoꝛitatem apud patrem reſidere. Scđm Hilariū debet exponi et melius:qui dicit ꝙ pater operatur a ſeipſo et per ſe: vnū retoꝛquens ad priuationem oꝛiginis quantum ad pꝛopꝛietatem perſonalem:alterum ad ſufficientiam ipſi⁹ virtutis eſſentialis ſiue naturalis: fili⁹ operaꝛ ab alio.ſ.a patre ꝓpter relationem ſm pꝛopꝛietatem oꝛiginis/ qua ad patrem refertur : ſed per ſe operatur pꝛopter indiuiſionem virtutis naturalis quę vna ē in trib⁹ perſonis. Scđm hoc ergo is ſenſus eſt: Me accuſatis de opere in quo virtus oſtenditur potentioꝛ ꝙ̃ ſit virtus naturę:Sed **pater meus operatur**/ idem opus per ſe et a ſe/ **vſ ꝙ modo:** id eſt ſemper :quantum enī eſt de opere pure actiuo qđlibet opus eſt ęternū/ non interruptum:paſſiuum tm̄ qđ habet admixtū de nihilo/incipit ſub illo in tempore. **Et ego operoꝛ:**ſupple/**vſꝙ modo:** id eſt ſine interruptione ⁊ ęternę/ſed tm̄ ab illo:et ſic non ſum ei contrarius:ſed et per meipſum/vt maneam ſm eſſentiam indiuiſus ab ipſo. Si igitur ab ipſo et vnum cum eo exiſtēs operoꝛ omnia:fruſtra arguitis eſſe contrarium et ꝙ eius ſancta contemnam. Iudęi autem ꝙ̃uis inuiti/tm̄ virtute ſermonis intellexerunt ꝙ non ſe filium adoptiuum diceret/ vt dicebāt arriani quidā/ ſed naturalem:et ideo magis accendūtur. Et hoc manifeſtās euangeliſta ſubiungit: a ¶ **Propterea ergo magis**/ ꝙ̃ propter violationē ſabbati: b ¶ **Querebant eum iudęi:** non tm̄ perſequi vt ante/ſed **interficere.** Et ſubdit cauſam. c ¶ **Quia nō ſolum ſoluebat ſabbatum ſed ⁊ patrē ſuum dicebat deum:**et non adoptiue vel ex gratia ſicut alij filij dei dicuntur/ſed naturaliꝛ. Et hoc notatur per id qđ ſequitur: d ¶ **Equalem ſe faciens deo:**alij enim non ſunt ęquales.Sed qua voce colligebāt iudęi ꝙ chꝛiſtus ſe ęq̄ret patri ? Per hoc ꝙ dicit/**pater meus**/ non poterāt :quia hoc nomen pater etſi teneatur perſonaliter/tm̄ iudęi non habent noticiam perſonarum/ſed deum patrem vocant creatione nō pꝛopꝛietate pſonę:ergo idem erat ſm eoꝛū acceptionē pater meus ⁊ creatoꝛ meus:per hoc autē non ęquabat ſe patri.Sol.Aug⁹ in oꝛiginali dicit: Non iraſcebanꝛ quia deum diceret patrem:ſed quia longe alio modo ꝙ̃ homines: et qđ cōmune erat omniū/ſibi quaſi pꝛopꝛium vendicabat dicens: Pater meus nō pater veſter :et ex eo ꝙ attribuebat opa ęq̄liter ſibi et patri. Hęc ē ſentētia litterę verę. Sed quidā volūt ꝙ non ſoluerit ſabbatum/ſed ſm opinionem iudęoꝛum: qđ eſt contra Chꝛyſ.quia dicit ꝙ veriſſime ſoluebat:quia aliter et ipſe chꝛiſtus habebat eis reſpondere.ſ.vt diceret/decępti eſtis:nō enim ſolui ſabbatum ſed vobis ita videtur:nunc autem nihil tale facit/ ſed aſtruit quia ipſe non legem trāſgrediens operatur in die ſabbati/ſed ſupergrediēs tanꝙ̃ auctoꝛ legis vnū cū patre. Cōtra id vero qđ dicit euāgeliſta: **Equalem ſe faciēs deo**/inſurgūt arriani dicētes: Nō dixit euāgeliſta: Equalis ens deo:ſed ſe faciens ęqualē. Sed cōuincūtur ex his quę neceſſe eſt eos concedere. Dicit enim petr⁹: ꝙ
1.Pet.2.d. peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in oꝛe eius. Inueniri non poterat nec maius peccatum in eo ꝙ̃ illud genus ſuperbię/ꝙ ęqualem ſe deo faceret/ cum nō eſſet:ſi fuit habetur pꝛopoſitum.Chꝛyſ.etiam arguit cōtra eos/in hunc modum. Vere perſequebātur eū iudęi. Itē hoc verū eſt ꝙ propter hoc ꝙ ſoluebat ſabbatum. Item hoc etiam verum eſt ꝙ patrem pꝛopꝛium dicebat deum :quare ⁊ ea quę ſūt deinceps eidem conſequentię adhęrent.ſ.ꝙ vere eſt ęqualis patri. Item hoc patet per antedicta. Non enim dixit: Pater me⁹ vſꝙ modo operatur ⁊ ego miniſtro: ſed ⁊ ego operoꝛ/i omnibus oſtendens parilitatem. Item ſi chꝛiſtus non intendiſſet ꝙ vere eſſet ęqualis patri/coꝛrexiſſet vtiꝙ malam eoꝛum ſuſpicionem:et oſtendiſſet ꝙ male intellexiſſent: nunc autem nihil tale facit. De minoꝛi enim ſuſpicione coꝛrexit diſcipulos: Matth.xvj.b.ſ.ꝙ non loqueretur de fermēto panum/ſed de fermento doctrinę peſtilentis ipſoꝛum phariſęoꝛū. Item ipſe euangeliſta coꝛrexiſſet ſi nō hoc intendiſſet:ſicut.ſ.ij.d.cū dicit/ ꝙ hoc dixit de tēplo coꝛpoꝛis ſui. Hęc tria vitia īducit Chꝛyſ.i oꝛiginali.

a operoꝛ. **Pꝛopterea ergo ma-**
b **gis quęrebant eum iudęi inte-**
c **ficere:quia non ſolum ſolue-**
**bat ſabbatum/ſed ⁊ patrē ſuū**
d **dicebat deum:ęqualem ſe fa-**

¶ Rn̄dit itaꝙ

✱ omhem hominem ⁊c. Sap. vij.d. Per natiōes in animas ſanctas ſe transfert. Item operatur redimendo. Pſ. Doꝛaliter
Redemptionem miſit dominus populo †Pſ.110.
ſuo. Item operatur gloꝛificando ſiue ſaluando. Eſa. xlvj.b. Ego feci et ego feram: ego poꝛtabo et ſaluabo. Item operatur condemnando. Sed iſtud nō eſt pꝛopꝛium opus eius: Scđm illud Eſa. xxviij.f. Peregrinum eſt opus eius ab eo. His omnib⁹ modis et alijs quibus operatur pater operaꝛ ⁊ filius. Unde bene dicit/ **Pater meus vſqȝ modo:** id eſt ſemper/ **operatur:⁊ ego operoꝛ**/cum eo. Poſſumus autem hęc verba ⁊ ſequentia quę in pꝛima expoſitiōe expoſita ſunt pꝛopꝛio de filio dei naturali/quodāmodo quantū ad moꝛalitatē trāſferre ad filium adoptiuū: qui debet operari ad exemplū dei: vt filius imitatur patrē:et dicere: Pater me⁹ operatur opera miſericoꝛdię et ego operoꝛ ſimiliꝛ. In operib⁹ enī miſericoꝛdię debemus eum imitari. Unde Luc. vj.f. Eſtote miſericoꝛdes ſicut et pater veſter miſericoꝛs eſt. Item in charitate. Eph. v.a. Imitatoꝛes dei eſtote ſicut filij chariſſimi ⁊ ambulate in dilectione ſicut chꝛiſtus dilexit vos. Maxime autē in dilectione inimicoꝛum quę eſt magna ꝑfectio. Unde Mat. v.g. Eſtote perfecti ſicut ⁊ pater veſter cęleſtis perfectus eſt. Item in eodem. Diligite inimicos veſtros : benefacite his qui oderunt vos:et oꝛate pꝛo perſequentibus ⁊ calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in cęlis eſt:qui ſolem ſuum oꝛiri facit ſuper bonos ⁊ malos. Item in patientia ⁊ tribulationū ſuſtinentia. j. Pet. ij.d. Chꝛiſt⁹ paſſus eſt pꝛo nobis/vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. Job. xxiij.c. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus:viam eius cuſtodiui/ nec declinaui ex ea : In mari enī via ei⁹: et ſemitę Pſ.76.
eius in aquis multis: vt dic̄ Pſ. Unde ſequiꝛ: a ¶ **Propterea ergo magis quęrebant eum iudęi interficere:quia nō ſolum ſoluebat ſabbatum ſed patrē ſuum dicebat deum :ęqualē ſe faciens deo.** Malos et inuidos grauant ⁊ vita iuſtoꝛum ⁊ verba. Uita.ſ.diſſimilis: Unde dicūt/ꝙ ſoluit ſabbatū. Mali cuſtodiūt ſabbatum in hac vita: quia quęrūt niſi ociari ⁊ feſtiuari :et boni nō ceſſant laboꝛare. Mali enim hanc vitam vocant ſabbatum: quia putant eam datam ad luſum et lucrum: Sicut dicitur Sap. xv.c. Eſtimauerunt luſum vitam noſtram et conuerſationem vitę compoſitam ad lucrum. Ideo dicunt Sap. ij. b. Uenite ⁊ fruamur bonis quę ſunt ⁊ vtamur creatura tanꝙ̃ in iuuentute celeriter. Et poſtea ſequiꝛ: Quoniā hęc eſt pars noſtra ⁊ hęc ē ſoꝛs nr̄a. Diſſimilis ꝙ̃ vita ſanctoꝛū eos ad irā et inuidiam pꝛouocat. Unde Sap. ij.c. Grauis eſt nobis etiam ad videndum: quoniam diſſimilis eſt alijs vita illi⁹ et immutatę ſunt vię eius. Item. ij. Coꝛ. ij.d. Alijs ſumus odoꝛ moꝛtis in moꝛtem: alijs autem odoꝛ vitę in vitam. Secundū eſt/ꝙ eos offendūt verba bonoꝛum. Unde Sap. ij.c. Circumueniamus iuſtum: quoniam inutilis eſt nobis et contrarius operib⁹ noſtris: Ecce diſſimilis vita. Et ſequitur ibi: Et impꝛoperat nobis peccata legis et diffamat in nos peccata diſciplinę noſtrę :pꝛomittit ſe ſcientiam dei habere ⁊ filium dei ſe nominat. Hoc eſt qđ dicitur: **Patrem ſuum dicebat deum/ęqualem ſe faciens deo.** Sancti enim pꝛeſſi tribulatione maloꝛū coguntur ſe commendare:et ad ſpem ęternę hęreditatis recurrere. Unde dicunt inuicem ſancti illud. j. Joh. iij.a. Chariſſimi: nunc filij dei ſumus: ſed nondū apparuit nobis quid erimus. Scimus autem ꝙ cum apparuerit/ſimiles ei erimus: quoniā videbim⁹ eum ſicuti eſt. Sequitur:

✱ Reſpondit itaꝙ ieſus

a ciens deo. Reſpondit itaqȝ
b ieſus ⁊ dixit eis: Amen amen
c d dicō vobis: nō poteſt fili-
us a ſe facere quicꝗ̄, niſi qd̄
e viderit patrem facientem.

a Reſpondit itaqȝ ieſus ⁊c. Hec eſt ſecunda pars huius prime partis: in qua intendit chriſtus deſtruere hanc vltimam occaſionē perſecutionis. Unde oſtendit ꝙ ipſe diuerſus in perſona a patre, i vnitate virtutis eſſentialis operatur omnia cum patre: nō tanꝗ̄ ei cōtrarius. Et cū hoc patebit, ſimul probatum erit, quia ipſe eſt naturalis filius patris. Diuiditur igitur hec pars in tres partes: que ſeinuicem concomitantur: et ſufficiunt ad probationem propoſiti. In prima certificanť ꝙ filius habet virtutem acceptam a patre per generationem. In ſecunda ꝙ virtus illa licet per generationem participetur a filio, tñ manet indiuiſa in patre ⁊ filio propť indiuiſionē eſſentie, vbi dič: Quecūqȝ eñ ille fecerit ⁊c. In tertia probať ꝙ hec virtus eſt oīpotentia in filio ſicut eſt omnipotentia i patre: ibi: Pater diligit filiū ⁊c. Hec eñ tria et non plura exiguntur ad probationē equalitatis filij cum patre. Si eñ equalis eſt: neceſſe eſt diuerſū eſſe in perſona: quia nihil eſt ſibi equale: ſicut dicit Boetius in libro de trinitate: Omne equale, equali equale eſt: ⁊ ſimile ſimili ſimile: et idem ei cui eſt idem. Secūdū qd̄ exigitur ad equalitatem eſt participatio eiuſdem quantitatis que in natura ſpirituali ad poteſtatem refertur: quia ſicut dicit Anſelmus: quecunqꝫ comparantur ſm equale vel excellēs, neceſſe eſt ꝙ comparenť ſm aliquid vnū exiſtens in vtroqꝫ: quia vero equalitatis comparatio eſt in participatione eiuſdem poteſtatis per omnia: ideo oportebat omnipotentiam etiam probari eſſe hanc poteſtatem in filio ſicut eſt in patre: et ideo nec plus nec minus inducit ꝗ̄ ꝙ ſufficienter conuincit propoſitum. Et ſic patet ordo partiū ⁊ ſufficientia. Ordo autem patet ad precedēs. Prima enim occaſio perſecutiōis fuit ex ſabbato: ſecūda eſt ex equalitate ad patrem. Et ſm occaſionem perſequendi ordinantur diſputatiōes contra iudeos. Dicit ergo: b Amen amen: id eſt vere vere. Et confirmationem notat geminatio. c Dico vobis: non poteſt fili⁹ a ſe facere quicꝗ̄ ⁊c. Hoc exponitur de filio inquātum deus, ⁊ inquantum homo. Primo ergo exponam⁹ breuiter de filio inquantū de⁹. d Nō poteſt filius a ſe facere quicꝗ̄: id eſt nihil contrarium patri vel alienum ſiue externum a patre poteſt facere: in quo oſtenditur equalitas ⁊ parilitas ⁊ cōcordia. Unde per h̄ oſtendit ſe non eſſe contrarium patri: ſicut dicebāt iudei, quia non obſeruabat ſabbatum: ſed oſtendit ꝙ imo cōcors eſt, quia a ſe nihil facit. i. facit ſeparatū ⁊ alienū ab ope patris. e Niſi qd̄ viderit patrē facientē: id ē niſi qd̄ certiſſime ſcit ſcientia que ipſe eſt, patrē ſecū operantē. q. d. nihil operať filius ſua ſapientia qd̄ non pater operetur eadem ſapientia: vel nihil poteſt facere niſi illa ſciētia quā habet a patre per generationem. Uel aliter exponitur. d Non poteſt filius a ſe facere quicꝗ̄: id eſt nullam habet filius poteſtatem niſi quā accepit a patre per generationem: ſed a patre habet poſſe et facere, a quo habet ⁊ eſſe. Et ita liberi arbitrij dicit auctoritatem, ſm Aug⁹. et Hil⁹. Unde ſequitur: e Niſi qd̄ viderit patrem facientem: id eſt nihil poteſt a ſe vel per ſe facere niſi habeat a patre: ſm modū loquēdi ſm quē dicitur: Iſte puer nihil ſcit facere niſi qd̄ videt magiſtrum ſuum facere. Et ita loquitur dominus cōdeſcenſiue: vt ex humilitate verborum compeſcat animos iudeorum: qui ſcandalizabantur contra eum: quaſi ſe efferret et extolleret. Et licet condeſcēſiue loquatur, tamē loquitur vere. Per hoc enim vult ſignificare ꝙ quicquid ē ⁊ habet, habet a patre. Unde i hac ſerie vult duo oſtendere de ſe: alta et humilia. Alta, cum dicit: Pater meus vſqȝ modo operať et ego operor ⁊c. Humilia, cū dicit: Nō poteſt filius a ſe facere quicꝗ̄ niſi quod viderit patrem faciētem. Alta iterum, cum ſubdit: Quecunqȝ enim ille fecerit: hec et filius ſimiliter facit. Humilia, cum poſtea dicitur: Pater eni diligit filium: et omnia demonſtrat ei ⁊c. Uolebat eni vt ſic eum patri equalem ⁊ coomnipotentem ⁊ cooperatorē crederent, vt tñ auctoritatem principij in patre crederēt, ⁊ ſic perſonas diſtinguerent. Uel alta ad diuinitatem: humilia ad humanitatem poſſunt referri. Et nota ꝙ in illo verbo precedenti: Nō poteſt filius a ſe facere quicꝗ̄, niſi qd̄ viderit patrem facientem: tria dicuntur que ſcd̄m hereticos videntur derogare dignitati ⁊ poteſtati filij. Primū eſt ꝙ dicit: Non poteſt. Secundum ꝙ dicit: A ſe. Tertium ꝙ dicit: Niſi qd̄ viderit. In his trib⁹ inſiſtit Chryſ. oſtendens ꝙ hoc verbū: Non poteſt: nō eſt verbum imbecillitatis ſed virtutis: ſicut etiam de patre dicitur Heb. vi. d. Ut per duas res imobiles quibus impoſſibile eſt mentiri deum fortiſſimū ſolatiū habeam⁹ q̄ ꝯfugim⁹ ad tenēdā ꝓpoſitā ſpē ⁊c. Item. ij. Timoth. ij. c. Negare ſeipſum non poteſt. Hoc eni impoſſibile, nō eſt oſtēſiuū imbecillitatis, ſed virtutis, et virtutis ineffabilis: ſicut cum dicimus: Impoſſibile eſt deū peccare: nō imbecillitatem accuſam⁹, ſed virtutem teſtamur. Ita ⁊ hic cum dicit: Non poteſt filius ⁊c. id eſt impoſſibile eſt ⁊ incontingibile facere contrarium patri. Et hoc oſtenditur per ſequentia. Quecunqȝ eni ille fecerit, hec et filius ſimiliter facit: id eſt concorditer ⁊ equaliter ex eadē poteſtate. Unde per hoc patet, ſicut dicit Chryſ. error hereticorum qui male intelligunt id qd̄ dicit, a ſe: quaſi filius ſua poteſtate non operetur vel libertate. Qr enim libere et poteſtatiue opereť, patet per hoc qd̄ alibi dicit. j. x. d. Poteſtatē habeo ponere animā meā ⁊ poteſtatē habeo iterum ſumere eā. Itē Phil⁹. ij. a. Semetipſum exinaniuit ⁊c. Eſt ergo ſenſus d Nō poteſt a ſe facere: id eſt nihil ꝯtrariū patri vel ſeparatum poteſt facere: vt non priueť poteſtas vel libertas faciendi i filio: ſed cōtrarietas vel ſeparatio, ſm Chryſ. Sȝ ſm Hil⁹. et Aug⁹. priuať principij auctoritas. Qr aūt ſequitur: e Niſi qd̄ viderit patrem facientē: ſenſus eſt: Niſi ea ſcientia quā habet a patre: quia ſi intelligiť verbū ſicut ſonat, abſurdiſſimū eſt: vt dicit Chryſ. Non eni dixit: quoniam que videt patrem facientem facit: ſed niſi viderit patrem facientem nō facit: omni coextendēs tēpori hūc ſermonē: et ita ſemper oportet eum diſcere: qd̄ abſurdū eſt: quia quis ita miſer eſt ⁊ infelix vt dicat filium ſm vnamquāqꝫ diem diſcere que oporteat facere: Qualiter eni eſſet illud verum: Tu autē idē ipſe es ⁊ anni tui non deficient: Pſ. 101. Et qualiter illud: Omnia per ipſum facta ſunt: J. 1. a. Quecunqȝ enim ille fecerit. q. d. bene dico ꝙ nihil a ſe: id eſt nihil ſeparatim vel contrarie facit: ſed potius: quecunqȝ ille: id eſt pater, fecerit, hec filius ſimiliter facit: id eſt ex eadem mente ⁊ poteſtate ⁊ virtute. Unde adhuc notatur indiſſimilitudo et parilitas. Si enim pater a ſe: id eſt ſua poteſtate operať: ergo ⁊ filius ⁊ ecōuerſo: aliter non ſimiliter operarentur. d Nō poteſt fili⁹ a ſe facere quicꝗ̄. Hec prepoſitio, a, ſm Hil⁹. notat diſtinctionem originis. Et eſt ſenſus. Filius non habet poteſtatem a ſe ſed a patre: ſed tñ apponit verbum facere, propter audiētes. Scd̄m eni noſtrū cōprehendere nobis innoteſcit potētia per actū ipſius, ⁊ eſſentia per potentiam: quia actus ſunt prius potentijs ſm rationem. Declarat ergo: quia fili⁹ non agit a ſe, et ſic per conſequēs nec potentiam habet a ſe: et inde vlterius nec eſſentiā habet a ſe que eſt radix potentie. Nec tñ h̄ dico qr hec tria differāt i deo ꝓut oīa ibi ſūt: imo fides mea ē ꝙ vnū ſūt, ſed tñ differūt in ratiōe intelligētie. Et hec diuerſitas neceſſaria ē apprehēſioni intellect⁹ materialis: qr nihil in tāta ſimplicitate accipit. Qr ꝓo determinauit, ꝙ q̄cq̄d habet per generationē accepit a patre, conſequenť determinat modū hui⁹ acceptionis.

Moraliter.

a Reſpōdit itaqȝ ieſus et dixit eis: Amē amē dico vobis: non poteſt filius a ſe facere quicꝗ̄ niſi qd̄ viderit patrem facientem. Ita et nos nihil debemus facere proprium, nec auctoritate noſtra: ſed ad exemplar qd̄ nobis i mōte oſtenſū ē. i. in chriſto vel in ei⁹ ſcriptura. j. xiij. b. Exēplū dedi vob vt quēadmodū feci ⁊ vos faciatis.

De conſe. diſ. 5. c. ſi.

dum huius acceptiōis.ſ.quia pater eſt principium et auctor omnium bonorum que ſunt patris ⁊ filij: Et hoc eſt quod dicitur a pleriſqꝫ/ꝙ penes patrem eſt principij auctoritas. Unde ſubdit: Niſi qđ viderit patrem facientē. Hic caute ambulandū eſt in via veritatis inter duos errores qui vix declarari poſſūt. Unū preca-

B uet Chryſ. dicēs: Chriſt⁹ non dicit iſtud ideo ꝙ ipſe ſemꝑ noua diſcat que neſciuit ante hoc/ſed condeſcendens iudeis dicit.

a b Quecūqꝫ enim ille fecerit: hec ⁊ fili⁹ ſimilit̄ facit. c d e

Alius error nō minor iſto/eſt/ꝙ dicitur ꝙ nullam veritatem habet filius: ſed tm̄ propter furorem iudeorū mitigandum dictum ſit qđ dicitur hic. Iterum cauendum eſt/ ne aliquis putet ꝙ loquar querēs diuerſitatē rei/ſed tm̄ ſm rationem volo procedere/diſtinguēdo videre qđ hic dicit audire/qđ infra ponit. Dico ergo ꝙ ſicut dic̄ Anſelm⁹ i libro de proceſſione ſpūſſancti: ꝙ eſſentia patris eſt in filio ꝑ generationem filij a patre: eſſentia autem ſm diuerſitatē attributorꝫ accipit diuerſitatem rationū intelligendi ſm intellectum noſtrum. Sed quia nos eſſentiam ſm ſe nō apprehendimus/ſed ſm ꝙ accipit rationē ſubſtātie i perſona: ideo oportet etiam dicere ⁊ magis proprie quo ad nos: ꝙ ſubſtantia eſt illud qđ propter diuerſitatē effectuū cadit ſub ratiōe diuerſorum attributorꝫ. Item quia ſubſtantia in perſona prout conſideratur vt agens/induit rationē potētie: ideo neceſſe eſt intellectum noſtrū querere diuerſitatē potentie ſm rationem penes diuerſitatē effectuū/⁊ diuerſitatē attributorū ipſius ſubſtantie penes diuerſitatē potētie comparate ad act⁹ diuerſos: vt potentia operans in nobis donū ſapientie ſit intellect⁹ diuinus in prima ſapiētia que fons eſt noſtre ſapiētie format⁹: et doni pietatis ſit potentia volūtatis in bonitate prima formata: nec dico diuerſificans formam a potentia ſm rem ſed ſm rationē. Sicut etiam dicit Damaſcen⁹: ꝙ quedam noiant ſubſtantiā vt eſt: quedā aſſequētia ſubſtantiā/ vt ſapiētia/bonitas ⁊ hmōi. Subſtantia ergo prout eſt affluens donū ſapientie proprium attributū habet: ſapiētia prout eſt affluēs pietatē noiatur bonitas. Subſtātiā autē quo ad oia attributa trahit filius a patre: quia quicquid habet pſona procedens accipit ab ea a qua procedit. Sed qꝛ duo ſunt iterū ſenſus diſciplinabiles

al. vtrūqꝫ ſicut dicit phs.ſ. viſus ⁊ auditus: cōſtat ꝙ† vterqꝫ iſtorꝫ quorum diuerſitatē notat/min⁹ pertinet ad hoc attributū qđ ē ſapientia. Sed diſtinguendū/ ꝙ ſapiētia prout eſt in nobis habetur per inuētionē ⁊ per doctrinā. Uiſus ergo magis deſeruit potentie inuentiue ipſius ſapientie/vt ita liceat loqui: auditus aūt magis ei potētie que per doctrinā perficit̄: et ideo etiam aliquid citius docet̄ per vocem ꝙ̄ per ſcripturam/licet idem ſcribatur qđ dicit̄. Dicēdū ergo ꝙ ſubſtātia ſm hoc attributum qđ eſt ſapiētia/duo habet ſm ꝙ eſt in filio. Primū eſt ꝙ ipſa eſt ſibi ſufficiens nullo indigens ad ſciendū/ et quo ad hoc eſt viſio: quo ad hoc aūt ꝙ eſt in filio ab alio.ſ. a patre/eſt quaſi extrinſecus adueniēs/et ſic ſapientia eſt auditio. Sed ſiue ſic ſiue ſic cōſideret̄ ſapiētia/ſꝑ auctoritas remanet in patre ſm ꝙ comparat̄ ad aliquid operādū in creatura. Et ideo ſubſtantia ſm ꝙ eſt in patre agēs eſt quaſi exemplar ſm rationem intelligētie: iuxta qđ eadem ſubſtātia ⁊ eundem effectum operatur filius. Et quo ad hoc loquitur hic dicens: Niſi qđ viderit patrē facientē. Infra aūt loquit̄ ſm ꝙ refertur filius ad patrē in acciplēdo ſapientiā operantē ꝑ modum cuiuſdam audit⁹/ nō prout ſubſtātia patris operās auctoritate/quaſi dirigit eandem ſubſtantiā in filio operantem. Hec aūt nō aſſerēdo/ſed tm̄ rationem intelligentie ſumptam ex intentionib⁹ vocabulorꝫ ſequēs dico. Fides eni mea ē nullam eſſe in ſubſtantia diuerſitatē. Eſt ergo ſenſus: Non poteſt filius a ſe facere quicqꝫ niſi qđ viderit patrē facientem: id eſt vane arguitis me de contrarietate ad patrem ⁊ inequalitate: quia nullā habeo potentiā niſi quā ab illo accepi per generationē/ ⁊ que illius ē. Nec hac ipſa potētia operor niſi ſm ꝙ auctoritas ſua eterne operando quaſi exemplariter generando me oſtendit mihi. Sed cū fides catholica nō admittat ibi aliquam diuerſitatē inter ſubſtantiā operantem exemplariter ⁊ illam que eadem eſt et operat̄ idem opus ſub auctoritate quaſi cuiuſdam exemplaris/quare chriſtus poſuit verba ad que videtur ſequi diuerſitas/ et non potius probauit ſimplicitatem? Ad qđ dicendū ꝙ licet ſubſtantia nō ſit indiuiſibilis/tm̄ effectus operati ſunt multi: ⁊ cum ipſa nō cadat in intellectum audientium niſi per effectū: ideo neceſſe fuit ꝙ ſm diuerſitatem effectuū diuerſitatem poneret attributorum

f Pater eni diligit filium g et omnia demonſtrat ei

in ſubſtantia: quia aliter non intelligeret̄ ab illis qui nihil niſi materialiter intelligere poſſunt: vt dicit Aug⁹ ſuper Gen. Et Dionyſius i libro de celeſti hierarchia. Sequit̄: a Quecunqꝫ eni ille fecerit: hec ⁊ filius ſimiliter facit. Secunda pars. Dixit qualiter per generationē accepit potentiā operandi/⁊ modum accipiendi ſm ꝙ poterat comꝑhendi ab audiētibus determinauit: nunc oſtēdit ꝙ indiuiſa manet virtus in vtroqꝫ/licet in filio ſit ab alio/i patre nō ab alio/dicēs: Quecunqꝫ em̄.q.d. nihil facit niſi qđ illū viderit facere. b Em/qꝛ: a Quecūqꝫ ille facit: id ē ome op⁹ qđ agit pr. c Hec/eadē numero: d Et fili⁹/diuerſus i perſona. e Similiter facit: id eſt ex eadē potentia ſiue virtute i numero: ſi tamē numerum habet aliquem/ſed dubitatur: quia hoc conuenit etiam duobus/qui non eadem potentia in numero operātur. Poſſum eni dicere: ſi ego ſum equalis virtutis tecum ꝙ quecunqꝫ tu poteris ⁊ ego poſſum. Igitur ex ſententia iſta non habetur niſi ꝙ pater ⁊ filius ſint eiuſdem virtutis in ſpecie/ nō in numero. Ad hoc dicendum/ꝙ impoſſibile eſt ꝙ ſi aliqua duo ſint diuerſe virtutis: ꝙ quicquid faciat vn⁹ ꝙ idem i numero poſſit facere reliquus: ſed verificat̄ pro actibus ſimilibus in ſpecie: vt ſit ſenſus: Ego poſſum loqui ⁊ tu loq: ego currere ⁊ tu currere: ſed impoſſibile eſt ꝙ locutio mea ſit eadem locutioni tue/ niſi fuerit potētia eadem ⁊ organa voces formātia. Uñ proprie intellecta hec propoſitio: Quecūqꝫ enim ille fecerit/hec ⁊ filius ſimiliter facit/nullis diuerſis perſonis conuenit: niſi illis tm̄ in quibus manet identitas virtutis et eſſentie: id eſt diuinis. Sed adhuc intelligendum eſt/ꝙ ſimiliter facere dicitur: quando eſt conuenientia in modo agendi/ſicut eque potenter ⁊ ſapient̄. Dicit ergo: Similiter facit: qꝛ dixerat/ ꝙ ſuam potentiam acceperat per generationem: ita ꝙ auctoritas reſpectu omniū attributorꝫ remanſit penes patrem. Quia igitur aliquis ex hoc poſſet credere ꝙ nō eque potenter ⁊ ſapienter operatur filius vt pater/dicit: Similiter facit: vt hanc deſtruat pernitioſam ſuſpitionē. Sed quia adhuc reſtat ad probationem equalitatis/ſicut ſupra oſtendimus/ vt oſtendatur hec potentia eſſe omnipotentia in filio ſicut omnipotentia in patre/infert id probās per hoc quod ſequitur. f Pater eni diligit filium. Dilectio enim filij a patre cauſa eſt quare cōmunicat ei omnē ſuā potētiā. Uñ ſeqt̄: g Et oia demōſtrat ei q̄ ipſe facit: ſic p̄i⁹ dictū eſt: auctoritas ē in p̄re reſpectu ois opis.

Item omne opus

* a Quecūqꝫ em̄ ille fecerit/hec et fili⁹ ſimilit̄ facit. Ita ⁊ nos precepta patris noſtri filialiter impleam⁹: ſic et ipſe p̄ri i oib⁹ obediuit. J. xiiij. b. Si diligitis me mādata mea ſeruate. f Pater eni diligit filiū: quē licet diligeret/ꝑ nobis flagellauit: vt dr̄ Eſa. liij. b. Diſciplina pacis nr̄e ſuper eū. Uñ exēplo ei⁹ debem⁹ libent̄ ſuſtinere flagella dei. Heb. xij. b. Quem diligit dñs caſtigat: flagellat autē omnē filium quē recipit. Chryſ. Si omnē filiū flagellat: ergo qui non flagellat̄ non eſt filius. Eccl. xxx. a. Qui diligit filiū aſſiduat illi flagella. Itē Glo. ſuꝑ Heb. dicit. Flagellat omnē filium/etiā vnicū qui ſine omni peccato fuit. Si ergo aliqs except⁹ eſt a paſſione flagellorꝫ: exceptus eſt a numero filiorꝫ. Unicus ille de patris ſubſtantia natus/equalis p̄ri in forma dei/verbū q̄ facta ſūt oia/ nō habebat vñ flagellaret̄: ad h̄ aūt carne indut̄ ē/vt ſine flagello nō eēt. Qui ḡ filiū flagellat vnicū ſine pctō/ relinquet adoptiuū q̄ ē cū pctō? Unic⁹ ſine pctō nō tm̄ ſine flagello/exēplū dedit nobis patiēdi g Et omnia demonſtrat ei q̄ ipſe facit. Loquit̄ ſm illū modū ſm quem dicit

* ꝙ magiſter docet

¶ Item omne opus diuinū regulatur ſapiētia eſſentiali: cuius etiam auctoritas ē i patre. Demōſtrare igit̄ opera filio/nihil aliud eſt q̄ filium agere eadem opera ⁊ eadem ſapientia cum patre: ita tñ ꝙ ꝑncipij auctoritas ſit in patre/ratiōe cui⁹ ꝑnci/pij patri ꝯuenit quaſi primo loco per modū exemplaris/non ab alio traducti demonſtrare faciēda: ſi/cut patuit .ſ. Sed q: quantū ē ex parte operis operati/opatio trinitatis non tota ē ſimul nec ab eterno: ideo ſuppones ꝙ q̄dam ex illa parte demōſtrauit in p̄terito: ſicut curationem paralytici. Infert etiam de futuro dicens: a ¶ Et maiora/opa his/que vidiſtis. b ¶ Demōſtrabit ei modo ſupra dicto. Et ſubiungit ratione/nō cauſā finalē. c ¶ Ut vos miremini: et p admiratione credatis mihi. Tñ alit̄ legit Interliñ. dicēs: c Ut vos/q nō creditis: et ſic videt̄ vob̄ icōueniēs. d ¶ Miremini: q: tūc miramur cū aliqd incōueniēs accidiſſe videm⁹. Scōm aūt ꝙ admiratio ē ſtupor de magno phātaſmate vel appheñſio: ſic admiratio ē fideliū et infideliū: et ordinat̄ ad facili⁹ credendū ipſi operāti. Hoc aūt qd dixi: ꝙ ſubdit ratione/nō cauſā finalem: id dico: q: qd ē eternū/nullā cauſā hʒ tēporalē vel i tpe: q̄uis ratione aliquā poſſit habere in tempore/ſm ꝙ exponit̄ iſta: ꝙ deus elegit iacob propter merita. Ratio autē illa finis eſt: qui terminus dicit̄ /non cauſa finalis. Ul' ſic legatur ⁊ melius: vt diſtinguam⁹ ꝙ opus quodāmodo eſt in agente tanq̄ in cauſa: et actio ipſa inquantū eſt ex parte agentis eterna eſt: nec habet aliquā cauſam in tempore. Sub illa autem actione actiua pure ⁊ eterna ē actio paſſiua: que ſe tenet ex parte ope/ris/ et incipit in tempore/et hec poteſt habere cauſam in tem/pore. Qr igitur dicit̄: Maiora demonſtrabit ei ope/ra ⁊c. diuidatur: vt/maiora: et hoc ꝙ dicit/vt vos mire/mini: referatur ad actionem operis paſſiui et incipientis in tempore: demonſtratio vero ſm ꝙ abſtrahitur ab omni tem/pore/referatur ad actionē pure actiuam et eternam: ſcōm ve/ro ꝙ contrahitur ad tempus futurum etiam ipſa teneat ſe ex parte actiōis paſſiue incipientis ⁊ ſub tempore currentis. Et cōtinue determinat illud opus qd eſt maius/dicens: e ¶ Si/cut enim pater ſuſcitat mortuos: id eſt vitam primo mortuis influit. f ¶ Et viuificat: id eſt ſuſcitatos i vita cō/tinet. Uita eni eſt continuus actus anime in corpus: ſicut dic̄ phs. g ¶ Sic ⁊ filius: id eſt ex eadem potentia ⁊ equali ſa/pientia/ſicut ſupra expoſitum eſt/ſimiliter quos vult vi/uificat. Mirabiliter concludit omnipotentiā: Ad omnipo/tentiam enim exigebatur vt omnia poſſet ⁊ libere non coacte poſſet. Cum ergo dixit ꝙ omnia demonſtrat ei pater: habuit ꝙ omnia poſſet: nunc vero quia/quos vult viuificat: ha/bet ꝙ hec potentia ſequitur voluntatem et per conſequens li/bertatem: quia liberrima potētiarum et que nō poteſt aliquo cogi eſt voluntas. Et loquitur ſm quoſdam ſanctos de ſuſci/tatione laçari: ſicut videtur dicere Chryſ. Sed quia per ſe/quentem litteram videtur debere legi de generali reſurrectio/ne: ideo intelligendū ꝙ loquitur de ſuſcitatione laçari prout ē figura quedā vel typus vniuerſalis reſurrectionis. Sed qua/re nō dicit: Ita et fili⁹ quos vult ſuſcitat ⁊ viuificat/ſic vtrūq̄ premiſerat de patre: Sol. Sicut de filio dicit: Quos vult viuificat: et ſupplēdū ē ſimilit̄ de patre: ita de filio ſupplēdū ē ſuſcitat/qd dicit̄ de patre. Ul' alit̄ vt ſic exponat̄. e ¶ Sic eni pater ſuſcitat mortuos/oēs bonos ⁊ malos: f ¶ Et viuificat/ad gloriā bonos tm̄. g ¶ Sic ⁊ fili⁹ quos vult viuificat/et reſuſcitat ſupple. Quedam lectura iacet in Glo. que diſtinguit de reſurrectione animarū ⁊ reſurrectione cor/porum: que nō videtur mihi pertinere ad litteralem ſenſum: ſed magis tangit myſteriū: et ideo huic ſupſedeo. h ¶ Nec enim pater ⁊c. Sequitur pars illa vbi loquitur de collata ſibi poteſtate iudiciaria in forma ſerui. Et hec ps habet quat/tuor particulas. In prima determinat ſibi collatam eſſe pote/ſtatem iudicandi/et finem huius collationis. In ſecunda do/cet qualiter ſententia illa duriſſima a ſe promulganda in iudi/cio vitari poteſt modo/vbi dicit: Amen amē dico vobis

a que ipe facit: et maiora his dē/ b mōſtrabit ei opa/ c vt vos mi/ d rē/ e mini. Sicut enim pater ſuſ/ f citat mortuos et viuificat: ſic g et h fili⁹ q̄s vult viuificat. Nec

quia qui verbum meū audit ⁊c. In tertia oſtendit modum qualiter poſſibile eſt ꝙ habeat poteſtatem iudicādi omnem carnem ſimul/licet nunc videatur defluxa in mortem .ſ. quia habet poteſtatē ſuſcitādo vocare eos ad iudicium/ vbi dicit: Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc eſt ⁊c. In quarta ⁊ vltima deter/minat diſpoſitiones iudicij illius ſm or/dinem ⁊ animū patris et iuſticiam cauſe. Hec tria eni ad rectum iudicium exigū/tur: vt patebit .j. Et hec incipit vbi dicit: Non poſſum ego a meipſo facere quicq̄ ⁊c. Ad poteſtatem eni iudiciari/am rectiſſimam non exiguntur niſi quat/tuor .ſ. vt iudicans poteſtatem habeat: et vt iudicantibus lex detur ſm quam habēt iudicare: et vt ipſi iudicādi poſſibiles ſint ad iudicium: ⁊ vltimū vt ordo iudicia/rius obſeruetur in executiōe iudicij. Nec plura nec pauciora exiguntur: Et ſm horum ſufficientiam eſt ſufficientia in par/tib⁹ huius partis/que eſt de poteſtate iudiciaria: primum in prima: ſecundū in ſecūda: tertium in tertia: quartum in quar/ta determinatur. Et qualis eſt ordo in his que ad iudiciū exi/gunt̄: talis ē ordo in partibus littere hui⁹. Ad ea q̄ prius di/cta ſunt ordinatur hoc modo: Dixerat qualiter demōſtran/do pater omīa contulerat ſibi omnipotētiā: et hoc ſm ꝙ erat in forma dei: Sed quia ipſe formam ſerui accepit vt eſſet ca/put eccleſie: immo totius humane nature/cōſequebat̄ vt ſm hanc formam haberet aliquam poteſtatem. Quia igitur ipſe ſm hanc formam fuit nobis mediator ⁊ dans formam viuen/di/competebat vt etiam ipſe inter obſeruantes legem ⁊ viam oſtenſam dijudicaret: et ideo huius poteſtatem etiam accepit a patre. Aliter etiā ē manifeſtū/quia iudex eiuſdem debet eſſe nature cum eo qui iudicari habet/vt ex ſeipſo cauſam poſ/ſit agnoſcere ⁊ ſtatuta iudicādorū: et ideo iterum patet qua/re fili⁹ dei hō ens iudicat. Sed nec intēdo dicere ꝙ chriſt⁹ in/quantum purus homo iudicandi habeat poteſtatem/niſi illā quā dicūt in miſterio. Et de hac nec ipſe chriſtus hic loquit̄/licet quidam hoc dicant: Nec ego volo loqui/ſed de iudicio auctoritatis reſpectu creature: qd nihil prohibet chriſtum ha/bere a patre: ſicut nihil prohibet ipſum eſſe ꝑncipium de ꝑn/cipio ⁊ auctorem de auctore. Qui autē vult rationem huius intelligere/videat quid dicit Aug⁹ in. viij. ſuper Geñ. ad lit/terā: vbi loquitur de motu vniuerſali per prouidentiā: qualit̄ .ſ. ipſa ꝓuidētia quedā mouet i natura: quedā in volūtate ra/tionalis nature: q̄dā etiā ſeipſa. Ex his argui pōt ſic: Cōſtat ꝙ ea que ſunt bonorum morum ⁊ fidei per voluntatem hu/manam gubernantur a prouidentia diuina: quia illa non ſunt niſi voluntariorꝫ/licet voluntas non ſit efficax in illa per ſe ſi/ne gratia. Cum igitur iſta ſint diſpoſita ⁊ ordinata in mundo iſto ſm ſtatum prelationis ⁊ ſubiectionis/vt conſeruetur or/do viuendi/ſatis liquide apparet ꝙ ille qui ſummus mundi prelatus eſt horum habebit exquirere rationem: Sicut eni prelatus ad prelatum: ſic officium ad officium. Unde cum ¶ ipſe ſit ſuperior

* ꝙ magiſter docet diſcipulum que ipſe debet facere. Et Moraliter habet̄ ſimile Eſa. l. b. Erigit mane: mane erigit mihi aurē vt audiā: quaſi magiſter domin⁹ deus aperuit mihi aurē: ego autem non contradico. Per qd vult ſignificare ꝙ ex volunta/te patris patiebatur ⁊ predicabat in mundo. a ¶ Et maio/ra his demonſtabit ei opera: precipiens vt patiatur in patibulo. Uel ſm litteralem ſenſum expone vt prius. Om/nia demonſtrat ei que ipſe facit: id eſt ab eo habet ꝙ ſanat et facit curationes corporales. Et maiora his: id eſt q̄ ſint curatiōes corporales quas vidiſtis. b ¶ Demon/ſtrabit ei opera .ſ. animarum reſuſcitationem vel corporū vel poteſtatē iudicādi: Ita/ c ¶ Ut vos miremini .i. poſ/ſitis mirari: Uel mirati ſunt poſt reſurrectionē: ad litteram de tanta poteſtate miraculorꝫ que fiebant in nomine ei⁹: Uel mi/rabunt̄ i iudicio de gloria chriſti ⁊ exultatiōe iuſtorꝫ: vt dicit̄ Sap. v. a. Sequit̄: e ¶ Sic eni pat̄ ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ſic ⁊ fili⁹ ⁊c. Nota i ſūma ꝙ duo dic̄ h de filio ꝙ * reſuſcitat et ꝙ iudicat

N ipſe ſit ſuperioꝛ p̄latus tanꝗ̄ p̄lat⁹ p̄latorum: et p̄la-
torum.ſ.apoſtolorum ⁊ ſucceſſoꝝ eorum eſt ordinem hūc diſ-
penſare/chꝛiſti erit ſm̄ ordinem hunc exq̄rere ratione͂. Et ſi-
cut nec formam viuendi dedit inquantū purus homo/nec re-
demit: ita nec inquantū purus homo iudicabit/ niſi forte illo
iudicio de quo dixi.
Sed de hoc nihil h̄
intēdo: ſed tñ nō in-
tendo excludere pa-
trem et ſpm̄ſctm̄ ab
hac poteſtate iudi-
cij: qd̄ eni per appro-

a b Neqꝫ ēnim pater iudicat quemcꝫ:
c ſed iudiciū omne dedit filio:
d vt omnes honoꝛificent filium

pꝛiatione͂ filio cōuenit/patri non tollit nec ſpūiſancto. Ratio
aūt appropꝛiationis patet ex rationib⁹ inductis/ ⁊ ex quibuſ-
dam que infra dicentur. Jam veniendū eſt ad litteram: qꝛ pa
tet ordo ⁊ diuiſio ⁊ ſufficientia partium ⁊ ſententia. Dicit er-
go: b Neqꝫ eni pater ⁊c̄. Sic continua.q.d.non eſt mi-
rum qd̄ dixi ꝙ filius ſuſcitat mortuos: a Eni: id eſt quia:
neqꝫ pater iudicat ⁊c̄. Vel ſic. Bñ dixi ꝙ maioꝛa demō-
ſtrabit ei/vt vos miremini: quia iudiciū ei dabit. Et hoc eſt:
Neqꝫ eni pater ⁊c̄. Chꝛyſ. non habet/eni: ſed ſic habet:
Pater meus nō iudicat quemcꝫ. Et reſpōdet ei qd̄ ſupꝛa di-
xerat: Filius non poteſt a ſe quicꝫ facere.q.d. ſuperius dixi
filium nihil poſſe ſine patre: hic dico patrem nihil poſſe ſine
filio: qꝛ pater nō iudicat quemcꝫ ꝑ ſe.ſ.ſine filio vel ꝯtrarie iu-
dicio filij. c Sed iudiciū omne dedit filio: id eſt ge-
nuit eum iudicem ſecum. Et hoc dico: d Vt omnes ho
noꝛificēt filium ſicut honoꝛificāt patrem: id eſt eun-
dem honoꝛem ⁊ cultum exhibeāt: vt equalis potētie/ſubſtan
tie/ſapientie ⁊ eiuſdem voluntatis credant. Et notatur ꝑ / ſi-
cut/diſtinctio perſonalis contra ſabelliū: ſicut dicit Chꝛyſ.
Qui eni filium patrem dicit/nō filium ſicut patrem honoꝛifi
cauit/ſed totum confudit. f Qui non honoꝛificat fili
um/ſicut patrem/ſupple: g Non honoꝛificat patrem:
id eſt dehonoꝛat eum ⁊ filium. Si duobus regibus exiſtenti-
bus/vnus conuitiū patitur/ſimul ⁊ alius conuitiū patitur: et
maxime ſi qui conuitiū patitur filius fuerit: Nam cōuitiū eti
am patiꝛ in armigero contumeliam paſſo: ſed non ſimiliter tū
vt in filio /ſed vtrobicꝫ per medium dehonoꝛatur: ſed hic nō
ꝑ mediū/immo ꝯtemptus filij eſt directe ſine medio contem-
ptus patris: quibus idem numero cultus ⁊ honoꝛ eſt exhibē-
dus. h Qui miſit illum: id eſt genuit eum aptū miſſio-
ni. Vel/ Miſit/in carnē. Nec per hoc intelligas motionē vel
mutabilitatē in filio dei/ſed nouam aſſumptionē carnis. Vn-
de hoc groſſioꝛi vocabulo vtitur/duplici ratione ſm̄ Chꝛyſ.
Prima/vt oſtendat ꝙ ab alio eſt filius: contra ſabellium qui
totum confundit. Secūdo/vt oſtendat ꝙ non ſit deo contra-
J.9.c. rius/vt eſtimabant iudei: qui dicebant: Hic nō eſt a deo: hic
nō venit a deo. Scd̄m Glo. ſic exponiꝛ. f Qui non ho-
noꝛificat filiū.i.qui non credit equalē patri. g Nō ho-
noꝛificat patrem: id eſt dehonoꝛat: quia eum de impotē-
tia vel de inuidia notat. b Neqꝫ eni pater iudicat.q.
d.ita dixi: ꝙ ſicut paꝛ ſuſcitat/ita ⁊ filius quos vult viuificat:
et in hoc comparo me patri ſm̄ equalitatē omnipotentie: qꝛ
qd̄ ipſe agit et ego ago: Sed ſunt quedā que mihi ſic dedit ꝙ
aliquo modo ea agam quo ipſe non agit/ne minorē me eo pu
tetis. a Eni/quia b Neqꝫ paꝛ iudicat quēcꝫ.i.ali
quem hominem pꝛoferendo ſententiam. c Sed iudici-
um omne: id eſt omnis hominis iudicium ⁊ omnem ratio-
nem iudicij/dedit filio. Chꝛyſ. dicit ꝙ/dedit/poniꝛ ꝓ ge-
nuit. Vnde dedit ei iudicium: id eſt genuit eum iudicem. Sed
intelligendū eſt/ꝙ ſicut dicit Aug⁹ ſuper/ Dixit deus: Fiat
lux: Geñ.j.a. Et in pꝛimo libꝛo ſuper Geñ. id eſt verbum ge-
nuit in quo erat vt fieret. Jn verbo eni omnia fecit: et ipſum
verbū eſt operatiuū: ſicut dicit Dama. Jta intelligēdū eſt h̄
ꝙ pater genuit filium: qui ſm̄ generationē eternam quia ab
alio eſt/habet rationem oꝛdinatam ad miſſionē in carnem/ et
per conſequens ad omnia que filium incarnatum conſequun-
tur: ſicut ꝙ ſit redemptoꝛ/ꝙ ſit iudex. Vnde dico ꝙ quantum
ad hunc modum/eterna generatiōe dedit ei iudicium/licet fi-
lius incarnatus ſit iudex. Finem autē/ qui nō pꝛopꝛie poteſt
appellari cauſa finalis/ſicut ſupꝛa patuit: determinat conſe-
quenter/cum dicit: Vt omnes honoꝛificēt filium. No-
ta diligenter diffinitione͂ honoꝛis que ponitur a pho in ethi-
ca. Honoꝛ eſt exhibitio reuerentie in teſtimoniū virtutis. Re

f ſic honoꝛificāt pr̄em. Qui nō
g honoꝛificat filiū: nō honoꝛifi-
h cat patrem qui miſit illum.

uerentia autem ē re-
ſilitio a maieſtate ei⁹
cui exhibetur in par-
uitatem exhibentis.
Reuerentia igiꝛ ex-
hibetur tribus per-
ſonis equaliter/ſicut
vna ē maieſtas ⁊ honoꝛ vniuerſaliꝛ/ ſed tñ filio iudici appꝛo-
pꝛiate: quia filij virtus circa nos fuit magis manifeſta: ipſe
enim alligauit foꝛtem/ ⁊ vaſa ei⁹ diripuit: ⁊ ipſe toꝛcular cal- Math.12.
cauit ſolus: ſicut dicitur in Eſaia. Et ideo virtus eius magis Eſa.63.a.
habet teſtificari a nobis: qꝛ nobis amplius ē exhibita: Quia
vero iudex eſt vbi par maieſtas nobis oſtendiꝛ ⁊ equalis ma-
ieſtati patris: licet viſus ſit infirmus et iudicatus in carne: iō
conuenit ei par honoꝛ quantum ad exhibitionē reuerentie cū
patre. Quantū aūt ad illam partē diffinitionis: in teſtimoniū
virtutis/inquantū a nobis fit hoc teſtimoniū: amplius con-
uenit filio ⁊ magis appꝛopꝛiate. Et ꝙ non loquaꝛ niſi quo ad
ꝑmā partē diffinitiōis/patet ex ſequētib⁹: cum dicit: e Si
cut honoꝛificant patrē.i.equalē maieſtatē filij ⁊ pr̄is pſ
tenꝛ ex admiratiōe celſitudinis ⁊ ſubiectiōe ſui/vtricꝫ equaliꝛ
H Hec eni duo habet
* reſuſcitat ⁊ ꝙ iudicat. Reſuſcitat in pꝛeſenti iuſtificando ꝑ Moꝛalit
gratiam: Scd̄m illud Roma.iij.d. Juſtificati gratis per gra
tiam ipſius per redemptionē que eſt in chꝛiſto ieſu: quē pꝛo-
poſuit deus ꝓpitiatoꝛem per fidem in ſanguine ipſius. Jtem
Roma.viij.f. Quos vocauit/hos ⁊ iuſtificauit. Et hec ē re-
ſurrectio ꝑma: de qua Apoc̄l.xx.b. Beat⁹ q̄ habet partē in
reſurrectione pꝛima.j.xj.c. Ego ſū reſurrectio ⁊ vita. Jtem
iudicabit in futuro/omnibus ſm̄ merita tribuendo. Vnde ſe-
quitur: c Judiciū omne dedit filio ⁊c̄. Hiere.xxix.f.
Ego ſum iudex ⁊ teſtis dicit dn̄s. Ecc̄s.vlt̄.d. Cūcta addu-
cet deus in iudiciū pꝛo omni errato/ſiue bonū ſiue malum.
Chꝛyſ. Multo nobis opus eſt ſtudio in omnibus o dilecti:
Eteni rationē dabimus et verboꝝ ⁊ rerum: Omnes enim ait
apoſtol⁹/repꝛeſentari opoꝛtet ante tribunal chꝛiſti: vt referat
vnuſquiſcꝫ ꝓpꝛia pꝛout geſſit ſiue bonū ſiue malum.ij.Coꝛ.
v.b. Hoc igitur iudicium excogitemus ſemper: et ita per om
ne tempus poterimus eſſe in virtute. Sic eni qui expellit ab
anima diem illum: ſicut equus ſcindēs frenum qui fertur ad
pꝛecipitia. Vnde Pſ. Contaminate ſunt vie illius in omni Pſ.9.
tempoꝛe. Et cauſam ponit: Auferenꝛ iudicia tua a facie eius.
Qui aūt habet timoꝛem/ſemper ſobꝛie incedet. Vnde Ecc̄i.
vij.d. Recoꝛdare vltima tua: et in eternum non peccabis.
Hiero⁹. Siue comedo/ſiue bibo/ſiue q̄d aliud ago/ ſemꝑ vi-
detur auribus meis inſonare vox illa terribilis: Surgite moꝛ
tui venite ad iudiciū ſaluatoꝛis. Jbi iudicabiꝛ non ſm̄ allega
ta ſed ſm̄ merita. Nullus eni poterit ibi allegare vel dilatio-
nes petere. Eſa.xj.a. Non ſm̄ viſionē oculoꝝ iudicabit ⁊c̄.
Berñ. Veniēt venient ad tribunal iudicis/ vbi plus valebūt
pia coꝛda ꝗ̄ aſtuta verba. Sequitur: d Vt omnes ho-
noꝛificent filium ſicut honoꝛificant patrem. Filius
ſaluatoꝛ eſt/ vt diximus: quia reſuſcitat per gratiā: et iudex eſt.
Que duo notanꝛ Heb.j.b. Purgationem peccatoꝝ faciens/
ecce ꝑmū: ſedet ad dexterā maieſtatis ei⁹ in excelſis/tanꝗ̄ iu-
dex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ/ecce ſecundū. Quia ergo ſaluatoꝛ eſt:
debem⁹ eum honoꝛare per gratiarūactionem: quia iudex/ ꝑ
reuerentiam ⁊ timoꝛem. De pꝛimo dicitur Col.iij.c. Omne
quodcūcꝫ facitis in verbo aut in ope/omnia in nomine domi
ni noſtri ieſu chꝛiſti gratias agentes deo patri per ipſum. Jtē
j.Timoth.j.d. Regi ſeculoꝝ imoꝛtali inuiſibili ſoli deo ho-
noꝛ ⁊ gloꝛia. Eſa.xlij.b. Gloꝛiam meā alteri nō dabo. De ſe-
cundo.ſ. de reuerētia ⁊ timoꝛe diciꝛ Eſa.viij.c. Dn̄m deū ex-
ercituū/ipſū timete ⁊ ipſe timoꝛ veſter. f Qui nō hono
ꝛificat filiū: nō honoꝛificat pr̄em qui miſit illū: quia
* honoꝛ vnus debeꝛ

a Amē amē dico vobis: quia
b qui verbum meum audit: et
c d credit ei qui miſit me / habet
e f vitā eternā: et in iudiciū non
g h venit: ſed traſit a morte in vitā.
i

¶ Hęc enī duo habet reuerentia / vt. ſ. ex reſilitione ī ſuam par/
uitatē profiteatur magnitudinē maieſtatis. Sed quare dicit
ꝙ ad hūc finem dedit ei iudiciū facere: Nōne idem honor ei
deberetur ſi tm̄ eſſet redemptor et non iudex: Reſpondeo ꝙ
non: quia ſicut dictum eſt / duo ſunt in honore: et primū reſpi/
cit profeſſionem maieſtatꝫ: redemptio au
tem non directe eſt opus reſpiciens pote
ſtatem / ſed vel ſapientiā vel bonitatē. Cū
igitur potentia patris nobis innotuerit
in creatione / cum mundialem machinam
de nihilo eduxit / ⁊ ratione huius ſibi re/
uerētia debeatur ⁊ honor: ad hoc vt filio
exhiberet / nō dico deberet ęq̄lis honor
quantum ad hanc partem honoris / ⁊ ne/
ferretur ceſſe fuit vt ꝯfiteretur ei opus vel poteſtas operis que eſſet
declaratiua ipſiꝰ maieſtatis filij / et hęc ē poteſtas iudiciaria.
Et ideo ratione huius dicit: Ut omnes honorificēt fili/
um: id eſt metu reuerentia maieſtatē profiteant. Sicut ho
norificāt patrē. Sicut / notat ęqualitatē maieſtatis pro/
feſſę in vtroqꝫ. ſ. in patre et filio. Et conſequenter determinat
connexionē huius honoris / dicens: Qui non honorifi/
cat filium / inquantū eſt miſſus ordinare mundū ſm formā
quę requiretur in iudicio: Non honorificat patrē qui
miſit illum: quia miſſus ⁊ mittens vnius ſunt volūtatis et
opis: ⁊ ī miſſo mittēs ipſe ꝯtemnit. Et Chryſ. dat exemplū
de duobꝰ regibus: quorum vnus ſit filius / alter pater: vbi nō
poteſt cōtemni filiꝰ qn̄ cōtemnat et pater. Sed cōtra. Ad di/
ſcretionem apprehenſoꝝ intellectu ſequit diſcretio motuū in
affectu: ſed pater poterat diſcerni a filio ab ipſis iudęis: ergo
poterat diſcrete honorari etiā filio nō honorato: ḡ videt non
bene procedere contra eos. Ad hoc eſt reſponſio: qꝛ pater nō
poteſt diſcerni a filio niſi ſm id qḋ ad alterū eſt: id ē ſm rela/
tionem quę eſt proprietas perſonalis / et in omnibꝰ alijs pa/
ter eſt in filio et econuerſo. Unde cum ipſe loquat iudęis de
ſe inquātum per actus miraculoꝝ eis innotuit ⁊ doctrinę ex/
cellentiam: et hęc ambo ad ſubſtantiā referant / patet ꝙ vnus
eſt contemptus vtriuſqꝫ et par honor. Sed qꝛ ipſe. ī. iij. b. di
xit / ꝙ pater in iſto aduentu non miſit eum iudicare mundum
ſed ſaluare: ideo competent ante illum aduentum quādo ve/
niet iudicare mūdum / docet effugere iudicij illius ſeueritatē /
dicēs: a Amen amen dico vobis. Propter imbecil/
litatem audientium / vtitur verbo ꝯfirmationis: et etiam ge/
minat / vt facilius ſuſcipiant. b Quia qui verbum me/
um audit. Neceſſe ē enī fidem eſſe ex auditu verbi chriſti:
ſicut dicit apoſtolus Roma. x. d. Audire enī ē prima prępa/
ratio ad fidē / ſm ꝙ fides habet adiuuari et adminiculari per
quędam pręparamēta: Unde conſequenter ſubdit: d Et
credit / fide quę virtus dicitur. ſ. quę formata eſt. De hac enī
loquitur: quia ad hanc inuitat verbum chriſti / non ad illam q̄
etiam dęmonibus eſt cōmunis. Jaco. ij. d. Demones credūt
et contremiſcunt. Credit dico hac fide / e Ei qui miſit
Et credit me / in legatiōe qua miſſus ſum ab eo: hoc eſt qui ſuſcipit ea
quę ego dico in noīe patris mei. ſ. me eſſe verum filium dei et
veniſſe pro ſalute mundi et cętera quę prędico. f Habet
vitam eternam. Magnā dat remunerationē / vt ſic facilꝰ
trahantur. Uitam autem ꝓprie ſm indeficientiam ęternitatis
trahimus a filio: ſicut dicit Augꝰ in. ix. ſuper Geñ. Sapien/
tia enī dei patris ieſus chriſtus filius dei / figuratus eſt per li/
gnum vitę: Geñ. ij. b. qḋ adę in primo ſtatu contuliſſet vitę
perpetuitatē / niſi fuiſſet tranſgreſſus pręceptū Nec tñ conſi/
ſtit iſtius retributio in adeptione pręmij / ſed etiam in declina
tione duplicis mali. Pęnę. ſ. quia / g Et in iudiciū non
venit. Terribile enī erit videre iudicem in forma ſerui: et iō
dicent montibus: Cadite ſuper nos: Apoc. vj. d. Malach.
iij. a. Quis ſtabit ad videndū eum: Et multo terribilius erit
venire in iudicium diſceptationis cum eo. Sed nonne quidā
ſaluandi iudicabunt: Reſpondet beatꝰ Berñ. ex hoc textu
ſumens occaſionem dicti ſui: ꝙ iudicium illud non eſt vocale
ſed mentale. Unde bene concedit ꝙ ſancti quidam qui in vita
imꝑfectoꝝ deo placuerunt / nō iudicabunt: ſed nec proprie lo/
quēdo iudicabuntur / niſi appelletur iudiciū / ſalus ſm ratiōes
ęq̄tatis mēte expreſſas: Saluabunt enī dictāte eis cōſcientia
rationē ſalutis eoꝝ quę exprimit in ſex operibꝰ miſericordię:
Matth. xxv. c. Aliter poſſet dici niſi prima ſolutio eſſet ita
antiqua. ſ. ꝙ fides formata ſm ꝙ vita eius perpendit in ope/
ribus / gradus habet: ⁊ in quibuſdā viuit
in operibus pręceptorum tm̄ / hi iudica/
buntur et ſaluabunt: in quibuſdā in ope/
ribus pręceptorum ⁊ conſiliorum / hi ſal/
uabuntur et non iudicabuntur: et etiam
hoc ſm magis ⁊ minꝰ / ſm ꝙ diuerſificā/
tur ꝯſilia. Dicēdū ḡ ꝙ qui credit ſm vir/
tutem fidei viuentis in opere vł pręcep/ Al. tenetur
torum vel conſiliorum effugit iudicium:
quia ſi perfecte viuit / perfecte effugiet: ſi imperfecte viuit im/
perfecte effugiet. Et hęc eſt ratio illius diuiſionis quę conſue
uit poni: ꝙ quidam ſaluantur ⁊ iudicant: quidam ſaluantur et
iudicantur ⁊c. Secundi mali euaſio notatur per id qḋ ſequi/
tur: h Sed tranſit a morte in vitam. Per hoc enim
innuitur ꝙ qui non credit tranſit a morte in mortem. Et hoc
vel a morte pęnę quę eſt in ſententia condemnationis / in mor
tem gehennę: vel a morte mortalitatis huiꝰ / in mortē condē/
natiōis et gehennę. Sed qui credit trāſit a morte: qꝛ nō pro/
prie moritur qui obdormit in ſpe reſurrectionis glorioſę: ſed
transfertur / ſicut dicit Chryſ. a mortalitate animalitatis huiꝰ
i In vitā / indeficiētē / quę influit aīabꝰ a ipſa ꝯtēplatiōe af
fectiua ſapię diuinę / ⁊ p aīas ipſis corpibꝰ poſt reſurrectionē.
¶ Amen amen dico vobis:
✻ honor vnus debetur vtriqꝫ. Et nota ille dehonorat Moraliter
eum: qui a proprio hoſpitio eum eijcit: id eſt a corde ſuo. j.
Cor. iij. c. Neſcitis: quia templum dei eſtis ⁊ ſpiritꝰ dei ha/
bitat ī vobis: Si quis autem templum dei violauerit diſper/
det illum deus. Templum enī dei ſanctum eſt qḋ eſtis vos.
Item. j. Cor. vj. c. An neſcitis quoniam corpora veſtra mē/
bra ſunt chriſti: Tollens ergo membra chriſti faciam mem/
bra meretricis: Talis ipſum mutilat / ⁊ ita eū dehonorat / nō
ſolū expellendo ab hoſpitio ſed etiā mutilando. Itē pedibus
conculcando. i. affectionibꝰ vilipendendo: Scḋm illud Heb.
x. c. Irritam quis faciens legem moyſi ſine vlla miſeratione
moritur: quanto putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium
dei conculcauerit ⁊c. Item dehonorat dn̄m qui eum a pro/
prio dn̄io ⁊ feudo proſcribit. ī. j. a. In propria venit ⁊ ſui eū
nō recęperūt. Gal. iij. a. O inſēſati galatę / quis vos faſcina/
uit nō obedire veritati: Ante quorū oculos chriſtꝰ ieſus p/
ſcriptus eſt ⁊ in vobis crucifixus. Duplex ius habet chriſtus
ī nobis: hereditariū / ⁊ empticium. j. Cor. vj. d. Empti eſtis
precio magno. Augꝰ. Tanti emit vt ſolus poſſideat. Sequi/
tur: a Amen amen dico vobis: quia qui verbū
meum / interius inſpiratū vel exterius prędicatū: c Au/
dit / aure vtraqꝫ. d Et credit: per auditum. e Ei qui
miſit me: quia fides ex auditu: Roma. x. d. f Habet vi
tam eternam: id eſt habet deū in ſe per gratiam: qui ē vi/
ta eterna. Uel / Habet / cauſam vitę eternę: id eſt gratiā. Et
habetur ſimile. j. xij. g. Mandatum eius vita eterna eſt: id eſt
obſeruatio mandati eſt cauſa meritoria vitę eternę. Scḋm il/
lud: Si vis ad vitam ingredi ſerua mādata. Uel / Habet vi/ Matth. 19. c.
tam eternam: per ſpem. Roma. viij. e. Spe ſalui facti ſu/
mus. Uel: id eſt certitudinem promiſſionis. Simile Mat. v.
a. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnū cęlo/
rū. Non dicit / erit: ſed / ē. Et nota ꝙ v̄bū dei auditū ⁊ creditū
fide operāte per dilectionē / dat vitam eternā: quia medicina
eſt / nō ſolū quę ſanat a morbo ſed a morte. Uñ Pſ. Eloqui/ Pſ. 118.
um tuū viuificabit me. Item Pſ. Miſit verbum ſuū ⁊ ſana Pſ. 106.
uit eos: ⁊ eripuit eos de interitionibꝰ eorū. Itē Sap. xvj. b.
Nō herba neqꝫ malagma ſanauit eos ſꝫ tuꝰ dn̄e ſermo q̄ ſa/
nat oīa. Iō bonū ē audire ſermones ⁊ p̄dicatiōes g Et ī
iudiciū nō venit: qꝛ talis ſe dijudicat p v̄bū qḋ audit: et iō
nō iudicat a deo. j. Cor. xj. g. Si noſmetipſos dijudicaremꝰ
⁊c. h Sꝫ trāſit a morte ī vitā. i. a culpa ī grām. Hoc ē
bonū pbaſe. Hęc mutatio dexterę excelſi. Iſte ē tranſitꝰ dn̄i. Pſ. 76.
✻ Amē amē dico vobis: qꝛ venit

ß a Amen amẽ dico vobis/ q꞉ venit hora ⁊c̃. Determinata forma ſm̃ quã quidam iudicabunt/ ⁊ quidam iudiciũ effugiẽt: determinat modũ qualit̃ ex parte iudicandoꝝ poſſibile eſt ꝙ ipſe ſit iudex omnis carnis. ſ. ꝙ oẽs reſurgent ⁊ aſtabunt tribunalibꝰ eius. Et habet hec pars tres partes. In prima oſtendit rationẽ mortuoꝝ. In ſecunda oſtendit ſufficientiam ſui ad ſuſcitationem mortuoꝝ/ et ad ꝯtinendũ ipſos ſuſcitatos in vita vt poſſint digna recipe ꝓ meritꝭ/ vbi dic̃: Sic eni pat̃ habet vitam in ſemetipſo ⁊c̃.

E

a Amẽn amen dico vobis / q꞉
b vẽnit hora ẽt nunc eſt quãn-
c do mortui ãudient vocem fi-
d lij dei/ ẽt qui audierint viuẽt.
e f g
h Sicut eni pater habet vitam
i in ſemetipſo: ſic dẽdit et filio
vitam habere i ſemetipſo. Et
k põteſtatem dedit ei iudicium
l facere: quia filius hominis ẽ:
m n Nõlite mirari hoc: quia venit
o hora in quã oẽſ q̃ in monumẽ
p tis ſũt ãudiẽt vocem filij dei:

Sed q꞉ dixerat habere vitã per ſe/ et ſic eſſe fontem vite: quia aliqͥs poterat dicere ꝙ nõ erat verum/ cũ eſſet mortalis: ideo ad hoc reſpõdet i tertia parte dicens: Nolite mirari hoc: q꞉ filiꝰ hois eſt ⁊c̃. Nõ enim plura exigebant ad poſſibilitatẽ iudicij ex parte iudicandorũ mortaliũ q̃ ꝙ illi poſſibiles ſint ad vitã/ et ipſe ſit potẽs dare vitã quã per ſe hr̃e nõ poterãt: Et q꞉ in forma humana iudicabit/ neceſſe fuit vt i hac forma a mortalitate reliquoꝝ ſe exciperet: Et ſm̃ hoc accipit ſufficiẽtia partiũ ⁊ ordo. Primo eni eſt poſſibilitas recipiendi vitam: ſecũdo poſſibilitas dandi: tertio remouere errorem qui poſſet eſſe de natura dantis vitam. Dicit ergo: Amen amẽ dico vobis. Geminat/ vt certiorem faciat ſermonẽ. b Quia venit hora. Cõmuniter hora ſumit̃ pro vltima parte tempis: ſm̃ ꝙ totũ diuidit̃ in octo etates: Iam eni eſt ſeptima que currit cũ octaua. Et magis reſtringit: cũ ſubdit: Et nũc eſt. Primũ debet referri ad reſurrectionẽ generalẽ: ſecundũ ad ſuſcitationẽ demonſtrantẽ ipſam reſurrectionẽ generalẽ: ſic̃ dicit Da. i. ad reſurrectionem lazari in figura generalis. d Qñ mortui audient vocẽ filij dei. Chryſ. Sicut in reſurrectione: ita et nũc erit/ ait: Eteni et tũc vocẽ audiẽtes ꝑcipiẽtẽ ſuſcitabimur: In iuſſiõe eñ ⁊ buccina ait dei/ mortui in chriſto ſuſcitabuntur. j. Theſſal. iiij. d. De iſta voce ⁊ buccina ſufficiat hoc tm̃ dicere / ꝙ vox filij dei nihil aliud eſt q̃ virtꝰ cauſe prime quo annuit cauſis ſecũdis ⁊ intelligẽtijs que ſũt motores cauſaꝝ ſecundarũ/ et quo annuit cauſis particularibꝰ vt ſiſtant curſũ naturalẽ ⁊ currant ad innouationẽ eius qđ generãdo ꝓduxerant ⁊ ad innouationẽ ſui in ꝑncipijs: licet non in oibus ꝑncipiatis. Et hoc eſt qđ dicit̃ Job. xiiij. c. Anteq̃ atteratur celum non reſurget. Et eſt ſententia beati Gregꝰ. ibidẽ in Glo. Sed q꞉ vox illa eſt vox virtutis /habebit efficaciam ſuſcitãdi mortuos: Et ideo ſequit̃: f Et q̃ audierint viuent. Licet gloſe aliquantulũ videant̃ aliter exponere: tñ videt̃ mihi ꝙ reſpiciunt magis myſteriũ q̃ litterã. Unde dico ꝙ vita hic cõmuniter ſumit̃ pro vita omniũ reſurgentiũ ſiue in penã ſiue in gloriã: quia aliter non video qualiter ordinet̃ ad hoc ꝙ ꝑ illud probet̃ ꝙ chriſtꝰ ſit iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Sꝫ q꞉ nõ tm̃ exigitur vt mortui ſurgant/ ſed etiam vt ipſe cuiꝰ voce ſuſcitantur ſit talis vt poſſit ſuſcitare ⁊ in eſſe continere/ ſubdit. h Sicut eni pater habet vitam in ſemetipſo. Uita ad eſſentiã refert̃. In ſemetipſo autẽ habere vitã eſt ꝙ a nulla alia eſſentia habeat vitã: et ꝙ ipſa ſua eſſẽtia ſit vita tñ differẽs ratione ab eſſentia. Et ꝙ ita debeat exponi/ probatur ex ordine vitalium rerũ. Uita eni / ſic̃ dicit phs / cõmunit̃ inuenta eſt in aĩalibꝰ et plantis: Sed cõſtat ꝙ in vtriſq̃ ẽ per participationẽ: ita. ſ. ꝙ non viuit organũ ipſoꝝ a ſeipſo ſed ab anima: qđ autẽ dat vitam neceſſe eſt ꝙ habeat vitam: et ſic anima habet vitã et angelus ſimilit̃. Sed in h̃ differt ab angelo: quia anima cõmunicat vitam corpori: angelus autẽ nõ. Sed nec angeli ſubſtãtia/ nec anime eſt ſua vita. Cum igit̃ in altiori natura inueniat̃ adhuc vita. ſ. in deo/ digniori modo eſt ibi: vt. ſ. ſeipſo viuat et a ſeipſo: et ꝙ ipſa ſubſtãtia diuina ſit ſua vita. Sequit̃: i Sic dedit et filio vitã hr̃e in ſemetipſo. Hoc ipſũ/ ſic/ equalitatẽ notat. Hoc autẽ ꝙ dicit/ dedit: notat eum per generationẽ vitã hanc accepiſſe. Quo ad ſubſtantiã autem in ſemetipſo habet: id eſt nõ ab alia ſubſtãtia/ et ꝙ ipſe eſt ſua vita: nec inducit vlteriꝰ /relinquẽs nobis ex hoc arguere: q꞉ ipſe ſit fons ois vite ſufficiẽs omne viuum in vita continere per hanc dignitatẽ/ que per ſe nota eſt cuilibet: q꞉ ſi aliquid habet aliqͥd eſſentialit̃ oibus modis non per participationẽ/ ipſũ eſt principiũ illiuſ in oibus habentibꝰ illud/ ⁊ ſufficiens ipſũ in eſſe continere: nõ dubito ꝙ nullꝰ vnq̃ de hac dubitauit qui rationẽ habet: et ex hac aptiſſime ꝯcluditur reſurrectio: ſicut patet per antedicta: qđ et chriſtus ſciẽs ⁊ ſubijciẽs cõcluſionẽ immediate ſequentẽ ponit ꝓpoſitũ dicens: k Et poteſtatem dedit ei iudiciũ facere. q. d. ex quo ſic ſufficientẽ ad viuificandũ pater genuit filium: et iterum habitum eſt ꝙ ipſi mortui poſſunt vitã recipere/ cũ forma ſit eis poſita ſm̃ quã habent iudicari: conſtat ꝙ ipſe filius habet poteſtatẽ iudicandi. Scđm latinoꝝ ſanctos aliter punctat̃ littera: ſed nõ ita bñ vt puto: vt totum. ſ. legatur ſub vno pũcto vſq̃ illuc: Quia filiꝰ hois ẽ: Sic/ Et poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere q꞉ filius hois eſt. Et ſm̃ eos legendũ/ vt nihil mutet̃ de h̃ qđ diximꝰ: Et quaſi rationem quare pater iudiciũ dedit filio oſtẽdit/ cum dicit: Quia filius hois eſt. Et quidam gloſant: quia in hac forma iudicatꝰ eſt: et ſatis congruit. Et etiam ſicut dicit Glo. quia in hac forma iudex videbit̃ a iudicãdis: Species eni diuinitatis ſolis mundis corde ꝓmitit̃: Mat. v. a. Scđm Chryſ. ſic eſt legendũ ⁊ punctandũ: vt in prima lectura dictũ eſt: Et poſt incipit verſus ibi: l Quia filiꝰ hois ẽ: nolite mirari hoc. q. d. licꝫ dixerim ꝙ habet filiꝰ hois vitam in ſemetipſo / nõ vobis videat̃ hoc incredibile/ nõ quia videtis eſſe hominẽ de homine natũ et ſic mortalem: q꞉ non ſm̃ eandem ⁊ naturam iſta filio conueniũt. Nõ vos hoc inquã ꝯturbet. n Q꞉ venit hora. Interliñ. In fine ſeculi. o In qua oẽs q̃ i monumẽtis ſũt: q̃ formati fuerũt aĩa rationabili. p Audiẽt vocẽ filij dei. Hic dic̃ filij dei: q꞉ virtutẽ ſuſcitãdi habet a natura diuina: licet in vtraq̃ ß natura exiſtens Al. ſubti Al. ſub

∗ a Amen amẽ dico vobis: quia venit hora/ gratie. c Et nunc eſt: non poſt aliam vitã. Tunc eni non licebit operari: vt dicit̃. j. ix. a. Et Eccĩ. ix. c. Nec opꝰ nec ratio nec ſcientia ẽ apud inferos. d Quãdo mortui/ in peccatis. e Audient vocem filij dei/ credẽdo. f Et q̃ audierint/ obediẽdo. g Uiuent/ ⁊ nũc ⁊ in futuro. Pſ. Da bit voci ſue vocem virtutis. Pſ. Dñs dabit verbũ euãgelizantibus virtute multa. Sed nota ꝙ hodie pauci ſũt filij dei: quia ad eorum vocẽ multi mortui reſurgerent. Pauci ſũt heliſei: omnes ſunt giezite: et ideo in mortuo nõ eſt vox neq̃ ſenſus: ſicut legitur. iiij. Reg. iiij. c. Non eſt vox confeſſionis: neq̃ ſenſus contritionis ⁊ doloris. Giezita eſt ille qui in predicatione aliquid propriũ querit vel laudem vel fauorẽ vel munus aliud: qui non ſincere predicat ſed adulterat verbum dei. Nõ eſt qui incumbat ſuper puerũ mortuũ per ſollicitudinẽ: neq̃ qui conformet ſe ei et incuruet ſe per condeſcenſionem et compaſſionem: neq̃ qui calefaciat per beneficioꝝ largitionem: nullus vult dare ſed dari/ paſcere ſed paſci. h Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitam habere i ſemetipſo: ⁊ poteſtatẽ dedit ⁊c̃. Ecce iterũ dicit illa duo q̃ ſupra dixerat de filio ꝙ viuificat ⁊ iudicat. Eſa. xlij. a. Dedi ſpiritũ meũ ſup eũ: iudiciũ gẽtibꝰ proferet. Itẽ in eodẽ. In veritate educet iudiciũ. m No lite mirari hoc: quia venit hora in qua oẽs q̃ i monumentis ſunt audient vocem filij dei. De voce iſta habetur in Pſ. Dabit voci ſue vocẽ virtutis. Et dicit Glo. Uirtutem reſuſcitandi corpora. j. Corſ. xv. g. In momẽto in ictu oculi in nouiſſima tuba. Et. j. Theſſal. iiij. d. Ipſe dñs in iuſſu et in voce archangeli ⁊ in tuba dei deſcendet de celo.

Moral Pſ. 67 Pſ. 67

∗ Et ꝓcedent q̃ bona

natura exiſtens reſuſcitet. a Et procedent/ de monumē
tis cum corporibus ſuis. b Qui bona fecerunt: finalit
ſm formam a me ſtatutam. c In reſurrectionē vite:
quia illi a morte qua detinebantur merito primi peccati/ vitā
quā in adam amiſerāt/ in filio dei recuperauerunt: a cuiꝰ me/
ritꝭ valorem accepit
et hoc ipſū qđ boni
fecerunt. d Qui
vero mala egert
finaliter. e In re/
ſurrectionē iudi/
cij: Ecce ꝙ iudiciū

a Et procedēt q̄ bona fecerūt:
b in reſurrectionem vite: q̄ ve
c ro mala egerunt i reſurrectio/
d nē iudicij. Non poſſum ego
e a meipſo facere quicq̄. Sicut
f audio iudico: et iudiciū meū

pro damnatione poſuit etiam ſupra ſicut ⁊ h. Hic incidit du/
plex dubium. Unū/ quare tātū inſiſtit ad probandū reſurre/
ctionem: Aliud quare hoc fecit potius poſt miraculū de ſa/
natione paralytici q̄ꝫ poſt aliud aliqđ: Ad primū ſatis bñ re/
ſpondet Chryſ. dicens/ in xxxix. homelia. Cōtinue vertit iu/
dicium ⁊ vitam ⁊ reſurrectionem: quoniam hec maxime om/
nium ſūt que inducere poſſunt ⁊ inflexibilem auditorem: qui
eni perſuaſus eſt/ quoniam ⁊ reſurget et huic dabit noxas eo/
rum que deliquit: et ſi nihil aliud vidit/ ſignum hoc ſuſcipiēs
curret oino mitem conſtituens ſibi iudicem. Ad aliud dicen/
dum/ ꝙ paralyſis maiorem conuenientiam habet cum altero
ram rectam. De ſecundo / Cant. j. a. Trahe me poſt te ⁊c. j.
eodem. e. Nemo venit ad me niſi pater me⁹ qui miſit me tra/
xerit eum. Item nauis quanto latior eſt ⁊ longior: tāto ſecu/
rior: ſic penitentia. Ideo ſtulti ſunt qui cū poſſint habere bo/
nam ⁊ magnam nauem intrant in modicā ⁊ periculoſam. Si/
cut loth. Geñ. xix. e. Eſt ciuitas hic iuxta ad quam poſſum fu
gere parua ⁊ ſaluabor in ea. Item nauis: id eſt penitentia vel
anima penitens debet eſſe clauſa ad aquas inferiores / ⁊ ad ſu
periores aperta. Deut. xj. b. Terra ad quā igredieri mōtuo/
ſa ē ⁊ campeſtris de celo expectās pluuiam. Itē nauigantes
aliquando aſcendūt / aliquando deſcendunt: ſic penitētes ali/
quando aſcendūt ad ſuperna: aliquando deſcendunt ad infer/
na per timorem. Pſ. Aſcendunt vſq ad celos ⁊ deſcendunt Pſ.106.
vſq ad abyſſos. Item nauis quando ducitur velo ⁊ vento ſi/
ne labore manuum / nō timet piratas / ſed quando cū labore ⁊
fatigatione: ſic quando penitentia cum faſtidio agitur timen/
dum eſt a demonibus. Oſee. vij. ſcđm aliam litteram. For/
titudo tua viri pirate tui. Item in naui eſt fetor: ſic penitenti/
bus debet fetere ⁊ diſplicere peccatum ſuum. Eſa. iij. d. Et
erit pro ſuaui odore / peccati. ſ. fetor eiuſdem. Item qui in na/
ui ſunt viliſſimas aquas bibunt et cibos aridos comedunt
et ad menſuram: ſic qui in naui arte penitentie ſunt. Un/
✱ de dn̄s in cruce

C a Cum remigaſſent ergo: id eſt remis nauem impelle-
rent. b Quaſi ſtadia vigintiquinq; aut trigita: et ſic
iā lōge erāt a terra. c Vident ieſum ambulātē ſupra
mare: non tñ ſtatim cognouerūt qꝛ ieſus eſſet / ſed putabant
phantaſma eſſe: vt dicitur Matth. xiiij. c. d Et proxi-
mū naui fieri: ita
ꝙ ex propinquo po-
tuerunt diſcernere ꝙ
Matth. 14. e. non erat vnda maris
Marci. 6. g. vel aliquid aliud niſi
forma hominis. e
Et timuerūt. Mat.
xiiij. c. dicitur / ꝙ turbati ſunt ⁊ clamauerunt. Turbati autem
ſunt: vt dicit Chryſ. propter quattuor. Propter tempus: te-
nebroſitas eni erat: id eſt nox tenebroſa. Et propter tempe-
ſtatē: mare eni erigebat. Et ꝓpter locū: qꝛ i mari erāt et longe a
terra ſtadijs vigintiquinq;. Et ꝓpter inopinabilē viſū: viderūt eni
eū ſupra mare ābulātē. f Ille aūt dixit / vel / dicit eis: ita
turbatis: g Ego ſū / nolite timere / me eē phātaſma. q. d.
C non ſum phantaſma

a Cūm remigaſſent ergo quaſi
b ſtadia vigintiquinq; aut trigin-
c ta / vidēnt ieſum ambulantem
d ſupra mare: ēt proximū naui
e fieri ēt timuerunt. Illē autem
f
g dicē eis: Egō ſū / nolite timere.

Moraliter * de dominus in cruce / per quam pœnitētia ſignificatur / aceto potatꝰ / noluit bibere cū guſtaſſet: Matth. xxvij. d. oñdēs ꝙ parū debet ſumere pœnitens etiā de cibis aridis. Eſa. xxx. c. Dabit tibi dominus panem artum ⁊ aquam breuem. Itē na-uis contra ventum ⁊ tempeſtatem duobus maxime indiget: videlicet ancora et ſabburra: id eſt pondere ne fluctuet: Sic pœnitentia contra inſultationes diaboli indiget ancora ſpei: et ſabburra: id ē pondere timoris. Spes eni eſt ancora mentis. Unde Heb. vj. d. Firmiſſimū ſolatium habemus qui cō-fugimus ad tenendam propoſitam ſpem quam ſicut ancoram habemus anime tutā ac firmam. Chryſ. Hanc ancorā ſi nō habuiſſemus olim / vtiq; ſubmerſi eſſemus. Act. xxvij. e. Timentes ne in aſpera loca incideremus / de puppi mittentes ancoras quattuor / optabant diem fieri. Aſpera ſunt loca inferni: puppis eſt finis vite: quattuor ancore ſunt ſpes de miſericordia preueniente / cooperante / conſūmante / glorificante. Non eni in ſpiritualibꝰ ſolum / ſed in temporalibus: in militia .ſ. in agricultura / niſi quis ſpem proponat non tanget opera. Et nota ꝙ ancora figitur in ſolo ⁊ in arena / et nō videtur multum firma: ſic ſpes ſanctorū in paupertate ⁊ tribulatione ſtabilitur: et ideo a malis infirma videt. Sap. iij. a. Etſi corā hominibus tormenta paſſi ſunt / ſpes illorū imortalitate plena ē. In arenis eſt abſconditus theſaurus ſalutis. Deut. xxxiij. c. Theſauros abſcōditos arenarū. Matth. v. a. Beati pauperes ſpū ꝛc. Proſperat iuſtꝰ i morte ſua. i. ꝑ mortificatiōe ſua.

Uentus ſuperbie { Charibdis: id eſt vertigo aque: que cōparatur inuidie. / Scylla: id eſt rupes vel ſcopuli: que comparatur ire et odio. / Uentus mollis ⁊ lentꝰ: et gallice bonage:

qui comparatur accidie. Sabburra etiam indiget: id eſt pondere timoris / contra ventū elationis: et ne eleuetur nimis ad flatum laudis ⁊ adulationis. Eccl. xxv. b. Timor dñi ſup omnia ſe ſuperpoſuit. Prouerb. xvj. a. Spirituū ponderator ē dominꝰ. Item nota ꝙ nauis aliquando periclitatur: In mari enim ſunt multa pericula: ſcdm illud Eccl. xliij. c. Qui nauigant mare enarrant pericula eius. In eo ſunt obices ſcandalorum. Matth. xviij. a. Ve mundo ab ſcandalis. Item vertigines perplexitatum ſiue voragines. Unde Eſa. xix. c. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis. Item in eo ſūt ſirene allicientiū voluptatū. Geñ. xiiij. b. Uallis ſilueſtris habebat multos puteos bitumis. Eſa. xiij. d. Sirene i delubris voluptatis. Iſte ſirene ſūt filie moabitaꝝ: q̄ venerūt ad illudendum populum iſraeliticum: Numeri. xxv. Item ibi ſunt ceraunia quotidianoꝝ defectuum. Ceraunia enim ſunt pericula vbi vtrinq; eſt arena ⁊ non poteſt ſe mouere nauis: Et ex hoc accidit triſticia ſeculi que mortem operatur: vt dicitur ij. Cor. vij. c. Item ibi ſunt colliſiones ventorum: id eſt diuerſitates tēptationū: que impellunt nauem pœnitentis. Unde Iob. j. d. Cum comederent filij iob in domo primogeniti

irruit vētus a regione deſerti ꝛc. Iob / dolens: id eſt pœnitēs: filij eius / boni motus ⁊ voluntates: domus / cōuerſatio bona. Hec omnia ventus temptationis deſtruit aliquādo ⁊ ipſum pœnitentem facit ruere in peccatum. Ezech. j. a. Ecce vētus turbinis ab aquilone: id ē a diabolo. Iob. xxvij. d. Tollet eū ventus vrens: id eſt temptatio que vitt virorem ⁊ flores pœnitētie. Et ſicut ſubito venit ventus ⁊ neſcitur vnde: ſic eſt de temptatiōe diaboli. E
Sed nota ꝙ qui fundatꝰ eſt ſuper petram non deijcit a vēto. Unde dicit Matth. vij. d. Uenerunt venti ⁊ irruerūt in domū illā ⁊ nō cecidit. Sūt aūt quattuor venti ꝓncipales: Sic quattuor genera temptationū: que habent in Pſ. Non timebis a timore nocturno: A ſagitta volante ꝛc. Poſſūt aūt alio modo ſumi q̄ diſtinguant ibi in Glo. Temptat eni diabolus pœnitentē in experiēdo nō expertū / dicens: Neſcis quāta vel qualis eſt delectatio in hoc vel i hoc: Sic tēptauit euā de pomo vetito ⁊ inexpto. Prouerb. ix. d. Aque furtiue dulciores ſunt ⁊ panis abſconditꝰ ſuauior. Itē temptat de dimittendo bonū inceptū / dicēs: Illud melius eſt / ⁊ debes facere / ⁊ h dimittere. Cōtra qd dicit apls. j. Cor. vij. d. Unuſquiſq; in q̄ vocatione vocatꝰ eſt in ea ꝑmaneat. Itē ſollicitādo de puſillanimitate ⁊ timore / ſi homo velit mutare vitā ſuā in meliꝰ: et multa pericula ꝯfugiēdo. Unde dicit rapſaces / Eſa. xxxvj. a. Que eſt iſta fiducia q̄ cōfidis aut quo ꝯſilio vel fortitudine rebellare diſponis: Item i eodē. c. Ut comedāt ſtercora ſua et bibant vrinam pedum ſuoꝝ. Itē Prouerb. xxvj. c. et. xxij. b. Leo eſt foris / leena in itineribꝰ. Item temptat de differendo in poſterū bonū ꝓpoſitum. Soph. ij. d. Uox cantantis in feneſtra coruus in ſupliminari. Coruꝰ eni cantat cras cras. Eſa. xxxvij. a. Uenerūt filij vſq; ad partū ꝛc. Matth. xxiiij. b. Ue pregnantibꝰ ⁊ nutrientibꝰ ꝛc. Nota aūt ꝙ ſup oēs vētos ille qui dicit mollis periculoſior eſt: ſic temptatio ex ꝓſperitate. Cōtra iſtas aūt temptatiōes faciēda ſunt ea q̄ fecerūt naute: Ione. j. vbi dicitur ꝙ vaſa proiecerūt i mari: deinde ionam: tertio vouerūt vota: quarto imolauerunt hoſtias. Uaſorum proiectio eſt elemoſynarum largitio et temporalium abiectio. Proiectio ione in mare eſt filium dei nobis in tribulatione aſſociare: vt quando dicimus domino: ꝙ propter eum orta eſt tempeſtas: et ꝙ propter odium quod habet diabolus contra dominum inſurgit contra nos. Unde Pſ. Propter te mortificamur tota die. Uouere vota eſt recurrere ad beneficium orationis. Immolatio eſt beneficium deuotionis. Felix qui poteſt predicta pericula euadere ⁊ per nauem pœnitētie tranſire vſq; ad capharnaū: id eſt vſq; in paradiſū: que eſt villa pulcherrima ad vidēdum. Unde Pſ. Domine dilexi decorem domus tue. Et eſt villa conſolationis. Unde Eſa. xxv. c. Abſterget deꝰ omnem lachrymam ab omi facie. Et Eſa. lxvj. d. Quomodo ſi cui mater blandiatur: ita cōſolabor vos. Sequit: a Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia vigintiquinq; aut triginta vident ieſum ambulantem ſupra mare ⁊ proximū naui fieri. Nota ꝙ non ſtatim viderunt ieſum quando inceperunt nauigare: contra quoſdam preſumentes / qui ſtatim in principio pœnitentie ſue conſolationes querūt. Prouerb. xx. c. Hereditas ad quā feſtinatur in ꝓncipio: in nouiſſimo bñdictione carebit e Et timuerunt. Timuerunt eſſe phantaſma: ita ⁊ ſancti timent in principio illuſiones diaboli: quia angelus ſathane tranſfigurat ſe in angelum lucis. Hec eſt differentia inter illuſiones diaboli ⁊ reuelationes dei ſiue apparitiōes bonorū angeloꝝ: qꝛ boni angeli quando apparent primo reddunt timoroſos et circumſpectos / ⁊ in fine reddūt ſecuros poſt apparitionē: mali angeli ecōuerſo in ipſa apparitione ſolent q̄ſi certos reddere: ſed poſt incertos ⁊ dubios mittere. Un ⁊ hic dicit primo: timuerūt: ſed ſecuri facti ſunt a dño / q̄ dixit eis: g Ego ſū nolite timere. Sic et maria ꝓmo turbata ē in ſermōe angeli vel i ſalutatiōe ⁊ poſt certificata: Luc. j. E. Et nota qd ſeqt
* Uoluerūt q̄ accipe

Right margin notes: Pſ. 90. / Gen. 3. a. / Al. ꝯfinge / Pſ. 43. / Pſ. 25. / 2. Cor. 11.

nō ſum phantaſma. Et nō dicit q̄s ſit: quia ex voce poterāt eum agnoſcere: vt dicit Hiero⁹ ſuper Matth. xiiij. Uel vt ſignificet ſe eſſe illum qui dicit Exo. iij. d. Qui ē miſit me ad vos. a Uoluerūt ergo accipe eū ī nauim/agnoſcē tes eū. ſ. ex voce ⁊ gaudētes de ſecuritate. Uocem enī chriſti ſtatim tranquillitas ſecura ē/ſm Chryſ. Unde etiam ſequit: b Et ſtatim nauis fuit ad terrā qua ibant: q2 tranquillatus eſt ventus qui prius erat contrarius. Querit autem h̄ Chryſ. cur in nauim nō aſcendit? Et reſpōdet: vt miraculum maius faceret/ ⁊ deitatē eis reuelaret aperti⁹/duplici. ſ. miraculo: et

a Uoluerūt ḡ accipe eū in na/
b uim/ ⁊ ſtātim nauis fuit ad ter
c rā qua ibāt. Altera die tūrba
d q̄ ſtabat trāſ mare vidit q2 nā
e
f
g uicula alia ñ erat ibi niſi vnā:
h ēt q2 nō itroiſſet cū diſciplis
i ſuis ieſus ī nauim: ſ; ſoli diſci
k puli ei⁹ abiſſent. Aliē vēro ſu
peruenerūt naues a tyberia/
l de iuxta locū vbi mandauerāt panem/ grās agētes deo.

q2 ſupra mare ambulabat: ⁊ mare ſuo p̄cepto ſedabat. In h̄ etiā fuit maius miraculū: q2 extra nauim exiſtens poteſtatem ſuam vſq3 ad eos qui in ea erant oſtendebat. Hoc autē facit vt oſtendat eis/ q̄ cum gratias egit in miraculo panū/ non h̄ fecit indigēs auxilio: ſed cōdeſcendens eis/ne crederent eū iudei cōtrariū deo. Ideo permiſit tempeſtatē fieri/ vt eū inq̄rerent: et rurſus quietauit/vt virtutem ſuam eis oſtenderet. Item querit Chryſ. quare ſolus et ſolis diſcipulis apparuit ſupra mare? Et ad hoc reſpōdet/ q̄ propter imbecillitatem turbarum que non caperēt tam magna: et propter eruditionem diſcipuloꝝ/ vt ſpecialiora viderent q̄ erāt futuri doctores toti⁹ orbis Unde ſeorſum diſcipulis multa dicebat ī doctrina: et ſigna ſpecialia oſtendebat: ſicut in transfiguratiōe/ Matth. xvij. a. Et hic in mari Et poſt reſurrectionē. j. vlt. Et per hec etiam de alijs cōijcim⁹. Item ſolus eis apparuit et tūc/ vt oſtendat q̄ ipſe ſolus eſt qui tempeſtatem ſoluit/nec alij attribuat/nec caſu factum eſſe credatur. Itē querit/ vtrū hoc miraculū ſit idem cum illo qd̄ habetur Matth. xiiij. c. d̄ ambulatione ſupra mare ⁊ tranquillitate venti facta. Ad hoc reſpondet Chryſ. opinando magis q̄3 aſſerendo/ q̄ non eſt idem ſed ſimile. Multotiēs enī eadem facit ſigna. i. conſimilia: vt minus ſtupeāt ex frequentia ⁊ plus credant. Et q̄ non ſit idem/ multipliciē patet. Hic enī ſtatim ſuaſi ſunt poſtq̄3 dixit eis: Ego ſum/nolite timere: Ibi vero nō ita: ſed dixit petrus: Domine ſi tu es iube me venire ad te ⁊c̄. Item tunc poſt vocē chriſti tempeſtas p̄māſit/ quā et petrus timuit: hic autem cū voce chriſti ſtatim tranquillitas venit. Item ibi dicitur aſcendiſſe in nauim: Cū aſcendiſſet inquit in nauiculā ceſſauit ventus: hic autem non diciē aſcendiſſe in nauiculam/ſed ad primam vocem eius videtur ceſſaſſe vent⁹. Iſte ſunt rationes Chryſ. Sed tamen cōmuniter diciē ab alijs q̄ idem fuit miraculum hic et ibi: ſed qd̄ ibi narratum eſt non oportuit euangeliſtā hic oīno totū ponere. Sequiē: c Altera die ⁊c̄. Nota q̄ in ſequenti mane/turbe viderūt ⁊ cōſiderauerunt q̄ in litore a quo diſcipuli intrauerant mare nō erat in precedenti veſpera niſi vna nauis tm̄ in qua diſcipuli trāſfretauerāt: et q̄ ieſus nō intrauerat cum eis: vnde cū trāſfretaſſent turbe in capharnaum ⁊ inueniſſent ieſum cum diſcipulis ſuis/ mirati ſunt ⁊ queſierunt ab eo quādo ⁊ quomodo illuc venerat. Et hoc eſt qd̄ diciē hic: Altera die: id eſt craſtina/ſm Chryſ. d Turba que ſtabat trans mare: turba. ſ. quam pauerat dominus que adhuc ſtabat in loco illo vbi diſcipuli mare aſcenderant. e Uidit: id eſt conſiderauit ⁊ attendit: f Quia nauicula alia non erat ibi/ in precedenti veſpera. g Niſi vna: in qua. ſ. aſcenderāt diſcipuli. h Et/ vidit ſupple/ quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis ieſus in nauim/ illam que ſola erat ibi tunc. i Sed ſoli diſcipuli eius abiſſent/ ſine eo. ſ. et propter hoc turbe remanſerunt in loco illo circa mare: tum q2 non habebant naues: tum quia ieſum videbāt non ire trans mare cum diſcipulis ſed citra remanere. k Aliē vero ſuperuenerunt naues a tyberiade/in craſtina die: et ita habuerunt facultatem tranſfretandi quā prius non habebant p defectū nauium. l Iuxta locum vbi mādu̧cauerāt panem grās agē tes deo. Adhuc enī circa locū illum erāt turbe. m Cum ḡ vidiſſet turba q2 ieſus nō eſſet ibi . i. circa locū illū citra mare/neq3 diſcipuli eius. q. d. cum haberent facultatem nauium/ pro quarum defectu prius remāſerant citra mare: nec haberent ieſum quē prius crediderant citra mare

m Cūm ḡ vidiſſet turba quia ie
n ſus nō eſſet ibi/ neq3 diſcipuli
o
p ei⁹: āſcēderūt in nauiculas/ ēt
venerūt capharnaū querētes
q ieſū. Et cū inuēniſſēt eū trās
r
s
t mare: dixērunt ei: Rābbi qñ
v huc veniſti: Rñdit eiſ ieſus ēt
x dixit: Amēn amē dico vob:
y quēritis me/non quia vidi/
z ſtis ſigna: ſēd quia manduca
ſtis ex panib⁹ et ſaturati eſtis.

ſecū remanere. Illis ergo duab⁹ cauſis more eoꝝ euacuatis: o Aſcenderunt in nauiculas/illas que venerant a tyberiade. p Et venerunt capharnaum querentes ieſum. Illuc enim ſciebāt apoſtolos iuiſſe: ſed de ieſu neſciebāt: ſuſpicabantur tñ ne ⁊ ipſe mare pede tranſiens illuc aduenſſet. Et hoc dat intelligi euangeliſta/ſicut dicit Chryſ. per h̄ q̄ ita diligenter recitat q̄ turba conſiderauit de naui illa in qua tranſierunt diſcipuli: et q̄ ſola erat: et q̄ non intrauerat cū diſcipulis. Et hec fuit cauſa admirationis. Uñ ſequiē: q Et cū inueniſſent eū trans mare/in capharnaū. ſ. r Dixerunt ei/blandiendo: s Rabbi quando huc veniſti. Glo. qui nauē nō intraſti. Et diē Chryſ. q̄ poſt miraculum tam magnū trāſijt ſuper aquas/licet ſuſpicarentur vel poſſent ſuſpicari q̄ trāſierat eas pede: non tñ ſcrutati ſūt de hoc neq3 queſierunt qualiter pertranſijt vel qualiter aduenit/ſed quando: niſi forte quis dicat/ quando/ poſitum hic pro qualiter. Et vide facilem ⁊ leuem eorum mentē: Qui enī pauloante dicebant: Hic eſt o propheta: et volebāt eum rapere ⁊ facere regem: modo inuenientes eum/nihil tale conſiliantur: ſed vt eſtimo non vltra de priorib⁹ admirabantur/ſed alia inq̄rebāt: volētes rurſus mēſa potiri q̄li et p̄us. Uñ mentem eoꝝ aperiens: t Reſpondit eis ieſus: non ad queſtionē eorum/ſed ad intētionem. v Et dixit/increpatiue. x Amen amen dico vobis. Cum determinatiōe ⁊ certitudine loquitur: vt oſtendat q̄ certiſſime ſciat mentes eorum. y Queritis me/ nō q2 vidiſtis ſigna: qb⁹ potuiſtis me cognoſcere: z Sed quia mādu̧caſtis ex panib⁹ ⁊ ſaturati eſtis: id eſt mādu̧caſtis vſq3 ad ſaturitatem. q. d. non propter ſpiritū queritis/ſed propē carnem: ne oporteat vos laborare. In hoc moraliter inſtruimur/vt nō ſemper blādei ſed aliquādo icrepatiue loquamur: Scdm̄ illud. ij. Timoth. iiij. a. Argue/obſecra/increpa. Unde Chryſ. Manſuetudo et lenitas nō vbiq3 vtilis ē: ſed quādoq3 percuſſione opus eſt magiſtro/ ⁊ ſtimulo vti oportet: maxime cum deſes fuerit et groſſus diſcipulus. Eccs vlt. d. Uerba ſapientum quaſi ſtimuli ⁊ quaſi claui ī altū defixi ⁊c̄. Et nota tres cauſas ſue reſponſionis talis: vt eos corrigat per redargutionem. Item vt eos in fidē ſue deitatis inducat per ſecretorum mentis ſue indicationem. Item vt blandientibus ⁊ adulatorib⁹ noſtris nos dure reſpondere doceat per ſuam reſponſionem. Scdm̄ illud Prouerb. j. b. Si te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis. Item Eccī.

Moraliter

* a Uoluerūt ergo accipe eū in nauim ⁊c̄. Ita multi quādo ſciunt ieſum/ volūt eū rapere ſibi: ſed nō poſſunt plene/donec veniant ad terram: id eſt ad eternam patriam. In naui enī penitētie nondum eſt pfecta ſalus eterne glorie: ſed proxima eſt: vno tm̄ gradu diſtant ſiue vno pariete: qui rūpitur in morte. Cantī. ij. c. En ipſe ſtat poſt parietē nr̄m. Reliqua patēt vſq3 ibi: Oē qd̄ dat mihi pater ⁊c̄.

☙ ſcas eis. Item Eccl̄i.xxviij.d. Sepi aures tuas ſpinis: et lin/
guam nequā noli audire et ori tuo facito oſtia: ⁊ ſeras aurib⁹
tuis. Ita chriſtus fecit eis qui voluerant eum facere regem ⁊
modo blande loquebantur ei: Rabbi quando huc veni
ſti: Reſpondit increpatiue/oſtendēs qm̄ honorem qui eſt ab
hominibus nō concupiſcit: ſed vnum in/
ſpicit.ſ.ſalutem eorum. ſ̄.v.f. Ego teſti/
monium ab homine non accipio.j.viij.
f. Ego gloriam meam non quero. Sed
notandū ꝙ cum increpatione miſcenda ē
māſuetudo: Scd̄m illud Gal. vj.a. Uos
qui ſpirituales eſtis corripite in ſpiritu le/
nitatis. Unde Chryſ. Parce eos redar/
guit/ non abuſiue. Non enim dixit: O guloſi ⁊ ventris ſerui:
tot mirificaui/et nūꝙ̄ ſecuti eſtis me/neqꝫ admirati eſtis: ſed
manſuete loquitur et quieſcibiliter: Queritis/ inquit/ me:
non quia vidiſtis ⁊c̄. q.d. non vos ſtupidos fecit miracu
lum ſed venter plenus. Et hoc probatur ex reſponſione eorū
j. eodē.d. Patres noſtri manna māducauerūt: rurſus ad cibū
trahētes carnalē: qd̄ erat accuſatio ⁊ criminatio maxima. Et
nota ſicut dicit Glo. Tales hodie multi ſūt in eccleſia: q̄ que/
runt ieſum / non propter ieſum: vt Greg⁹ in horum perſo/
na eos deteſtatur: qui in eccleſia per ſacros ordines non vir/
tutum merita/ſed vite preſentis ſubſidia reqrūt. Tales naꝙ̄
Pſ.48. non pro ſignis/ſed pro panibus deum querunt. Pſ. Confite
bitur tibi cum benefeceris ei. Eccl̄i.vj.b. Eſt amicus ſoci⁹ mē
ſe ⁊c̄. Prouerb.xix.a. Multi colunt perſonā potētis/ ⁊ ami/
ci ſunt dona tribuentis. Aug⁹. Or̄ multi hodie non querunt
ieſum niſi vt illis bene ſit ſm̄ tempus: alius negociū habens
querit interceſſionem clericorum: alius premitur a potentio/
re ⁊ fugit ad eccleſiam: alius vult pro ſe interueniri apud illū
apud quē parum poteſt: ille ſic/ille ſic. Impletur quotidie ec
cleſia talibus: vix queritur ieſus propter ieſum. Tales ſūt ſi/
cut vulpes que latent in ſabulo penitentie/ ⁊ ſimulant ſe mor/
tuas: vt poſſent aliquam auem rapere: id eſt aliqd̄ cōmodum
temporale. Ezech.xiij.a. Quaſi vulpes in deſerto prophete
tui erant. Sequitur: a Operamini non cibum q̄ pe/
rit ⁊c̄. Sicut dicit Aug⁹. Quorꝫ prius ſatiauit panib⁹ ven/
tres / vult ſatiare ſermonibus mentes: Unde eis q̄rentib⁹ ie/
ſum/non propter ſermones ſed propter panes: primo reſpon
det redarguēdo: hic autem inſtruēdo. Sapientis eni eſt non
ſolum eradicare vitium /ſed plātare virtutem. Chryſ. Poſt
reprehenſiones enim adijcit doctrinam dicens: Opera/
mini non cibum qui perit: ſed qui permanet in vi
tam eternam: id eſt operam date et ſollicitudinem et cu/
ram impendite ad cibum ſpiritualem habendum/nō corpo/
ralem quē requiritis. q.d. nō ad panes ſed ad ſermones meoſ
attendite/qui ſū cibus non periens ſed permanens: id eſt per
manere faciēs in gratia vſqꝫ in vitam eternam. De hoc cibo
dicitur Matth.iiij.a. Non in ſolo pane viuit homo /ſed in
omni verbo quod procedit de ore dei. Thren.iiij.a. Par/
uuli petierūt panē ⁊c̄. Eſa.lviij.c. Frange eſurienti panem tuū
⁊c̄. Eccl̄i.xxxj.c. Splendidū in panib⁹ bn̄dicēt labia multorū
⁊c̄. Uel cibus qui permanet ſunt bona opera. Unde.ſ̄.iiij.e.
Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me.
Pſ.18. Opera eni bona reficiūt: Quia in cuſtodiendis illis retribu/
tio multa. Scd̄m hoc exponit̄ ſic: Operamini non cibū
qui perit ⁊c̄. id eſt operamini opera/nō que ducunt in per/
ditionem: ſed que ducunt in ſalutem. Uel cibus permanens ē
ipſe chriſt⁹. Sic ipſe dicit.j.eodē.e. Ego ſū panis viu⁹ ⁊c̄. Et
ſm̄ hoc exponitur ſic ſm̄ Glo. Operamini ⁊c̄. id eſt queri
te me: non propter aliud ſed propter me. Ego enim ſum cib⁹
permanens in vitam eternā. Uel: id eſt preparate vos ad re
cipiendum corpus meū. Sed quia poſſent ſe excuſare de im/
poſſibilitate habendi hunc cibum/ſubdit: b Quē filius
hoīs dabit vobis. Qd̄ poteſt exponi de oī cibo/ ⁊ ſermo/
nis / ⁊ operis/ ⁊ corporis ſui. Cibum eni ſermōis dabit predicā/
do: cibū operis boni/exemplū ⁊ adiumentū ad bonū operan
dum conferendo: cibum etiam ſui corporis dat chriſtus/nō ali/
Pſ.110. us per ſacerdotes: ſm̄ illud Pſ. Eſcā dedit timētib⁹ ſe. De/

a Operamini nō cibū qui perit
ſed qui permanet in vitam eternam
b nā quē fili⁹ hoīs dabit vobis.
c Hunc eni pāt̄ ſignauit de⁹.

inde aūt q2 tā magna dixerat de ſe/ne ſcandalizent̄/ad patrē
recurrit: et per hoc ſermonē ſuū credibilem reddit/dicens: c
Hunc eni.ſ. filiū hoīs qui hoc vobis ꝓmittit: d Pat̄
ſignauit: non q̄liſcūqꝫ pat̄: ſed e Deus.ſ. ſignū ei poſuit
.ſ. ꝓprio ſigno eū a ceteris filijs hominū diſcreuit: ſicut dicit
Pſ. Unxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo exultatio/ Pſ.44.
nis pre participib⁹ tuis. Et ē ſenſus: No
lite me ꝯtemnere q2 filius hoīs ſum: q2
ſic ſum filius hoīs/ vt nō ſim vnus ex vo/
bis: ſed ſignat⁹ a patre ⁊ diſcretus a vo/
bis: et ideo querite a me cibū /nō qui pe/
rit: ſed q̄ ꝑmanet: q2 poſſum illum dare:
heres eni ſū ⁊ filius: ⁊ ideo dona mea ſūt
ſtabilia. Hec lectura eſt Aug. Chryſ. legit ſic. Filius homi/
nis dabit vobis hāc eſcam: c Hunc eni pater ſigilla/
uit deus.ſ. ad hoc miſit vt hāc daret vobis eſcam: vnde q̄ſi
nūcius patris habet ſigillū patris. Uel ſic. Credere debetis
ꝙ filius hominis poſſit dare vobis hanc eſcam: quia/ hunc
ſigillauit deus pater: id eſt demonſtrauit et reuelauit per
ſuum teſtimonium/ ꝙ ipſe eſt fili⁹ dei: Matth.iij.d.et.xvij.
a. Et habetur ſimile. ſ̄.iij.d. Qui audit ſermones meos ſi/
gillauit quoniam de⁹ verax eſt: id eſt demonſtrauit incontra/
dictiue ⁊ irrefragabiliter. Et notandum ꝙ ſicut dicit Chryſ.
quidam eorum qui volunt pigre nutriri abutuntur hoc ver/
bo: Operamini non cibum qui perit ⁊c̄. quaſi chri/
ſtus operationē abſcindat: et ideo oportunum eſt cōtra eos
dicere: Toti enim detrahunt chriſtianiſmo: et in pigritia
conuitium pati preparant chriſtianos. Prius autem dica/
mus ꝑ eis. Luc.x.g. Martha martha ſollicita es: ⁊ turba/
ris erga plurima: porro vnū eſt neceſſariū. Itē Mat.vj.d.
Nolite ſolliciti eſſe q̄d manducetis ⁊c̄. Item nolite ſolliciti eē
in craſtinū. Neceſſariū ē nūc oīa hec ſoluere/nō ſolū vt quie/
ſcere faciam⁹ pigritātes: ſed vt ꝯtrariū oſtēdam⁹ per eloquia
dei.j.Theſſal.ij.b. Memores facti eſtis fratres laboris no/
ſtri ⁊ fatigationis nocte ⁊ die operātes ne quē veſtrū graua/
remus. Item.ij.Theſſal.iij.b. Non inquieti fuimus int̄ vos
neqꝫ gratis panem manducauim⁹ ab aliquo: ſed in labore et
fatigatione nocte et die operantes/ne quem veſtrum graua/
remus: non quaſi non habuerimus poteſtatem: ſed vt noſ/
metipſos formam darem⁹ vobis ad imitandum nos: Nam
et cum eſſemus apud vos/hoc denunciauim⁹ vobis: quoniā
ſi q̄s nō vult opari nō māducet. Dicitur eni.j.Theſſal.iiij.
c. Rogam⁹ vos ſupabūdare ⁊ largiri /ſilere ⁊ agere que pro
pria. Itē Eph.iiij.f. Qui furabat̄ iam nō furet̄/ magis autē
laboret manib⁹ ſuis vt habeat vñ tribuat neceſſitatē patien/
ti. Item Act.xx.g. Que mihi opus erant: et his q̄ mecū ſūt
miniſtrauerūt man⁹ iſte. Item.j.Cor.ix.c. Que igitur ē mi/
hi merces vt euāgelizās nō ſumptuoſum ponam euangeliū.
Item Act.xviij.a. Manebat apud aq̄lam ⁊ p̄ſcillam ⁊ ope/
rabat̄: erant eni tabernaculorꝫ factores arte. Hec ſm̄ ſeriē re/
pugnantiā oñdūt. Quid igit̄ dicem⁹ ad hec: Dicim⁹ ꝙ hoc.ſ.
Non ſollicitos eſſe: nō eſt idem qd̄ non operari: ſed hoc ſigni
ficat: id eſt non affligi nimis ſecularib⁹ rebus: Nō idē eſt ſolli
citudo ⁊ operatio: ſollicitudinem nimiā prohibet: operationē
iubet. Preterea ꝙ ad martham increpatiue dicit̄: Martha
martha ſollicita es ⁊c̄. hoc idē dic̄: q2 nō oportet audiētie tē
pus ad carnalia ꝯſumere. q.d. martha ego doctrinās acceſſi:
tu ho relinquēs/audiētiā circa pulmētū ſtuduiſti. Nō ḡ ho/
ſpitalitatē ꝓhibet/ſed ꝙ nō oporteat in audientie tempe circa
talia occupari. Docet itaqꝫ ⁊ hic dicēdo: Nō opamini ci/
bum qui perit ⁊c̄. non ꝓpt̄ hoc dicit ꝙ oporteat pigrita/
ri/ ſed opari magis ⁊ tradere. Pigritari eni maxime cib⁹ pe/
riēs eſt. Multā eni maliciam docuit ocioſitas ſiue pigritia:
Eccl̄i.xxxiij.d. Preterea notandum eſt/ꝙ iſti non ad ſermo/
nes intendebāt/ſed ad panes: nec ſolliciti erāt diſcere q̄s erat
qui hoc operaretur ⁊ qua virtute: ſed vnū ſolū volebāt/ven/
trem.ſ. voluptuoſe replere /nihil laborātes. Ideo talē eſcam
conuenienter vocauit cibum pereuntem dicens: Nō opa/
mini cibū qui perit ⁊c̄. q.d. nutriui corpora veſtra vt ab
hoc aliā quereretis eſcam que manet ⁊ nutrit animā: vos aūt
☙ rurſus ad terrenā

g ruſus ad terrenā curritis. Sequitur: a Dixerunt ergo ad eū: quia intellexerunt ꝙ per cibū intelligebat opus dei: b Quid faciemus vt opemur opera dei: id eſt quid obſeruādo poterim⁹ implere illud pręceptū qđ dicis de operando cibo qui non perit: Vel Quid faciem⁹ ꝛc. id eſt qđ operabimur vt opera nr̄a ſint deo placētia ꝛ mereamur illū cibū q nō perit: Et nota ꝙ ſic Chryſ. dic̄: ꝙ caſtrimargia excęcauerat eos: qꝛ enī ad caſtrimargiā inhiabant ꝛ toti ſecularib⁹ intenti erant: ideo chriſt⁹ eos multis modiſ ad ſpūalia reuocauerat: primo arguendo: quęritis me / non quia vidiſtis ſigna ꝛc. poſtea

B

Exo.16.
Pſ.77.
Sap.16.c.

a b Dixerunt ergo ad eū: Quid faciemus vt operemur opera
c dei: Reſpondit ieſus ꝛ dixit
d eis: Hoc eſt opus dei vt cre
e datis in eum quem miſit ille.
f Dixerūt ergo ei: Qđ ergo tu
g facis ſignum vt videamus et credamus tibi: quid opera
h ris: Patres noſtri manduca
i uerunt manna ī deſerto / ſicut ſcriptum eſt: Panem de cę

docendo quem oportet cibum quęrere: ibi: Operamini cibum qui non perit. Poſuit etiam eis brauium dicens: Sed qui manet in vitam ęternam: et id quod obſtabat eis curat dicēs ſe eſſe miſſū a patre. Quid igit̄ illi: Ac ſi nihil audiſſēt dicunt: Quid faciem⁹ vt operemur opus dei: Hoc autem dicebant / nō vt diſcant et agant / ſicut patet ex ſequentib⁹ / vbi manna reqrūt: ſed ad cibi exhibitionē tendūt / ꝛ vt ſaturet eos imitari volunt. Chriſtus vero ad fidem ꝛ cibū ſpiritualem inducit: Unde ſequitur: c Reſpondit ieſus ꝛ dixit eis: Hoc eſt opus dei: id eſt deo placitū vel a deo datum ſiue dandum: quia hoc nō habet homo a ſe ſed a deo: d Ut credatis / fide operante per dilectionem: Gal. v. b. e In eū quem miſit ille: id eſt in filiū. Non dicit vt credatis ei vel eum / ſed in eum. f Dixerunt ergo ei: qđ ergo tu facis ſignū ꝛc. Glo. Quia ad fidem ſui inuitabat: quęrunt ſigna quibus inducantur ad credendū. Vñ. j. Cor. j. d. Iudęi ſigna quęrunt. Dicunt ergo: Qđ facis ſignū vt videam⁹. q. d. multa promittis / ſed fac aliquid: g Ut videamus / illud: et credamus tibi: quid oparis. q. d. tu promittis magna: immo maiora ꝙ̄ moyſes: cibum. ſ. qui permanet in vitam ęternam: Moyſes autem promiſit terrā fluentem lacte ꝛ melle / et hmōi temporalia: Deut. xj. b. Tu ꝟo non facis tanta quanta moyſes. Moyſes enī dedit panē de cęlo: tu ꝟo panes hordeaceos. Item ille quadraginta annis: tu ꝟo vna die Quaſi ergo pro minimo habētes qđ fecerat chriſtus / quia maiora promittebat quęrūt: Quid facis: qđ oparis. Iteratio autem quęſtionis eſt infidelitatis eorum expreſſio. h Patres noſtri manducauerūt manna in deſerto. Hic aperte oſtendūt ſe comparare miraculum moyſi miraculo chriſti quaſi minori. i Sicut ſcriptum
Pſ.77. eſt / Exo. xvj. d. Et in Pſ. Panē angeloꝝ manducauit homo. Et hoc eſt: Panem de cęlo dedit eis mādūcare. Notandum ꝙ ſignū quęrentes ꝛ dicentes: Qđ facis ſignū ꝛc. nō volunt vt ipſe eligat ſignū qđ faciat / ſed in neceſſitatem putāt eum mittere / vt nullum aliud faciat ꝙ̄ tale quale factum eſt in progenitorib⁹. Propter h̄ dicunt: Patres noſtri mādūcauerūt manna in deſerto: per hoc ęſtimātes eum irritare / vt tale faciat ſignum qđ eos nutrire poſſit carnaliter. Multa enī alia ſigna facta ſunt in ęgypto et in mari ꝛ in deſerto: ſed huius ſolum meminerūt / qđ valde concupiſcebant propter ventris tyrannidem. Et nota ꝙ non dixerūt: moyſes fecit ſignum in deſero: tu quod facis: ęſtimantes percuti eum ꝛ offendi ſi ei aperte cōparēt moyſen. Item non / dicunt: Deus fecit ſignū in deſerto: et tu qđ facis / ne videātur eum exęquare deo. Nec moyſen inducūt vt nō videantur chriſtum humiliare: ſed ſimpliciter dicunt qđ factū eſt in deſerto vt ſimilia faciat: Patres / inquiunt / noſtri mādūcauerūt ꝛc. k Dixit ḡ eis ieſus: Amē amē dico / vobis ꝛc. Poterat dicere: quoniā maiora moyſe feci

nunc: nō indigens virga ſicut ipſe: neqꝫ oratione / ſed omīa faciens a meipſo: qđ nō fecit moyſes: ſed hoc non dixit / ne eum notarēt de iactātia / ſed magis eos ſtudet inducere in intellectum ſpiritualis eſcę / dicēs: l Non moyſes dedit vobis panem / verum ſed typicum ꝛ figuratiuum veri panis: m De cęlo / empyreo / ſ; de cęlo aereo / ſcdm ꝙ dicitur: Volucres cęli comederunt illud: Matth. xiij. a. Et in Pſ. Intonuit de cęlo dominus. n Sed pater meus dat vobis panem ver: filium ſuū figuratū per illud manna. o De cęlo / miſſum ī mundum / vt cib⁹ angelorū fieret cibus hominū. Ideo enim

De cōſe. diſ. 2. c. nec moyſes
Pſ. 17.

lo dedit eis manducare. Di
k xit ergo eis ieſus: Amen amē
l dico vobis / nōn moyſes de
m n dit vobis panem dē cęlo: ſed pater meus dat vobis panē
o p dē cęlo verum. Panis enim
q verus eſt qui de cęlo deſcen
r s dit et dat vitām mundo. Di
t v xerūt ergo ad eū: Dn̄e ſemp
x da nobis panē hūc. Dixit au
y tem eis ieſus: Egō ſū panis

verbum caro factum eſt: ſicut dicit Greg⁹: vt cibus angelorū fieret cibus iumentoꝝ. Omniſ quippe caro fęnū dicitur: Eſa. xl. b. Et dicit Aug⁹: ꝙ verbum qđ eſt panis angelorum / conuerſum eſt in lac paruulorum dū deſcēdit in carnē. p Panis enim verus eſt / cor viuificās ꝛ confirmās: q Qui de cęlo deſcendit. Ille enī typicus fuit panis non verus qui de aere pluit: non qđ falſum fuerit miraculum de manna: ſed quia figuratiuū iſtius panis. Ideo de ipſo dicitur Sap. xvj. c. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum / ꝛ paratum panem de cęlo pręſtitiſti eis ſine labore / omne delectamentū in ſe habentem ꝛ omnis ſaporis ſuauitatem. r Et dat / iſte panis vl̄ pater per hunc panem: s Uitam mundo / qđ nō manna. Mundo / nō iudęis ſolum / ſed orbi terraꝝ. Nec dicit: dat cibum ſimpliciter: ſed dat vitam / aliam. ſ. quandā ꝛ alteratam. Uitam autem dicit: qꝛ omnes erant mortui. Dat: quia gratis. Item dum dicit / dat vitā mūdo: ī cęlum eos mittit / vt ſaltem dolentes ꝙ alij potiunt̄ dono / non maneāt foris. t Dixerunt ergo ad eum: non intelligentes de q̄ pane diceret: qꝛ intelligebāt de ſenſibili ꝛ guſtabili pane / ventrem laſciuire expectantes. Ad h̄ enī venerāt / vt dicit Chryſ. Et propter hoc honorādo ꝛ blandiendo dicunt: v Dn̄e ſp da nobis panē hūc. Sic ꝛ mulier ſamaritana dicit. ſ. iiij. b. Domine da mihi hanc aquam. Et nota ꝙ non dixerunt: roga vt pater det / ſed da nobis: et tñ nō dixerat quoniā ego do ſed pater me⁹ dat. Ex cōcupiſcētia enim cibi tracti eū fide dignū ęſtimauerunt ad exhibitionem panū. Facile enim credit homo de his quę placent ꝛ conferūt ſibi. Sed quia errabāt / chriſtus eos corrigit / et de q̄ pane dixerat aperit: Unde ſequitur: x Dixit autem eis ieſus. Incęperat eos inſtruere de pane ſpirituali: ſed quia ipſi intelligebant de materiali / aperit ꝙ imo de ſpirituali intelligēdū eſt / qui lōge melior eſt / eo ꝙ reficit ęternaliter: Unde dicit: y Ego ſū panis vitę. Chryſ. Incipiens eos docere de myſterijs / pmū loquitur de deitate ſua: Ego ſum panis vitę. Neqꝫ enī de corpore ſuo dictū ē hoc. De illo enī. j. eodē. e. dicet̄: Panis quem ego dabo caro mea eſt. Etenī illa propter dn̄i verbum panis eſt. Et nota ꝙ non vtitur hic teſtibus / ſicut. ſ. v. quia ibi accuſabant et contradicebant: hic vero fingebant propter panes quos ſperabant. Item quia potens erat miraculum panum quaſi teſtans. Et dicitur panis viuus ab effectu: quia viuificat. Pſ. Uiuifica me ſcd̄m verbum tuum. Gen. Pſ. 118.
xlix. c. Aſer pinguis panis eius pbebit delitias regib⁹. Aſer interpretatur beatus: et ſignificat chriſtum qui ē beatitudo ſanctorum. De quo dicitur in Pſ. Beatus vir qui non abijt in Pſ. 1.
conſilio impiorum ꝛc. Et dicitur pinguis ab effectu: quia impinguat pinguedine charitatis ꝛ deuotionis. Et ipſe eſt delitię regum: id eſt virorum ſpiritualium. De quib⁹ dicit̄ Prouerb. xxj. a. Sicut diuiſiones aquarum: ita cor regis in manu dei. De hoc pane dicitur Eſa. xxx. e. Panis frugum terrę

 tuę erit vberrim⁹

tuę erit vberrimus ⁊ pinguis. Et exponitur hęc auctoritas đ corpore chriſti qđ ex frugibus terrę conficitur in altari. Sap. xvj.c. Panē de cęlo pſtitiſti eis ſine labore ⁊c. qđ de manna non poteſt intelligi bene: quia oportebat ꝙ illud colligerēt et coquerēt: qđ ſine labore fieri non poterat. a Qui venit ⁊c. Poſſent reſpondere: Tu dicis ꝙ das bis nob panē de cęlo / videlicet teipſū: ſed te quomodo poſſumus manducare: Ideo oſtendit modum comeſtionis.

a b vitę: Qūi venit ad me / nōn
c d eſuriet: ēt qūi credit in me / nō
e ſitiet in ęternū. Sēd dixi vo-
f bis: qūia vidiſtis me ⁊ nō cre-
g didiſtis. Omnē qđ dat mihi
h i pater / ād me veniet: ēt eum q̄
k venit ad me / nōn eijciam fo-
l m ras: q̄z dēſcēdi đ cęlo / nōn vt

Qui venit ad me / paſſibus fidei ⁊ charitatis: id eſt qui credit in me. Unde Aug⁹. Ut quid paras dētem ⁊ ventrem: crede ⁊ manducaſti: Non eſuriet. Et exponit quod dixerat. c Et / pro id eſt. d Qui credit in me non ſitiet in ęternū. Idem dicit / nō eſurire ⁊ nō ſitire: vtroqꝫ eni ꝟbo ſignificatur ęterna ſatietas. De quo Pſ. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et hoc eſt: Nō ſitiet in ęternū: id eſt in ęterna vita. In pręſenti enim non ſedatur oino ſitis ſed in futuro. S. iiij.b. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non ſitiet in ęternū. Apoc. vij.d. Non eſurient neqꝫ ſitient amplius. Et Eſa. lxv.c. Ecce ſerui mei comedent ⁊ vos eſurietis. Sed cōtra. Eccj. xxiiij.c. Qui edunt me adhuc eſurient. Sol. Eſuries ⁊ ſitis duo important: defectum ⁊ deſiderium. Hic ſumitur in ſemiplena ſignificatione. ſ. pro defectu: in eccleſiaſtico vero ſumitur ꝓ deſiderio ſiue appetitu ſine defectu. e Sed dixi vobis. Dixerat ſe eſſe panē / ⁊ modū comedendi: Sed poſſent dicere: quare hoc dicis nobis. Et reſpondet: Nō q̄z manducaturi ſitis: ſed dixi / hoc / vobis / ad improperium veſtrę incredulitatis: f Quia vidiſtis me ⁊ non credidiſtis. q.d. coram vobis habetis panem et non comeditis credendo. Sed quid eſt qđ dicit: Uidiſtis me ⁊ nō credidiſtis ⁊c. cū fides non ſit apparentium: vt dicitur Heb. xj.a. Sol. Uidiſtis me per miracula ad fidem ducentia: et tñ non credidiſtis. Et nota ꝙ quidam nec viderunt nec crediderunt: ſicut illi de quib⁹ dicitur Matth. xj.c. Si in tyro factę eſſent virtutes quę factę ſunt in vobis / olim ęgiſſent pęnitentiam. Item quidam viderunt ⁊ crediderunt: ſicut thomas: cui dicit dominus. j.xx.g. Thoma quia vidiſti me et credidiſti. Alij non viderunt ⁊ crediderūt: vt gentiles: De quibus Pſ.
Pſ.17. In auditu auris obediuit mihi. Non dicit in viſu oculi. Et j.xx.g. Beati qui non viderunt ⁊ crediderunt. Alij viderunt ⁊ non crediderunt: ſicut iſti de quibus dicit: Uidiſtis me ⁊c. Dixi vobis quia vidiſtis me: id eſt ſigna et ſcripturas quę teſtimonium perhibent de me: ⁊ vidiſtis me ⁊ tamē non credidiſtis. S. v.f. Scrutamini ſcripturas: illę enim ſunt quę teſtantur de me: et non vultis venire ad me. S. iij.d. Qđ nouit loquitur ⁊ qđ vidit teſtatur ⁊ teſtimoniū eius nemo accipit. Et in eodē.b. Qđ ſcim⁹ loq̄mur ⁊ qđ vidim⁹ teſtamur: et teſtimoniū noſtꝝ nō accipitis. g Omne qđ dat mihi pater. Sic cōtinuat. Quaſi dixi vobis ꝑdicta exprobrādo icredulitatē veſtram: tñ alij credunt in me quib⁹ datum eſt a deo patre: Quia / omne qđ dat ⁊c. Glo. ſic continuat. Dixi vobis ꝙ non creditis: ſed etſi vos non creditis / non ideo inutiliť veni: non ideo alios perdo ſed venientes recipio. Et hoc eſt: Omne qđ dat ⁊c. Chryſ. Omnia facit chriſtus propter electos qui ſaluantur: ideo ne videatur inaniter loqui ait: Omne qđ dat mihi pater ad me veniet: id eſt nullus de illis eſt quos dedit mihi pater qui non veniat ad me per fidem: per hoc ſignificat ꝙ nullus prohibet vel impedit venire eū quem pater dederit filio. Item per hoc ſignificat ꝙ nō contingens res eſt fides / ſed dono dei ⁊ volūtate ⁊ nutu eius indiget. Et per hoc tangit incredulitatē illoꝝ / eo ꝙ ipſi increduli filio erant ⁊ tranſgreſſores volūtatis dei patris: ⁊ ꝙ indigni erant dono dei: ſine quo nō venitur ad filium. j. eodem.e. Nullus poteſt venire ad me niſi pater meus traxerit eū. Dat pater ſiue trahit / gratiam infundendo: qđ licet filius ⁊ ſpirit⁹ ſanctus faciāt: tñ q̄z hoc a patre habēt / potius diciť de patre.

Pſ.16. (margin, beside "catur ęterna ſatietas")

j.xvij.b. Serua eos quos dediſti mihi. Matth. xvj.c. Beatus es ſimon bariona: quia caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi ſed pater meus. h Ad me veniet / paſſibus fidei ⁊ bonę operationis / vt dicit Glo. vel peccata relinquēdo ⁊ iuſticię ſi dei adhęrendo. Eſa. lx.a. Filij tui de longe veniēt ⁊c. Et ſubdit pręmium venientium. i Et eum qui venit ad me: id eſt qui per fidem mihi viniť. k Nō eijciam foras: id eſt non expellā a me qui ſum refugium et hoſpitium ⁊ vmbraculum iuſtorū. Pſ. Petra refugiū herinacijs. j. Joh. iiij.d. Qui manet ī charitate / in deo manet / q̄ſi in proprio hoſpitio. Eccj. xxxiiij.c. Protector potētię / firmamētum virtutis / tegmen ardoris ⁊ vmbraculū meridiani. Uel / Non eijciam foras / a merito vel conſortio vel beatitudine ſanctoꝝ / ſed potius ſaluabo. Ad hoc eni carnē aſſumpſi ⁊ formam ſerui ſubintraui. Unde ſequiť: l Quia deſcendi de cęlo: id eſt incarnatus apparui mūdo. m Nō vt faciam voluntatē meam: id eſt męę ſenſualitatis quę vult non mori

j.13.a. (margin, beside "Et eum")
Pſ.103. (margin, beside "Petra refugiū")

g Omē qđ dat mihi pr̄ ad me veniet: et eū q̄ venit ad me nō eijciā foras. Nota ꝙ dñs eijcit foras hoiem ab eccła. ſ. militāte duob⁹ modis. Uno mō a merito ꝑ gr̄ę ſubtractionē vel nō appoſitionem. Eijcit aūt. i. eijci permittit ſicut diciť Apoc. vlt. c. Foris canes et venefici et impudici. Alio modo a numero per excōmunicationē ſiue a conſortio: Scđm illud Numeri. v.a. Eijce omnē leproſū extra caſtra. Prouer. xxij.b. Eijce deriſorem ⁊ exibit cū eo iurgium. Itē apoſtolus. j. Cor. v.d. Cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Item. ij. Joh. c. Nolite eum recipere in domo / nec aue ei dixeritis. Eijcit etiam ab eccleſia triumphante per extremā ſententiam iudicialem. De qua Matth. xxv.d. Ite maledicti in ignem ęternū. De prima quę ē a merito / habetur ſignificatū Matth. xxj.b. quando eiecit emētes ⁊ vēdētes de templo. De ſecunda habetur. S. ij.c. quando ſimiliter eiecit ementes et vēdētes de tēplo. Et nota ꝙ de illis qui eiecti ſūt Mat. xxj. non habetur ꝙ murmurauerūt / neqꝫ ꝙ dñs fecerit flagellum ad eijciendum eos. Sed de alia ſupra. ij. habeť ꝙ murmurauerunt dicentes: Qđ ſignū oſtendis quia hęc facis ⁊c. et ꝙ flagellū fecerit de funiculis. Per hoc autem ſignificať ꝙ nullus murmurat / quando eijcitur aliquis ab eccleſia merito per gratię ſubtractionē: ⁊ ꝙ nō cogitur quis exire: immo exit propria voluntate: ſed quando eijcitur aliquis per excōmunicationem / ſtatim murmurat ⁊ cōqueriť. Et eſt ibi coactio: qđ notetur in flagello facto. De tertia habeť Matth. xxij.b. in illo qui eiectus eſt a nuptijs. Et Matth. xxv.a. Clauſa eſt ianua fatuis virginibus ⁊c. De prima etiā habetur Gen. iij.d. Emiſit eos de paradiſo voluptatis. Et ſubdiť. Et collocauit ante paradiſum voluptatis cherubin ⁊ flammeū gladiū. Talis enim licet ſit adhuc in paradiſo eccleſię quantum ad ſacramentorū perceptionē / tñ non eſt in paradiſo voluptatis: quia non ſentit delitias ſpūales / ſed modo eiectus eſt. Si aūt vult redire / oportet ꝙ redeat per cherubin: id ē ꝑ plenitudinē ſciētię: id eſt charitatē: ⁊ flammeū gladiū: id eſt per zelum pęnitentię procedentē ex charitate. De ſecūda habeť Gen. iiij.b. Ecce eijcis me hodie a facie terrę: ⁊ a facie tua abſcondar ⁊ ero vag⁹ ⁊ profugus: ois igiť q̄ inuenerit me occidet me. Excommunicatus eni exponitur dęmonib⁹: quia eſt extra cuſtodiā eccleſię. Et horum verborum ſententiā deberet cogitare homo quando videt ꝙ debet excōmunicari. Hiere. xv.a. Eijce illos a facie tua ⁊ egrediantur: Qr ſi dixerint ad te / quo egrediemur / dices ad eos: Hęc dicit dñs deus: qui ad mortem ad mortem: et qui ad gladium ad gladium: et qui ad famē ad famem: et qui ad captiuitatē ad captiuitatē. Sed venientib⁹ ad ſe dicit dominus: Nō eijciā foras. Sequitur: l Quia deſcēdi de cęlo / nō vt faciā volūtatē meā ſꝫ voluntatē ei⁹ q̄ miſit me. Hoc deberet eſſe verbū religioſoꝝ qui

vult non mori pro homine. Unde Matth. xxvj. d. Triſtis ē anima mea vſqȝ ad mortē. a **Sed volūtatē ei⁹ q̄ miſit me**: id eſt patris qui vult me mori pro hominis redemptiōe. Matth. xxvj. d. Non ſicut ego volo/ ſed ſicut tu vis. Et que ſit illa voluntas patris/ determinat dicens: b **Hec eſt autem ⁊c̄.** Chryſ. hic querit: quid eſt quod dicit: **Non vt faciam volun**
ſt.ſenim **tatem meam ſed volūtatem eius qui miſit me**: Er/ go alia eſt voluntas filij ⁊ alia patris. Et

a **faciam volūtatem meam: ſed voluntatem ei⁹ qui miſit me.**
b **Hec ē ſt autē voluntas eius**
c **qui miſit me patris/ vt omne**
d **qđ dedit mihi/ nō pdā ex eo:**
e **ſed reſuſcitem illud ī nouiſſi-**
f **mo die. Hec ē ſt aūt volūtas**
g **pris mei q̄ miſit me/ vt ōmis**
h **qui videt filiū et credit ī eū hā**
i **beat vitā ętnā: et ego reſuſci-**

reſpondet ꝙ non: immo communis. Unde ſenſus eſt/ ꝙ non aliud quid venit acturus filius q̄ȝ quod vult pater/ non pro/ priam quandam et ſeparatam a patre habens voluntatem. Ne autem ſuſpiceris aliam eſſe voluntatem filij ⁊ aliam pa/ tris/ quia dixerat: **Non vt faciam ⁊c̄.** ideo ſubdit: **Hec ē eni voluntas ⁊c̄.** Et determinat volūtatem patris dupli/ cem. Unam de futuro/ vt ſaluemur per filiū: alteram de pre/ ſenti/ vt credamus in filiū. Et cum cōſtet hoc idem velle filiū: patet ꝙ cōmunis eſt voluntas vtriuſqȝ. ſ. vt nos credamus et ſaluemur. Et hoc idē dicit filius/ Luc. xij. f. Ignē veni mit/ tere in terram: et quid volo niſi vt accendatur? Item. ſ. v. d. Sicut pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ſic ⁊ filiuſ quos vult viuificat. Ergo eadē ē vtriuſqȝ volūtas. Et nota ꝙ dic̄: **Hec ē voluntas eius qui miſit me patris**: nō dicit: Hec ē volūtaſ mea. Si eñ hoc dixiſſet/ vtiqȝ deſpexiſſēt q̄ſi pro ia/ ctantia. Dicit ergo: Qm̄ hec eſt voluntas patris/ vt oſten/ dat patrem concordare ſue voluntati ⁊ ſe coopari patris vo/ luntati: et in hoc oſtendit ſe nō ei contrariū: ſed potiuſ illos re pugnare ⁊ exprobrare patrē qui nō credebant filio. c **Ut omne qđ dedit mihi**/ ad cuſtodiendū: id eſt cui gratiā de/ dit in me credendi. d **Non perdā ex eo.** Matth. xviij. a. non eſt voluntas dei vt pereat vnus de puſillis. Contra. j. xvij. b. Nemo ex illis perijt niſi filius perditionis. Sol. Quoſdam dat deus per preſentem iuſticiā: et illi poſſunt pe/ rire: alios per predeſtinationē: et illi non pereunt. Uel ſignan ter dicitur: **Non perdam ex eo**: q: ſi aliquis perditur/ nō ab eo perdit ſed a ſe. e **Sed reſuſcitē illud in nouiſſi/ mo die.** Per primū notatur vitatio mali: id eſt perditionis gehenne: per iſtud notatur collatio boni glorie. Loquit enim de reſuſcitatiōe glorioſa: qđ patet/ ſicut dicit Chryſ. per id qđ precedit ⁊ qđ ſequitur. Sequit eni de vita eterna: cū dic̄ **Ut omis q̄ videt filiū ⁊ credit ī eū habeat vitā eter nā.** Precedit eni de eiectione ⁊ perditione remouenda: cum dic̄. **Nō eijciā foras**: et/ **nō perdā ex eo**: qđ de bonis in telligitur. Mali eñ eijcientur de ſocietate bonoꝝ ī tenebras exteriores: Matth. xxij. b. et. xxv. c. Et ibi perdētur/ ſcđm il lud Matth. x. d. Timete eum qui poteſt animā ⁊ corp⁹ per/ dere in gehennam. Sed quia ad reſurrectionē glorioſam ve/ nitur per fidem: ideo ſubdit: f **Hec eſt autem volun/ tas patris mei qui miſit me**: quaſi/ non ſolum vult pa/ ter vt ſaluemur per filiū: ſed etiam vult de nobis vt illam ſal/ tem mereamur credendo in filium. Et hoc eſt: g **Ut omis qui videt filiū ⁊ credit in eum**/ in preſenti. h **Habe at vitam eternam**/ in futuro quantum ad animā cui datur cognitio ⁊ fruitio dei. i **Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die**/ glorioſe: vt cum anima remuneret ⁊ corp⁹. Sed videtur ꝙ male dicat: **Qui videt filium et credit**: Immo potius: qui credit et videt: quia dicit Eſa. vij. b. Niſi credideritis nō intelligetis. Sol. Loquitur de viſione corpo/ rali: **qui videt filium**/ miracula facientem: **et credit**/ per hoc ductus ad fidem. Uel/ **Qui videt filium ⁊ credit**: id eſt qui q̄uis videat in carne patiētem: tamē credit in eum. Uel/ **qui videt ⁊ credit**: id eſt qui videt credendo ſiue per fidem. Uel aliter continuat. f **Hec eſt aūt voluntas.** Dixerat ꝙ voluntas patris erat/ vt id qđ dederat filio nō pe riret quantum ad animam/ ſed reſuſcitaret etiam quo ad cor/ pus: et quia hoc non expreſſerat neqȝ apparuerat quid ſit pa/ trē dare filio: ideo explanādo p̄dicta dic̄: **Hec eſt volūtas patris vt omnis qui videt filiū ⁊ credit i eum.** q. d. hoc ē patrē dare/ a patre datū eſſe credere filio. h **Ha/ beat vitam eternam**: et ſic non pereat. i **Et ego re/ ſuſcitabo eum**/ ſi/ cut prius. Sed que/ rit Chryſ. Cur ite/ rat et ponit totiens reſurrectionem? Et reſpōdet: Ut nō p̄/ ſentibus reb⁹ coar/ tent dei prouidenti/ am/ ſed in futurū eā extēdant. Itē vt hi qui preſentibus bonis nō potiunt: pigrio res non ſint nec deſperent/ ſed futura bona expectent. Itē vt mali qui hic non torquent/ aliam ſciant vitam in qua torque/ buntur. Ideo ergo repetit de reſurrectione/ vt ſciamus futu/ rum iudicium. Chryſ. Si auari eſſe voluerimus/ et ſi rapere/ et ſi inconueniens quid agere/ confeſtim diem illam in mentē mittamus ⁊ omni freno vehementius detinebit incōuenien/ tem impetū hec cogitatio. Dicamus ergo adinuicē ⁊ ad noſ/ ipſos: reſurrectio eſt/ ⁊ iudicium nos expectat terribile. Et ſi aliquē viderimus elatum ⁊ in preſentib⁹ bonis inflammatū: et ſi alium dolentem et ſi pigritantem alium viderimus ⁊ diſ/ ſolutum: ſemper id dicamus: quoniam iudicium eſt et reſur/ rectio. Sufficiēs hoc verbū omni formato magis noſtram curat animā: Eteni eſt reſurrectio/ et reſurrectio preeſt oſtijs nō lōge neqȝ procul. Adhuc eñ modicū quantuliīcqȝ qui ve/ nit veniet ⁊ nō tardabit: Abacuk. ij. a. Et omnes nos manife/ ſtari oportet ante tribunal chriſti/ et bonos ⁊ malos. ij. Cor. v. b. et Roma. xiiij. b. Hos quidē vt aū omnes verecunden/ tur: illos autem vt ante omēs clariores efficiant. Itē Chryſ. Sed fortaſſis dicet quis: Et quando erit conſūmatio: quan/ do autem erit reſurrectio: ecce quātum factum eſt tempus et nihil tale contigit. Sed enim credite: etenim qui ante diluui/ um erant talia dicebant ⁊ deridebant noe: et ſimiliter tempo/ re loth: ſicut dicitur. ij. Pet. ij. b. et Matth. xxiiij. d. ita ⁊ re/ ſurrectio erit. j. Theſſal. v. a. Cum dixerint pax ⁊ ſecuritas tunc repentinus ⁊c̄.

* debent eſſe ſtelle ⁊ luminaria in celo: id eſt in clauſtro ad illuminandū eos qui ſūt ī terra eccleſie. Et notandū ꝙ quidā cadunt de hoc celo: quidam expelluntur: quidam deſcendūt. Celū eni dicitur clauſtrum quaſi caſa helios: vel a celando ſcādalum ſi accidat inter eos. Cadunt autem de hoc celo qui ſponte exeunt. Apoc. vj. d. Stelle ceciderunt de celo ſup ter/ ram ſicut ficus emittit groſſos ſuos cum a vento magno mo/ uetur: id eſt cum temptatione concutitur. Et nota ꝙ vnū ſig/ num finis mundi eſt/ caſus ſtellarum: ſicut Matth. xxiiij. c. Et ita etiam dicit Hiero⁹. Alij expelluntur propter facinora ſua. Apoc. xij. b. Proiectus eſt ille draco magnus/ ſerpens antiquus qui vocat diabolus et ſathanas. Et nota quattuor cauſas propter quas aliquis eijcitur de clauſtro/ et eijciēdus eſt: que notantur per quattuor nomia diaboli/ que ponit ibi. Per h eni ꝙ dicit draco/ q: ſitit ſanguinē elephātis/ notatur vn⁹ caſus ſiue vna cauſa ꝓpter quā eijcit: hoc eſt homicidiū. Ali⁹ caſus eſt furtū: qđ notat ī eo ꝙ dicit ſerpēs. Diabol⁹ eni accepit aliū habitū. i. ſerpētiſ ſicut fur: et furat⁹ eſt hoi virtu/ tes ⁊ paradiſū. Itē eijcit ꝓpt vitiū ſodomie: qđ notat ī h qđ di/ citur diabolus: qui interpretat deorſum fluens. Item propt ſuſcitationē diſcordie ⁊ ſchiſmatis: qđ notat in hoc qđ dicit ſathanas: qui interp̄tat aduerſarius ſiue criminator. Leuit. xix. d. Nō eriſ criminator neqȝ ſuſurro ī ꝑplis. Alij deſcendūt ab hoc celo: q̄ exeūt p canonicā electionē: et deſcendūt a mō/ te cōtemplationis ad vallē actiōis et ſollicitudinē predica/ tionis: ſicut legit Exo. xix. d. Qui deſcēdit de mōte. ſ. ad do cendū populū. Et iſti debēt deſcēdere vt ducāt ad locū vbi ē ieſus: ſicut Mat. ij. b. ſtella duxit magos ad ieſū: ⁊ p ſuū deſ/ cēſū notificauit donū: q: ꝓpior fuit terre oib⁹ alijs Alia patēt vſqȝ ibi: Niſi mādūcaueritis carnē filij hois ⁊c̄. Moraliter

Nunc repentinus eis ſuperueniet interitus ⁊c. Hoc autem fit vt ſemper ſimus ſolliciti/⁊ in ipſa ſecuritate nō confidamus. Quid dicis o incredule: nō expectas reſurrectionē futurā eē: nō expectas futurū iudiciū eſſe? Demões cōfitent hoc/et tu inuerecūd⁹ ſis: Veniſti aiūt ante tpus torquere nos: Mat. viij. d. Qui ſpo tortionē dicebāt futurā eſſe/⁊ iudiciū ſciūt ⁊ noxas et ſupplicia. Item ſic ī alijs chriſtus anteceſſit nos: ita ⁊ in hoc: Etenim primogenitus propter h dicit ex mortuis: Col. j. c. Si eīn reſurrectio non eſſet vbi iuſticia dei ſaluaretur/tot quidē iniquis proſperantibus/tot vero bonis contribulatis/ et in tribulatione vitam diſſoluentib⁹? Sequitur:

E

Math. 13. g. Marci. 6. a. Luc. 4. d.

tabo eum in nouiſſimo die.
a Murmurabāt ergo iudei de
b illo: quia dixiſſet /ego ſum pa
nis viuus qui de celo deſcen-
c d di. Et dicebant: Nonne hic ē
e ieſus fili⁹ ioſeph: cui⁹ nos no-
f g uimus patrē et matrē? Quo-
modo ergo dicit hic: quia de
h celo deſcendi? Reſpondit er-
i go ieſus et dixit eis: Nolite
k murmurare ī inuicem. Nemo
l poteſt venire ad me niſi pater
m n q miſit me traxerit eū: et ego
o reſuſcitabo eum in nouiſſimo

a Murmurabant ergo iudei de illo: id eſt de chriſto: id eſt contra chriſtum. b Quia dixiſſet: ego ſum panis viu⁹ q de celo deſcēdi. Hinc manifeſtū ē ꝙ paulus de iudeis dixit Phil. iij. d. Quorum deus venter eſt et gloria in confuſione eorum. Quādo enī audierunt ꝙ nō manducarent panem carnalem /murmurāt: quādo quidem panē dedit eis et ventrē impleuit: nuc eū prophetā dicebant eſſe/ et regem facere volebant: modo aūt ſcandaliçant ⁊ fabri filium vocant: et pretendūt incredulitatis velamen/excelſum. ſ. ſermonem: quia. ſ. dixerat: Ego ſum panis qui de celo deſcendi. Hinc occaſionem ſumebant murmuris: hinc videbantur anxiari: verum non ex hoc erat/ ſed quia nō ſunt potiti mēſa corporali. Si enī vere anxiarent de h verbo/ oportebat interrogare ⁊ querere qualiter panis vite eſt/⁊ qualiter de celo deſcendit: nunc autem non hoc faciunt. Et ꝙ hoc non ſcandaliçaret eos/patet per hoc quia nō ceperunt murmurare quando audierūt verbum: ſed quando viderunt ꝙ non repleret ventres eorum. Item poſtq dixerat. ſ. eodem. d. Pater meus dat vobis panem verum de celo: panis enī verus ē qui de celo deſcendit: nō murmurāt ſed dicūt: Dñe ſemp da nobis hunc panem: non dixerunt: roga vt pater det: victi enī concupiſcētia cibi eum dignū fide eſſe eſtimauerunt ad exhibitionem. Que igitur cauſa ſcandali eorum ⁊ murmuris poſt modū/niſi qꝛ audierunt ꝙ manducare nō eſt/ rurſus decredi- derunt. Et nota ꝙ dicit/murmurabāt: nō aperte contradixerunt/ſed murmurabant adinuicē: Adhuc enī reuerebantur propter recens ſignum panū. c Et dicebant. Glo. indignantes ⁊ eius opprobria querentes/ in humilitate generis eius offendunt: Unde dicitur lapis offenſionis: Eſa. viij. c. d Nonne hic eſt ieſus filius ioſeph. Deſpectiue loquuntur. e Cuius nos nouim⁹ patrem/ioſeph: ſicut dicitur Luc. iij. e. Ut putabatur filius ioſeph. f Et matrem/mariā. Simile habetur Matth. xiij. g. et Marc. vj. a. et Luc. iiij. d. Et. j. Reg. x. c. Que nā res accidit filio cis? Et. j. viij. c. Ubi eſt pater tu⁹? g Quomodo ergo dicit hic: quia de celo deſcendi: ex quo nos ſcim⁹ generationem eius terreſtrem. Et nota ꝙ a duobus collatis ſumunt occaſionem murmuris: ex altitudine ſermonis chriſti/⁊ vilitate generis. Poſſet eis dici: Valde igitur mali eſtis ſi ideo mal⁹ eſt: quia eum cognoſcitis. Sed certe hoc ē qd ipſe ieſus dixit Luc. iiij. d. Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Ibi Glo. Propemodum naturale eſt ciues ciuibus inuidere: non enim preſentia viri opera/nō virtutem: ſed teneram recordātur infantiam: quaſi non et ipſi per eoſdem etatis gradus ad maturam etatem peruenerint. h Reſpondit ergo ieſus: quem nihil latet: qui abſcondita cordium intuetur: ſicut dicitur. j. Reg. xvj. b. et ideo ſcit murmur eorum occultum. i Et dixit eis: nolite murmurare ī inuicē/ occulte ꝙ non ſim panis qui de celo deſcendit qd vere ſum: ſed ſciatis ꝙ nemo poteſt venire ad me niſi a patre tractus: et iō vos non creditis me eſſe panem: quia nō eſtis tracti a patre:

Et hoc eſt: k Nemo poteſt venire ad me: id eſt credere in me: l Niſi pater qui miſit me traxerit eū: id eſt niſi gratia dei illum preuenerit/niſi pater reuelauerit: que reuelatio eſt attractio. Et querit hic Chryſ. cur eis dicentibus ꝙ ſit filius ioſeph/ non reſpōdet: non ſum filius ioſeph? Et reſpondet: quia nondum audire poterant mirabilē partum ſm carnē: multo magis nec ſuperiorem ⁊ ineffabilem intelligerent. Item Chryſ. Vehement eos ſcandaliçabat exiſti eſſe patre ⁊ contingēte: ſed tū nō reuelauit/ne vnū ſcandalum deſtruēs aliud faciat. His ergo rationibus omiſit reſpondere his que dicebant de ei⁹ generatione/⁊ ꝯuertit ſe ad confirmandū ea que dixerat de dono patris quo venitur ad filium/⁊ quō veniētes reficit/quia ipſe eſt panis. Unde dicit: Nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eū. Hoc eſt qd dixerat. ſ. eodē: Omne qd dat mihi pater ad me veniet ⁊c. Et eſt ſenſus: Nolite murmurare ꝯ me de hoc qd dixi: ſed potius contra vos: quorum incredulitas obſtinata meretur non trahi a patre. Chryſ. Hic inſiliūt manichei dicentes: Quoniā nihil in nobis poſitum eſt: id eſt in noſtra poteſtate. Sol. Nō facias vim in verbo trahendi: non enī notat violentiā: quia dicit Aug⁹: Cetera poteſt homo nolens /credere autem nō poteſt niſi volens. Vñ Chryſ. Non qd in nobis eſt deſtruit: ſed oſtendit nos auxilio indigētes: nō enī tractum dicit inuitū ſed multa potitū cum pugnatiōe. ſ. auxilio: vt ſit ſenſus: m Niſi traxerit: id eſt adiuuerit. Et ne putes ſenſibilē tractū/dic. j. eodē: Nō qꝛ patrē vidit quiſq niſi is q a deo eſt ⁊c. Et nota ꝙ dic trahit/propter duplex pōdus qd ē ī nobis. ſ. pōdus culpe: de quo Heb. xij. a. Deponentes omne pondus circumſtans nos peccatum. Item pondus pene: de quo Sap. ix. c. Corpus qd corrumpitur ⁊c. Et quia hoc trahere ē magne potētie: ideo patri attribuit tractus: qui tractus nō eſt violentie ſed miſericordie. Unde Aug⁹. Si poete licuit dicere: Trahit ſua quēq voluptas: non neceſſitas ſed voluptas: nō obligatio ſed delectatio: quanto magis nos dicere debem⁹ trahi hominē ad chriſtum qui delectat virtute/ delectatur beatitudine/delectatur iuſticia/delectatur vita eterna: qd totū eſt chriſtus. Da amantē et ſentit qd dico. Nota ꝙ dñs trahit ad ortū producēdo. Pſ. Dñs trahit multipliciter
Tu es qui extraxiſti me de ventre matris mee. Item trahit Pſ. 21.
inſpirando. Eſa. vij. c. Sibilabit dñs muſce ⁊c. Glo. id eſt inſpirabit. Item trahit flagellis quaſi cogendo. Pſ. Cum occideret eos querebant eum. Pſ. 77. Eſa. lix. d. Cum venerit quaſi fluuius violentus quem ſpiritus dñi cogit. Item promittendo. Eſa. j. e. Si audieritis me/bona terre comedetis. Item de his duobus inſimul dicit Oſee. xj. b. In funiculis adam trahā eos/ ī vinculis charitatis. Item trahit oſtendēdo bona ſua ⁊ preguſtatione eterne dulcedinis alliciendo: ſicut trahit muſca per dulcedinē mellis. Cant. j. a. Trahe me poſt te: in odore vnguentorum tuorum curremus. Item trahit gratiam ꝯferendo. Hiere. xxxj. a. In charitate ꝑpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans: id eſt dās miſericordiā ⁊ gratiam. Itē trahit nobis inherēdo. j. xij. e. Si exaltat⁹ fuero a terra oia trahā ad meipſū. Sed mīti ſūt ſic equi reſtitij vl retrogradi: q quāto plus trahunt: tāto plus retrocedūt. Pſ. Pro eo vt me diligerēt detrahebant mihi. Pſ. 108. Hiere. vij. e. Facti ſunt retrorſum et nō ante. Zach. vij. c. Auerterunt ſcapulam recedentes. Et ſubdit qd bonū ſit venientiū ad ſe. n Et ego/equalis patri: o Reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Glo. Faciā eum videre qd credidit: mādūcare qd eſurijt: habere qd amauit ⁊ deſiderauit: qd non poteſt eſſe in preſenti vbi trahit tm. Et nota ꝙ dixerat patrem trahere ad ſe: ⁊ neminē venire ad ſe niſi per patrem: ne propter hoc crederet filius non idem fa-

ce cere tanq minor.

F cere tanq̃ minor: ideo de ſe ſubdit: Et ego reſuſcitabo eum ꝛc̃. Chryſ. Non parua filij dignitas ſi pater ducit ⁊ ipſe reſuſcitat. Hoc autem dicit/ nõ diuidẽs opera ſua ab operibꝰ patris: ſed paritatẽ oſtẽdens virtutis. Inculcat autẽ ſermonẽ de reſurrectiõe ꝓpter quoſdã q̃ de ipſa dubitabant: vt ſaducei. Et iterũ ne crederẽt aliqui q̄ nõ mererentur qui de illo pane comederẽt/ quia dixerat de tali: non eſuriet ĩ eternũ: et quater repetitur ꝓpẽ quattuor dotes corꝑis: In nouiſſimo die/ cui nõ ſuccedit nox. Unde Abacuk. iij. c. Sol et luna ſteterunt ĩ habitaculo ſuo. a ¶Eſt ſcriptum in propheti. Qđ dixerat de tractu patris/ probat/ ⁊ ſermonẽ ſuum fidedignũ reddit per prophetas: et oſtẽdit etiam qualiter trahit docendo. ſ. ne ſenſibilem tractum intelligas. Unde dicit: Eſt ſcriptum in prophetis/ de predicto tractu patris: ſic/ b ¶Et erũt omnes docibiles dei: id eſt docebuntur a deo: qđ eſt trahi. Et ſumitur hoc de Hiere. xxxj. f. Non docebit vltra vir fratrem ſuum: quia omnes cognoſcẽt me ꝛc̃. Et Eſa. liiij. d. Ponam vniuerſos filios tuos doctos a dño. Et de Johel. ij. f. vt dicit Glo. vbi dicit: Dedit vobis doctorem iuſticie. Chryſ. Si omnes erũt docibiles dei: qualiter quidam non credunt? Sol. Omẽs: id eſt plures. Uel omnes ait eos qui volunt. Magiſter enim preſidet omnibus diſcipulis paratus effundere omnibus doctrinam. Simile. ſ. j. a. Illuminat omnem hominem ꝛc̃. Uel/ Omnes: id eſt aliquos de omnibus/ ſiue de omni generatione hominum. Uel/ Omnes ſunt docibiles: id eſt doctrina dei capaces naturaliter. Sed nõne ante erãt homines docibiles dei? Reſpondeo ſm Chryſ. Tunc per homines diſcebant que dei erant: nunc autem per vnigenitum ⁊ ſpiritũ docet pater. Uñ Heb. j. a. Multifarie multiſq̃ modis olim deus loquẽs patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis locutꝰ eſt nobis in filio. Uel/ Omnes docibiles dei: quia etſi homines foris loquuntur: tñ ſolus deus intus ſenſum aperit. c ¶Omnis q̃ audiuit a patre ⁊ didicit. i. q̃ audiẽdo didicit: id eſt diuina illuſtratione credit in patrem: vel cui pater dedit gratiam: qđ eſt trahi a patre. d ¶Uenit ad me: filium per fidem et amorẽ: ſicut dixit. ſ. eodẽ. d. Oẽ qđ dat mihi pater ad me veniet. Sed ne quis ſe excuſet/ dicẽs: Nunq̃ vidi patrem/ quomodo ergo diſco ab eo? Ideo ſubdit: e ¶Non quia patrẽ vidit quiſq̃: quaſi non dico hoc q̄ pater viſibilis ſit alicui vel audibilis: ſed quia docet per filium qui eum nouit perfecte. Unde ſubdit: f ¶Niſi is qui eſt a deo. Chryſ. Non ſm cauſe rationem dicit hic/ ex deo/ ſed ſm modum ſubſtãtie: quia ſi hoc non diceret/ omnes ex deo ſumus. g ¶Hic vidit patrem: id eſt perfecte nouit ſicut eſt. Matth. xj. d. Nemo nouit filium niſi pater ꝛc̃. Et nos docet patrẽ/ et ideo credite: quia/ h ¶Amen amen dico vobis: qui credit in me/ filium qui noui patrem ⁊ ſum ab eo: i ¶Habet vitam eternam/ per cauſam: id eſt per gratiam pro qua datur vita eterna: Roma. vj. d. Gratia dei vita ẽtna. Uel/ Habet/ iam in ſpe: Roma. viij. a. Uel promiſſionis certitudine: Matth. v. a. Uel/ Habet vitam eternam: id eſt me qui ſum vita eterna. Geñ. xv. a. Ego merces tua magna nimis. Glo. Potuit dicere: habet me/ ſed reuelat quid ipſe ſit: id eſt vita eterna. Et bene dico q̄ habet vitã eternã: q2/ k ¶Ego ſum panis vite: qui paſco/ donec paſtos iungam vite eterne. l ¶Panis vite/ intranſitiue: id eſt panis vita. ĩ. xiiij. a. Ego ſum via/ veritas ⁊ vita: Uel trãſitiue vel effectiue: id eſt panis vitam mundo conferẽs/ in preſenti vitam gratie: in futuro vitam glorie. Uel ſic. k ¶Ego ſũ panis vite: id eſt

(Margin: …th. 11. d. / …c. 10. d. / …e. diſ. 4. / …nedictus / …odem. d. / …cõſe. diſ. / …c. vera)

a die. Eſt ſcriptũm in prophe-
b tis: Et erũt omnes docibiles
c dei. Omnis qui audiuit a pa
d tre ⁊ didicit/ venit ad me. Nõ
e quia patrem vidit quiſq̃/ niſi
f g is qui eſt a deo: hic vidit pa-
h trem. Amẽn amen dico vo-
i bis: qui credit in me habet vi-
k l tam eternam. Egő ſum panis
m vite. Patres veſtri manduca
uerunt mãna in deſerto ⁊ mor
n tui ſunt. Hic ẽſt panis de ce-
o lo deſcendens: vt ſi quis ex ip
p ſo manducauerit: nõn moria
q r tur. Egő ſum panis viuꝰ qui
s de celo deſcẽdi. Si quis mã-
t ducauerit ex hoc pane/ viuet
v in eternũ. Et panis quem ego
dabo/ caro mea eſt pro mun-
x di vita. Litigabãt ergo iudei

carnem meam in paſſione mortificatam/ in reſurrectiõe viuificãs: q̃ caro digne ſumpta eſt cibus vite. Uñ. j. eodẽ. f. Qui manducat carnem meam ⁊ bibit meum ſanguinem habet vitam eternam. Chryſ. Panem vite ſe dicit: quia noſtram cõtinet preſentem ⁊ futuram. m ¶Patres veſtri manducauerũt manna ĩ deſerto ⁊ mortui ſunt. Confirmat reſponſionem quam fecerat ſupra eis querentibus ſignum de celo q̃le fecerat moyſes de manna: et dicit q̄ plus dat: quia iſte panis dat vitã: ille non dabat. Aſſine ergo vtriuſq̃ cibi differentiã facit. Itẽ in deſerto dicit. q. d. non extenſum in multum tempus/ neq̃ ſimul cum eis venit in terram promiſſionis: Hiere. ij. b. Item ille non deſcendit de celo ſed de aere: hic autem de celo. Unde ſequitur. n ¶Hic: id eſt in hoc loco: eſt panis ꝛc̃. Uel/ Hic panis/ quem do: eſt de celo deſcendens: quem manna prefigurauit. Chryſ. Quia petebãt panem de celo/ continue dicit: de celo deſcendi. o ¶Ut ſi quis ex ipſo manducauerit/ credendo et amando: vel digne carnem eius ⁊ ſanguinẽ ſumẽdo. p ¶Nõ moriatur: ſicut mortui ſunt qui manna comederunt. Non moriatur dico: quia/ q ¶Ego ſum panis viuus: id eſt viuificans comedentem quantum in me eſt. r ¶Qui de celo deſcendi/ vt eſſem panis hominũ qui prius eram angelorũ. Augꝰ. Quomodo ſit panis determinat: non ſolum ſm verbũ quo viuunt omnia/ ſed etiam ſm carnẽ aſſumptam pro mũdi vita. Chryſ. dicit. Sufficit dicere/ Ego ſum panis viuus: id eſt ego dabo vobis panem viuum: quare addit: Qui de celo deſcendi? Reſpondet: quia iudei facientes mentionem de manna querebant cibum de celo: propterea continue dicebat: De celo deſcendi. s ¶Si quis manducauerit ex hoc pane. ſ. ſi quis eucharıſtiã digne ſumpſerit: vel quis chriſtũ fide ⁊ amore ſibi iunxerit: et verba eiꝰ et exempla in nutrimentũ ſui cõuerterit. t ¶Uiuet in eternũ: ſi in hoc perſeuerauerit. Et quia adhuc vacillabant de h̃ quomodo diceret ſe panem/ et ad panes materiales vacillabant: ideo aperte dicit: v ¶Et panis quem ego dabo/ caro mea eſt pro mundi vita. Bern. Bonꝰ miniſter qui carnem in cibũ ⁊ ſanguinẽ miniſtrat in potũ. Chryſ. Uide qualiter eos paulatim ad ſeipſum ducit: Hic enim ſeipſum ait dare non patrem: ſuperius autem dixerat q̄ pater dat. x ¶Litigabant ergo iudei ꝛc̃. Semper creſcit infidelitas in eis: Prius dicuntur murmuraſſe: hic dicuntur litigare. Sed ſicut dicit Chryſ. Extranea quedã erat doctrina poteſt quis dicere et alterata: et ideo non fuit mirum ſi litigabant. Cui reſpondeo/ q̄ hoc iohãnes enigmatice inſinuauerat/ agnum eũ vocans. ſ. j. d. Sed neq̃ ita nouerũt/ dicis. Et ego reſpondeo/ q̄ nec diſcipuli nouerũt quid diceretur: et tñ ſuaſi ſunt ⁊ ſequebantur/ ⁊ cõfitebant verba vite eterne eũ habere. Hoc enim boni diſcipuli eſt/ non circumſcrutari ea q̃ magiſtri ſunt: ſed audire ⁊ ſuaderi/ ⁊ cõgruũ tempus expectare ſolutionis: ita ⁊ iudeos facere oportebat. Et q̄ diſcipuli neſcirẽt quid diceret de comeſtiõe carnis ſue/ patet: quia neſcierunt de reſurrectiõe. ſ. ij. d. Soluite templũ hoc ꝛc̃. et tñ ſcripture loquuntur et prophete de reſurrectione: ſed quoniam hominis carnem quis mãducauerit nuſq̃ quis dixit eorum. Item querit hic Chryſ. Quare dominꝰ hec verba dixerit iudeis qui ex his ſcandalizantur: ex hoc eñi abierunt retro: cur ergo nõ ſolus hoc tradidit diſcipulis: ſicut Marci. iiij. d. dicitur. Seorſum autem loquebatur eis. Sol. Multa vtilitas fuit horum verborum ⁊ neceſſitas: quia enim inſtabant petentes cibum corporalem et magnificantes manna: idcirco oſtẽ-

(Margin: De. cõſe. diſ. 2. c. forte. et. c. reuera / De cõſe. diſ. 2. c. chriſtus. et. c. vtrũ. et. c. oia / F)

dit ꝙ manna typus erat ⁊ vmbra: veritas autem hic pręſens: ideo meminit cibi ſpiritualis: Tempus em̄ erat de myſterijs loqui: quia commendabāt vmbram. Item quia quęrebāt cibum de cęlo: ideo ſe oſtēdit cibum eſſe de cęlo. Preterea obſcuritas eorum quę dicuntur/ſemper erigit auditorem ⁊ attentiorem operat. Non ergo oportebat ſcandaliçari/ſed interrogare/cōgruum erat et inquirere. Si eni prophetam eum putabāt/oportebat credere nō recedere: q̄re illoꝝ amentię ſcandalum erat: non quia eſſent indiſſolubilia ea quę dicebantur a chriſto ſi ſolutionem quęſiſſent in fide. Cauſa autem litigationis eorum erat infidelitas: Unde dicitur: Litigabant iudei adinuicem dicentes: quomodo vel qualit poteſt hic/deſpectiue/ nobis carnem ſuam dare ad mā/ducādū? In quo patet eoꝝ infidelitas: quia credebāt ꝙ loqueretur de carne ſua comedenda dentibus ⁊ dilaniāda. Nec dicūt hoc quęrēdo vt diſcāt/ſ; deſperatiue. Chryſ. Cū quęſtione hmōi: id eſt qualit intrauerit/ſimul intrat ⁊ infidelitas. Ita. s. iij. a. de nicodemo: Quomodo poteſt homo naſci ⁊c. Sed ſi hoc/qualiter dicis: quare in panib⁹ h̄ non dixiſti: qualiter. ſ. quinq; panes in tot extendit? Quoniā ſaturationis ſolum erāt ſerui: nō miraculoſę viſionis. Sed dicis ꝙ experientia eos tunc erudiuit. Et ego reſpondeo/ꝙ ex illa experientia oportebat illos credere eis q̄ nunc dicebat de carne ſua: ideo enim prius mirificauit/vt per illud edocti non vltra decrederent his quę dicerentur. a Dixit ergo eis ieſus. Quia dubitabant/vel potius decredebāt/quę dixerat magis affirmat: qđ ſi non eis tn̄ nobis profuturum erat. Item quia dicebant impoſſibile: ideo aſſerit neceſſariū eē/dicēs: b Amē amen dico vobis: niſi manducaueritis: quaſi et ſi ignoratis quis ſit modus dādi vel manducandi: tn̄/ c Niſi mā̄ducaueriti/ p fidē: ſm illud Auguſ. Crede ⁊ mā̄ducaſti. Uel/Niſi manducaueritis carnem filij homis ⁊ biberitis eius ſanguinē/ nō habebitis vitam in vobis: Uitam gratię vel glorię. Nota tria eſſe in ſacramento eucharíſtię: Speciē panis/corpus chriſti verū/ corpus chriſti myſticum. Primū eſt ſignum tm̄: ſecundum ſignum ⁊ res: tertium res tm̄. Primū ſumitur tm̄ ſacramentaliter: ſecundū ſacramentaliter ⁊ ſpiritualiter: tertium tm̄ ſpiritualiter. Primum et ſecundum poteſt ſumere cōmuniter bonus ⁊ malus: ſed malus ad mortem: bonus ad vitam. Tertiū non poteſt ſumere niſi bonus: Nam corpus chriſti myſticum manducare nihil aliud eſt ꝙ fide/ſpe et charitate vnitati eccleſiaſticę incorporari. Sequitur: e Qui manducat meam carnem et bibit meū ſanguinem/ habet/ iam in ſpe/ vitam ęternam. Hic aperit de qua vita dixerat/ ne de temporali intelligerent. Superius autem dixerat de futuro: Uiuet in ęternum. Hic dicit quod plus eſt de pręſenti/ Habet vitam ęternam: quia iam habemus arram: Scđm illud Roma. viij. e. Spe ſalui facti ſumus. Uel/ Habet vitam ęternā/ nūc ſm animam/cui⁹ eſt vita de⁹. Sed nec caro fraudabitur ſuo tempore remuneratione. Unde ſequitur: Et ego reſuſcitabo

Tria ſūt i ſacremento eucharíſtię

Moraliter c Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam i vobis. Qđ exponitur tripliciter. Niſi mā̄ducaueritis/ſpiritualiter. ſ. per fidem. Uel vt ſumatur antecedēs pro conſequēti: Niſi manducaueritis: id eſt niſi vniti fueritis per charitatem filio dei/qui eſt filius hominis: qđ fit digne mandu cādo carnem eius ſub ſpecie panis. d Nō habebitis vitam in vobis: quia membra ſeparata a corpore nō poſſunt viuere. Tertio exponitur de illis qui ſe non pręparāt ad hoc vt digni ſint accipere corp⁹ chriſti tempore ſuo: vt ſit ſenſus: c Niſi mā̄ducaueritis: id eſt ad manducandum

adinuicem/dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnē ſuam dare ad manducandū?
a Dixit ergo eis ieſus: Amen
b
c amen dico vobis: niſi mā̄ducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinē
d nōn habebitis vitam in vobis.
e Qui mā̄ducat meā carnē ⁊ bibit meū ſā̄guinē/habet

digne pręparaueritis ⁊c. Unde Numeri. ix. b. Si qs mūdus eſt ⁊ in itinere non fuerit/⁊ tn̄ non fecerit phaſe/exterminabit anima illa de populis ſuis. Per hoc duo genera tm̄ excluduntur a cōmunicatione: et omnes alij peccant mortaliter ſi non cōmunicant tempore ſuo. Per imundos intelligūtur infideles: qui nō ſunt de eccleſia. Per illos q̄ i itinere/ cathecumini: qui ſūt in via ad ſuſcipiendum ſacramētum baptiſmi ⁊ fidem. Neutri peccant ſi nō cōmunicent: q2 pręceptum nō extenditur ad eos. Ex h̄ etiam ſumitur argumentum ꝙ propter aliquam immūdiciam/et etiam quādo homo eſt in via/ad litteram/poteſt differre cōmunionem: ita tn̄ vt poſtea non omittat eam. Item Exo. xij. a. Tollat vnuſquiſq; agnum per domos et familias ſuas: et nullū excludit hebręum: id eſt chriſtianum. Et propter q̄nq; cauſas peccant qui non cōmunicāt tempore determinato ab eccleſia. Prima eſt: quia quantū in ipſis eſt ſcindunt vnitatem corporis chriſti myſtici: id ē eccleſię. j. Cor. x. d. Quoniam vnus panis et vnum corpus multi ſumus: qui de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Secunda propter contemptum: quia vocati ſunt ad cęnam domini ⁊ nolunt venire: vnde eſt ibi cōtempt⁹. Unde Matth. xxij. a. Perdidit rex homicidas illos. ſ. qui venire contempſerūt vocati. Homicidis ergo comparantur/qui ſe non pręparant ad cōmunicandū tempore ſuo. Tertia cauſa eſt: quia in hoc ꝙ nolunt corpus chriſti recipere faciūt iniuriam ipſi: qui ſemel in anno nolunt reddere procurationem domino quam debēt ei in hoſpitio ſuo. Unde conqueritur Matth. xxv. d. Hoſpes fui ⁊ non collegiſtis me. Uere enim hoſpes eſt ſub ſpeciebus iſtis quaſi ſub veſte pegrina. Matth. viij. c. Uulpes foueas habēt et volucres cęli nidos: filius autem homis non habet vbi reclinet caput ſuum. Quarta cauſa eſt: quia ſunt violatores teſtamēti dn̄i: qui nobis corpus ſuū tradidit ſumendū in cōmemorationem ſuę paſſionis. j. Cor. xj. f. Hic eſt calix noui teſtamenti i meo ſanguine ⁊c. Quinta cauſa ē: q2 tales a fonte plenitudinis gratiarum ſe diuidunt: et ideo nō eſt mirum ſi areſcunt. Job. viij. b. Nunq̄d virere poteſt ſcirp⁹ abſq; humore/aut creſcere carectū abſq; aqua? e Qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum ſanguinē/habet vitā ęternam. j. eodē. Qui manducat me viuet propter me: qui. ſ. ſum vita viuens ⁊ viuificās. j. xiiij. b. Ego ſū via/veritas ⁊ vita. Oſee. xj. b. Memoriale tuum: id eſt corporis ⁊ ſanguinis ſacramentū: qđ in cōmemorationem paſſiōis eſt inſtitutū: vt dicit Luc. xxij. b. et. j. Cor. xj. f. eſt ſicut vinum de aui. quod eſt medicina ⁊ potus: quia ſanat ⁊ ſatiat/ et ita vitam conſeruat et dat ⁊ reſtaurat. Unde. j. Reg. xxx. c. Cum comediſſet reuerſus eſt in eo ſpiritus eius ⁊ refocillatus: qui. ſ. panem et aquam et maſſam caricarum et vuampaſſam comedit. Panis ſignificat corp⁹ chriſti: quia corroborat ⁊ dat virtutem reſiſtendi peccato. Ps. Panis cor hominis confirmat. Geñ. xviij. a. Ponam buccellam panis corā vobis ⁊ confortetur cor veſtrum. Sed Threñ. j. b. dicitur: Facti ſunt velut arietes non inuenientes paſcua: abierunt abſq; fortitudine ante faciem ſubſequentis. Item dicit aqua: q2 ſitim cupiditatis ⁊ peccati extinguit. Hęc eſt aqua quę fluxit de petra chriſto. j. Cor. x. a. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. Itē ſignificat corpus chriſti per maſſam caricarum: quia mentem delectatione reſpergit. Deut. xxxij. b. Ut ſugeret mel de petra ⁊c. Item ſignificatur per ligaturam vuępaſſę: quia cōpunctione mentem iebriat. Uua enim paſſa/caro chriſti ē paſſa. Cant. j. d. Botrus cypri dilectus meus mihi. Cyprus interpretatur

Quinq; mod peccāt nō cōmunicātes ſtatutis temporibus.

Ps. 103.

*  mœror vel triſticia

a vitā eternā: ēt ego reſuſcita/
b bo eum in nouiſſimo die. Cā/
c d ro enim mea vere ēſt cibus: ēt
ſanguis meus vere eſt potꝰ.
e Qui manducat meam carnē
et bibit meum ſanguinem: in
f g mē manet ⁊ ego i illo. Sicut
b miſit me viuens pater/ ēt ego
i viuo propter patrem: ēt qui
manducat me/ et ipſe viuet
k l propter me. Hic ēſt panis
m qui de celo deſcendit. Nōn
ſicut manducauerunt patres
veſtri manna/ et mortui ſunt:

☞ a ¶Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Chryſ. Quia dixerat. ſ̄. eodē: Nō moriet in eternū: et hic ſimiliter: habet vitam eternam: ne obijciant ſicut. j. viij. g. Abraam mortuus eſt et prophete: ſoluens hoc ponit reſurrectionem. Et ne putēt enigma eſſe vl' parabolam qđ dictum eſt/ addit ⁊ hoc: b ¶Caro eni mea vere/ quaſi nō parabolice/ c ¶Eſt cibus/ anime. Vel/ Vere/ ad differētiā typici cibi. ſ. manna: quod in figura huiꝰ preceſſit. Et ſanguis meus vere eſt potꝰ. Vel/ Vere/ dicitur: quia vera caro chriſti ⁊ verꝰ ſanguis ſumitur ſub ſpeciebus panis et vini in ſacramēto: Cōtra hereticos qui dixerunt ꝙ id qđ ſumitur/ nō eſt verum corpus chriſti ſed repreſentatiuū. Et exponūt illud verbū: Hoc eſt corpus meum: id eſt hoc ſignificat corpus meum: ſicut illud. j. Cor. x. b. Petra autem erat chriſtus. Cōtra iſtos dicitur/ ꝙ caro vera et ſanguis verus ſumitur: id eſt vere ē cibꝰ: quia famem pellit/ ⁊ veram ſacietatem facit: cibus autem corporalis nō naturā ſatiat/ ſed potiꝰ refocillat: ideo nō vere ē cibus. Sequitur: e ¶Qui manducat meam carnem et bibit meum ſanguinem in me manet ⁊ ego in illo. Chryſ. Hoc videtur incompactum: habet tñ multā harmoniam: id eſt cōuenientiā ad predicta. Quia enim ſepius dixerat: Habet vitam eternam ⁊c̄. probat hoc ſic. In me manet: viuo autem ego: ergo ⁊ ille viuet. Quod autem viuat filius oſtendit: quia ⁊ viuit pater in quo manet. Unde ſubdit: g ¶Sicut miſit me viuēs pater ⁊ ego viuo ꝑpt̄ patrem: .i. ſic viuit pater meꝰ q̄ miſit me: ita ego viuo. Chryſ. Hoc/ ſicut/ cōparatiuū ē ⁊ aſſimilatiuū. q. d. viuo ego ſic pat̄. Quod autem adiecit/ ꝑpter patrem: hoc dicit vt non ingenitū eſtimes filium: ſed a patre habere vitam. Unde. ſ̄. v. e. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio ⁊c̄. Glo. exponit de vita qua viuit chriſtꝰ homo/ ſic: Sicut miſit me viuēs pater: id eſt me hominem fecit. h ¶Et ego viuo propt̄ patrem: id eſt ſicut me hominem fecit: ita vitam in me conſeruat glorioſam: et ad ipſum refero vitam meam. i ¶Et q̄ manducat me ⁊ ipſe viuet propt̄ me: quaſi/ ſicut ego homo viuo propter patrem viuū cui vnior: ſic qui māducat me et mihi vnitur ex me viuit: ſicut membrum iunctū corpori viuit ⁊ ſeparatum non viuit. k ¶Hic eſt panis ⁊c̄. Hic filius hominis/ ad cuius eſum carnis inuito/ l ¶Eſt/ ille/ panis qui de celo deſcendit: id eſt filius dei: et ideo habet efficaciam viuificādi quod non māna. Unde ſequit̄: m ¶Nō ſicut manducauerunt ⁊c̄. Dico qui manducat me: ſed nō ſicut māducauerūt patres veſtri māna/ vētre et dente. q. d. nō ſic comedor/ ſ fide ⁊ ſacramenti perceptiōe. Vel Nō ſic q̄tū ad efficaciā. Un̄ ſeq̄t̄: Et mortui ſ̄t: ſ potiꝰ:

☞ Qui manducat hunc

poraliter * merot vel triſticia: tñ compunctio illa que confertur in perceptiōe corporis domini/ plus habet dulcedinis q̄ amaritudinis vl' acetionis/ ſicut vuapaſſa: et ſic reuerſus eſt ſpiritus egyptij: id eſt peccatoris. Sed quid eſt ꝙ totiens dicitur ꝙ iſte cibus viuificat: quomodo ergo ſacerdotes q̄ quotidie comedunt hūc panem/ moriunt̄ ſpiritualiter ⁊ viuūt. Et dicendū ꝙ propter quattuor cauſas. Prima eſt: quia nō maſticant ipſum cibum per cōſideratiōnē precioſitatis ⁊ ſanctitatis eiꝰ nature quemadmodum debēt ſumere ipſum ⁊ vas eius eſſe: cum tñ dicatur Prouerb. xxiij. a. Quando ſederis vt comedas cum principe/ diligenter attēde que ſunt appoſita ante faciem tuam cum principe/ id eſt cū deo patre/ vt comedas etiā ipſum principem. Prouerb. xxj. c. Theſaurus deſiderabilis quieſcit in ore ſapientis: id eſt in corde per diligentem conſiderationem: ſtultus autem tranſglutit illud. Alij non nutriuntur: quia non ſapit eis dulcedo huius panis: et hoc aut quia habent affectum ad carnalia: et ſic habent palatum infectum: aut quia iam impleti et ſatiati alijs cibis: cum deberent facere ſicut illi qui preguſtant vinū ieiuni: vel poſtq̄ parum comederunt/ de his etiam que faciunt ad habendum ſaporem et appetitum vini: et ideo illis qui infecti ſunt vel ſatiati: quia ſolū dulce nutrit/ et ipſi non ſentiunt dulcedinem/ nō nutriuntur iſto cibo. De p̄mis dicit̄ Numeri. xj. b. In mentem nob veniūt cucumeres ⁊ pepones porriq̄/ cepe ⁊ allia. Hoc dicebant faſtidientes manna. De ſecundis habet̄ Prouerb. xxvij. a. Anima ſatiata calcabit fauum: et anima eſuriēs etiam amarum pro dulci ſumet. Alij non nutriuntur quia nō habent vim retentiuam/ ſed totum reijciunt ⁊ euomunt. Et h̄ cōtingit ex duobus. Ex debilitate ſtomachi/ vel ex nimia impletione. Eſa. xxviij. e. Coanguſtatum eſt ſtratum: id eſt cor ita vt alter decidat ⁊ pallium breue vtrunq̄ operire non poteſt. Job. xx. b. Diuitias: id eſt corpus chriſti/ quas deuorauit euomet ⁊c̄. quia non vult dominus manere in ſentina diaboli. Alij non nutriuntur: quia non habent virtutem aſſimilādi/ ſed degenerat cibus in putredinem et humorem corruptum. Hec aſſimilatio debet eſſe i virtutibꝰ exemplaribꝰ ⁊ exemplatis chriſti ⁊ anime. Diuerſe enim virtutes diuerſa ſunt membra ſpiritualis hominis. Job. xx. b. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aſpidum. j. Cor. xj. g. Judiciū ſibi māducat ⁊ bibit. a ¶Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die: quaſi nō ſolum anima habebit vitam/ ſed ⁊ corpus reſurget in gloriam. b ¶Caro enim mea vere eſt cibus ⁊c̄. id eſt habet efficaciam cibi: quia ſatiat ſpiritualiter ſicut cibus corporaliter. De hoc pane dicitur Daniel. x. a. Ego lugebam trium hebdomadarum dies: et panem deſiderabilem non comedi: et caro et vinum non introierunt in os meum. Tres hebdomade ab adam vſq̄ ad legem: et a lege vſq̄ ad chriſtum ⁊ a chriſto vſq̄ ad eius paſſionem quando inſtituit ſacramētum hoc. Leuit. xxvj. b. Vetuſtiſſima veterum comedetis et nouis ſuperuenientibus vetera proijcietis. Vetuſtiſſima veterum ſunt corpus ⁊ ſanguis chriſti ſub ſpecie panis ⁊ vini: que in oblatione melchiſedech figurata ſunt: Geñ. xiiij. d. Vetera aūt ſūt legalia. Geñ. iij. d. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. e ¶Qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum ſanguinem in me manet tanq̄ membrum in corpore. f ¶Et ego in illo: ſicut dominus in hoſpitio/ ſacerdos in templo: ſicut ſponſus i thalamo ſponſe. Et nota ꝙ vtile eſt talem hoſpitem recipere honeſte i domum ſuam: quia ſoluit omnes expenſas totius familie/ et dat ſingulis munera. Sap. vij. b. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Prouerb. iiij. b. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum ⁊ corona inclyta proteget te. Per ſumptionem enim euchariſtie confirmatur ⁊ radicatur ⁊ multiplicat̄ in nobis gratia. Unde. j. Reg. vj. b. Nūciatū eſt dauid regi ꝙ benedixiſſet dñs obeth edom/ eo ꝙ recepiſſet arcam dñi: id eſt corpus chriſti: in hoſpitio: id eſt in corde ſuo. Eccl. iiij. b. Qui tenuerint illam/ vitam hereditabūt: ⁊ quo introibit benedicet deꝰ. i. ditabit ⁊ multiplicabit. Heb. xiij. a. Hoſpitalitatis nolite obliuiſci: per hanc enī placuert angelis hoſpitio receptis. Ergo qui deū ſuſcipiet: multo magis placebit ei. j. xj. f. Dñs laçarum ſuſcitauit: qui erat hoſpes eius ⁊ de longinquo venit vt eum reſuſcitaret. Idem ergo ſperet qui ſe mortuū fuiſſe ꝑ pctm̄ timet: et nō ꝑpter h̄ dimittat ſumere dūmodo nō ſit in volūtate vel ꝯſciētia mortalis. Itē. iij. Reg. xvij. d. Helias filiū hoſpit. ſui ſuſcitauit. Et ſimiliter heliſeus. iiij. Reg. iiij. f. Cetera ſat. expoſita ſūt i p̄ma expoſitiōe ⁊c̄.

Marginal notes (left, partly cut off): nſe.diſ.2. corpus.et. quibus.et. plicit.et.c. n.et.c.in — nb.26.c. — e plures otes qui die cōicāt aentur

Marginal note (right): De conſe. diſ. 2. c. in chriſto. Eadē diſ. c. inuitat. et. c. qui māducat

ꝟ a ❡Qui manducat hunc panem viuet in eternum: in me qui ſum vita. j. xiiij. a. Chryſ. Eadem ſepe circumuol/uit verba/ vt infigat mentibus auditorum. Ultima enim que/dam erat doctrina de his: id ē euchariſtia ⁊ de reſurrectione ⁊ de vita eterna facere credere. Phil. iij. a. Eadem vobis ſcri/bere mihi quidē non pigrum: vobis autē neceſſarium. Item totiēs promittit vi/tā: quia hoc deſide/rabile hominibꝰ: et nihil ita delectabile. Unde ⁊ in veteri te/ſtamento erat pro/miſſio longitudo vi/te et multi dies: Exo.
24.q.1.c. audiuimꝰ xx.b. Chriſtus autē
De pe.diſ.4. promittit non longi
c.ſi ex bono tudinem/ ſed vitam
G finem non habētem.
De cōſe.diſ. Item ſic promittē
2.c.prima do oſtendit ſe reuo/care ſententiam mor/tis datam in adam:

a Qui manducat hunc panem
b viuet in eternum. Hec dixit i
c ſynagoga docens in caphar-
d naum. Multi ergo audienteſ
e ex diſcipulis eius dixerunt:
f Durꝰ eſt hic ſermo: Et quis
g potest eum audire? Sciens
h autem ieſus apud ſemetipſū:
i quia murmurarēt de hoc diſ-
k cipuli eiꝰ/ dixit eis: Hoc vos
l ſcandaliçat. Si ergo videritis
m filium hominis aſcendentem
n vbi erat prius. Spiritus ēſt
o qui viuificat: caro nō prodeſt
p quicq̄. Uerba que ego locu-
q tus ſū vob/ ſpiritus ⁊ vita ſt.
r Sed ſunt q̄dam ex vobis qui
s nō credūt. Sciebat eni ab ini
t tio ieſus q̄ui eſſet credētes: ēt
v q̄uis traditurus eſſet eum. Et
x dicebat: propterea dixi vo-
y bis: q̄ nemo pt venire ad me
z
a
b
c
d
e
f

Gen. ij. c. Et nota ꝙ ne intelligerent de vita preſenti ſemper duranda: ideo ponit ſimul reſurrectionē. Sequit: b ❡Hec predicta/ c ❡Dixit in ſynagoga. Chryſ. In ſynagoga ſepe ⁊ i templo docet: propter duo: Multitudinē venari vo/lens. Item oſtendere ꝙ non eſt patri contrarius. d ❡Do/cens in capharnaū/ vbi plurimas fecit virtutes: et ideo oportebat eum ibi maxime audiri ⁊ credere ei. e ❡Multi ergo audientes ex diſcipulis eius/ carnaliter ſapien/tes quaſi particulatim carnē q̄ indutus erat ſe eis diſtributurū promitteret. f ❡Dixerūt/ int ſe. g ❡Durꝰ ē hic ſermo.

Durus ad { Audiendum hereticis / Credendum infirmis / Faciendum peruerſis / Intelligendū cunctis }

Chryſ. Quid ē durꝰ: aſper/ laborioſus/ anxietatē habēs? Nō q̄ nihil tale dixerat: neq̄ ei̅ de republica loquebat: ſed de do/gmatibꝰ ⁊ fide. Quid igit eſt durus ſermo? Q̄m vitam pro/mittebat ⁊ reſurrectionem: quoniam dicebat de celo ſe deſcē/diſſe: et quoniam ſaluari impoſſibile eum qui non manducat eius carnem? Hec igitur dic mihi ſūt dura? et quis vtiq̄ hoc dicet? Quid igit eſt durus? Reſpondeo. Durus: id eſt diffi/cile credibilis/ ſuperexcedens eorum imbecillitatem et ſapi/ens tumorem ⁊ elationem. Eſtimabant enim eum ſupra ſeip/ſum loqui. h ❡Et/ ideo dixerunt: quis poteſt eum au/dire? id eſt ei obedire: cum ſit contra naturam carnes homi/nis comedere. Uel/ Quis poteſt eum audire: id eſt ſuſti/nere loquentem tam alta de ſe ⁊ magna ſuper ſe. Dicit eni ſe dare vitam ⁊ de celo deſcendiſſe. Chryſ. Pro ſeipſis dice/bant excuſanes quia debebant reſilire i ❡Sciens autem ieſus/ quē nil latet: Heb. iiij. d. et. j. Reg. xvj. b. k ❡Apud ſemetipſum: id eſt nullo dicēte. l ❡Q: murmurarent de hoc diſcipuli eius. Murmurarēt dicit: quia ſic illa dixerant/ vt ab alijs non audirentur. m ❡Dixit eis: quod fuit ſignū ſue deitatis: occulta. ſ. eoꝝ i mediū ferre. n ❡Hoc vos ſcandaliçat/ q̄ dixi de carne mea ⁊ ſanguine. Item de vite datione ⁊ de deſcenſu de celo. Et ad hoc reſpōdet ſic: o ❡Si ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius: q̄d diceris ſupple? Quaſi vos ſcādaliçami/ni de hoc ꝙ dico magna de me/ ⁊ ꝙ deſcendi de celo: q̄d ergo diceris q̄ū videbitis me in celū aſcendere q̄ maiꝰ videtur? Et nota ꝙ de duobus ſcandaliçabant. Unum erat altitudo ver/borum: et ad hoc reſpondet primo. Aliud erat abſurditas de carne ſua comedenda: et ad hoc reſpondet ſecundo dicens: Spiritus eſt ⁊c. Sed querit Chryſ. quare ſic reſpondet de aſcenſu ſuo in celum iudeis ſcandaliçatis? Uidetur enim dubitationem ⁊ ſcandalum magis augere q̄ ſedare. Et ad h reſpondet: ꝙ immo/ dicendo vnū ſolum magnum de ſe/ magis ſcādaliçaſſet: nam qui vnum quid magnum de ſeipſo loquit/ ſuſpicabilis fit quaſi fingens: qui autem tot dicit magna per ordinem/ omnem tollit ſuſpicionem: Ideo nō ſimpliciter di/xit: quia de celo deſcendi: ſed addidit/ quia eſt panis vite: et ꝙ caro eius vita eſt mundi/ et ſicut miſit me viuens pater ⁊ ego viuo propter patrem: et nunc vltimo dicit de aſcenſu in ce/lum. Et dic: Si er/go videritis ⁊c. q. d. non fingo que dico: quia vos vide/re poteritis et vide/bunt quidam veſtrū maius de me. ſ. aſcē/ſum i celum. Sic re/ſpondit dominꝰ na/thanaeli. ſ. j. g. Q̄m dixi tibi: quia vidi te ſub ficu credis: maiora his videbis ⁊c. Et nicodemo. ſ. iij. b. Nullus aſcen/dit in celum niſi fili/ 13.q.4.ca buchodono
us hominis ⁊c. Augꝰ. legit ſic. n ❡Hoc vos ſcādaliçat q̄ dixi de carne mea. o ❡Si ergo videritis filium ho/minis aſcendentem vbi erat prius: Et eſt oratio ſuſ/penſiua ⁊ defectiua: quaſi/ tunc intelligetis quia non do cor/pus meum per partes dilaniādum/ vt putatis: quia me inte/grum aſcēdere in celum poteritis videre: et ſic videbitis vos carnali intellectu deceptoſ. Sequitur: p ❡Spiritus eſt q̄ viuificat: id eſt ſpiritualis intellectꝰ confert vitam. q. d. ſpi/ritualiter oportet de me audire. Qui enim carnaliter audit/ ni/hil proficit. Unde ſequitur: r ❡Caro nō prodeſt q̄cq̄. i. carnalis ſenſuſ. Sed obijcit Chryſ. Quia. ſ. eodē dicit: Qui manducat carnem meam habet vitam eternam. Item. Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊c. qualiter igitur non prodeſt ſine qua viuere nō eſt? Sol. Non de carne ſua dixit: ſed de carnali audientia. q. d. qui hec carnaliter acceperit/ in nullo ei proſunt ſed obſunt. Aliter ſolet exponi. p ❡Spi/ritus eſt qui viuificat: id eſt ſpiritualis ſumptio et myſti/ca. r ❡Caro non prodeſt quicq̄: id eſt ſacramētalis ſū/ptio tm̄: immo obeſt ſine ſpirituali. Uel/ Caro nō prodeſt quicq̄/ ſic ſumpta vt vos putatis. Uel/ p ❡Spiritꝰ: id eſt deitas. q ❡Eſt qui viuificat/ animam. r ❡Caro/ chri/ſti q̄uis mūda ⁊ ſancta: s ❡Non prodeſt quicq̄/ ſine dei/tate. Prima expoſitio magis rn̄det textui ſequēti. t ❡Uer/ba que ego locutus ſū vobis/ de carne mea: v ❡Spi/ritus ⁊ vita ſūt. i. ſpiritualia ⁊ vitalia ſunt: ſiue ſpiritualiter intellecta viuificant: ſed carnaliter intellecta mortificant: ſicut patet in vobis. Unde ſubdit: x ❡Sed ſunt quidam ex vobis. Chryſ. Dicēdo/ quidā: quoſdam apoſtolos exce/pit. y ❡Qui non credunt: et ita ſpiritualiter non intelli/gunt: quia dicitur Eſa. vij. b. Niſi credideritis non intellige/tis. Et ne credatur ieſus tunc primo quando murmurabāt ſci/uiſſe eorum infidelitatem/ ſubdit euangeliſta: z ❡Sciebat enim ab initio ieſus: id eſt ab eterno/ vel a principio locu/tiōis. a ❡Qui eſſent credentes/ apoſtoli. ſ. q̄ nō ſūt ſcā/daliçati: et ſimilit q̄ erāt īfideles alij. ſ. Sciebat ⁊c. Chryſ. Qui non eſſent credentes: vel qui ſunt q̄ non credūt. b ❡Et de apoſtolis etiam ſciebat/ c ❡Quis traditurus eſſet eum. ſ. iudas: qui ⁊ tunc inter ſcandaliçatos erat: vt dicit Augꝰ et Beda et Chryſ. Et nota ꝙ nō inanit dicit/ ab ini/tio: quaſi non poſtq̄ murmurauerunt: non poſtq̄ ſcandali/çati ſunt ſciuerat/ ſed ante: q̄ erat deitatis. Un̄ ⁊ a principio locutiōis dixit eis. ſ. eodem: Dixi vobis quia et vidiſtis me et non creditis mihi: per quod oſtendit ſe ſcire occulta eorum et futura: et ꝙ non loquebatur eis propter gratiam ⁊ gloriam eorum: quia ſciebat ſe loqui non credituris. d ❡Et dice/bat: propterea/ q̄ q̄dā non credunt. e ❡Dixi vobis. i. p̄dixi f ❡Quia nemo pōt venire ad me. i. credere i me:

ꝟ Niſi fuerit ei datū

a ¶Niſi fuerit ei datum a patre meo: per qḋ ſignifica/uit/ꝙ nõ oẽs veniebant. Et tetigit incredulitatẽ eorum: quia non meruerant vt eis eſſet datum a patre. Chryſ. Cum audi eris: datũ / nõ deſtructionẽ vł fatum eſtimes: ſed illud crede/ quoniam qui ſeipſum dignum tribuit vt accipiat/ille ſuſcipit.

Per hoc autem ꝙ dic: Niſi fuerit ei datũ a p̄re meo: ſuadet eis patrem eius eſtimare deum non ioſeph: ⁊ oſten/dit quoniam non cõtingens eſt hoc .ſ. credenti in eũ: ſed indi/get dei munere. b

.ſ.q.4.c. ſplicet

a niſi fuerit ei datũ a patre meo.
b Ex hoc multi diſcipuloꝝ eiꝰ
c d e abierunt retro/ et iam non cũ
f g illo ambulabant. Dixit ergo
h ieſus ad duodecim: Nunqd
i k et vos vultiſ abire? Reſpõdit
l ꝗ ei ſimon petrꝰ: Dñe ad quẽ
m ibimꝰ? Uerba vite eťne habeſ:
n o et nos credimꝰ ⁊ cõgnuimꝰ/ qꝛ
p q tu es chriſtꝰ filiꝰ dei. Rñdit eis
r ieſuſ: Nõne ego vos duodecim
s elegi ⁊ ex vobiſ vnꝰ diabolꝰ ẽ?

¶Ex hoc: id eſt poſt hoc: poſtqꝫ .ſ. hoc dixerat. Uł/Ex hoc verbo: id eſt occaſione verbi qḋ dixerat .ſ. de comeſtione car nis ſuę. c ¶Multi/ non pauci: d ¶Diſcipuloꝝ eius: qui videbantᷣ diſcipuli/ et vere non fuerant. e ¶Abierũt re tro: nõ poſt chriſtum / ſed poſt ſathanã: non chriſtum imitan tes ſicut petrꝰ: cui dicitur Matth. xvj. d. Uade retro ſatha/ nas ⁊c. Chryſ. Bene euangeliſta/ non dicit receſſerunt ſed abierunt/ad ea quę retrorſum: id eſt ab auditione quę ſm virtutem eſt abſciſi ſunt: et quam habebãt olim fidem perdi/ derũt ad ſtatum infidelitatis p̄imę reuerſi: ſic caro non pro/ deſt. Abierũt retrorſũ. Gregꝰ. Mẽtes carnaliũ bona pen ſare non valent/ niſi quę carnaliter vident. Prouerb. xviij. a. Nõ recipit ſtultus verba prudẽtię ⁊c. In hoc adimpletũ fuit illud Eſa. viij. c. Erit vobis credẽtibꝰ ĩ ſanctificationẽ: ĩ lapi dem autẽ offenſionis ⁊ petram ſcandali duabus domibꝰ iſra el. Et nota ꝙ qñqꝫ ꝓpter ſcandalũ multoꝝ dimittẽda eſt prę/ dicatio/ etiam ſi ſit ibi ſalus aliquoꝝ/ videlicet ſi alias poteſt fieri ita cõmode: ſi autẽ alias non/ ⁊ ĩminet ſalus paucoꝝ: non eſt dimittendũ ꝓpter ſcandalũ multoꝝ. Hęc cauſa fuit hic: qꝛ niſi hoc dixiſſet dñs: aliqui qui ibi erant alias non crederent. f ¶Etiam non cũ illo ambulabãt: qꝛ non ſolum men/ te ſed corpore receſſerunt. Sed non duodecim hęc paſſi ſunt: vnde merenᷣ diuinã allocutionẽ ſpecialẽ. Uñ ſequiᷣ g ¶Di xit ergo ieſus ad duodecim: inter qs erat ⁊ iudas/ qui quidem de ſcandaliçatis erat/ ſed corꝑe cum alijs remãſit ad inſidiandum ⁊ tradendum chriſtum. h ¶Nunqd ⁊ vos/ ſicut alij: vultis abire? Et querit Chryſ. quare iſtos mo/ do non laudauit / qꝛ non receſſerant/ neqꝫ admiratꝰ eſt? Et ad hoc rñdet: vt dignitatẽ ſeruet magiſtralẽ/ cui non cõpetit ro/ gare ſed rogari. Item/ ne videanᷣ ei in morãdo gratiam face/ re. Item ne patianᷣ quid humanũ ex laude: id eſt gloriam in/ anem. Item quia cõuenientior fuit modus iſte trahẽdi ad ſe: Oſtẽdit eñ ſe nõ indigentẽ aſſecutiõe eorũ/ detinuit magis. Item nec iſtis blanditus eſt/ nec recedentes accuſauit mani/ feſte oſtendens qualiter nos oportet philoſophari in talibus vt nec exultemus inaniter de acceſſu diſcipulorum: nec triſte/ mur de receſſu: qḋ eſt contra nos/ vt dicit Chryſ. qui a pro/ p̄ia poſſeſſi gloria omnia propter hanc agimꝰ: ideoqꝫ mino/ rari eſtimamꝰ nos vel noſtra per receſſum diſcipuloꝝ. Et no/ ta ꝙ dicit: Nunquid ⁊ voſ vultis abire: nõ dixit abite: hoc eñi expellentis eſſet: ſed/ vultis/ quaſi tollens vim ⁊ ne/ ceſſitatẽ ⁊ verecũdię coartationem: Neceſſitate eñi detineri/ par eſt cũ hoc: id eſt abire. k ¶Reſpodit ergo ei ſimon petrus/ vnꝰ pro omnibꝰ. Chryſ. Uide fratrũ amatorẽ/ ami/ citię conſeruatorem: pro omni reſpondit collegio: non eñi di/ xit: cognoui ſed cognouimus. l ¶Dñe ad quem ibimꝰ?: q. d. non eſt ſimilis tibi ad quẽ ire velimus. Exo. xv. b. Quis ſimilis tui in fortibꝰ domine? Pſ. Deus quis ſimilis ſit tibi. Eſa. xlvj. b. Cui ſimilem me feciſtis. Augꝰ. Si viſ me recede/ re a te/ da mihi aliũ te/ vt a te fugiã ad te. Chryſ. Multę ver/ bum hoc amicitię eſt oſtenſiuũ: Dñe ad quem ibimus: quoniam omnibus eſt eis chriſtus honorabilior ⁊ patribus ⁊ matribus ⁊ alijs omnibus/ vt deſiſtentes ab eo non reputent ſe alibi refugium inuenire. Et ne putes dicere: nõ habemꝰ qui nos ſuſcipiat/ ſubdit: m ¶Uerba vitę eternę habes:

Pſ. 70.

lõ nõ poſſumꝰ recedere. Chryſ. Eteni ſi nõ dixiſſet de carne ſua/ ſcãdaliçati eſſent vtiqꝫ ⁊ nõ acquieuiſſent/ cibo attẽdẽtes ſemꝑ corporali et terrę affixi. Uerba vitę eternę habes: ideo beati ſũt q te audiũt. Luc. xj. d. Beati q audiunt ver/ bum dei et cuſtodiunt illud. Eccĩ. xlviij. b. Beati ſunt qui te audierunt ⁊ in amici tia tua decorati ſũt. iij. Reg. x. b. Beati viri tui ⁊ beati ſerui tui: hi qui ſtant corã te ſemper ⁊ audiũt ſa pientiã tuã. Chryſ. Uides qm̃ non ver/ ba illos qui abierãt ſcãdaliçabãt/ ſed ne/ gligentia ⁊ indeuotio: Ecce eñi iſti cum illis audierũt/ ⁊ ꝯtra/ ria enunciauerunt. Illi cum argumentationibus humanis et carnaliter omnia audiebant: hi vero ſpiritualiter et fidei om/ nia concedebant. Ideoqꝫ dixit. ꝫ. eodẽ: Uerba quę locutus ſum vobis/ ſpiritus ⁊ vita ſunt: id eſt ſpiritualiter intelligenda ſunt: et ſic viuificat non ſm conſequentiã humanã. n ¶Et nos credimus: Hi eñi iam ſuſceperant fidem. o ¶Et co gnouimꝰ: per fidem .ſ. Eſa. vij. b. Niſi credideritis non in/ telligetis: Uel per certiſſima ſigna ſcimꝰ/ p ¶Quia tu es chriſtꝰ filiꝰ dei. Chryſ. habet hic: Filiꝰ dei q viuit. q. d. ſcimꝰ ꝙ potẽs es dare vitã quã ꝓmittis: qꝛ filius es dei viuẽ/ tis. Et nota ſm Chryſ. ꝙ non eadẽ ſentit vel dicit cũ iudeis: Nam illi dicebãt: Tu es filius ioſeph: hic vero dicit: Tu es chriſtus filius dei viuentis: Et quoniã verba vitę eternę ha/ bes: per qḋ oſtẽdit ꝙ omnia detinet memoriᷣ quę dicta ſũt a magiſtro ipſoꝝ recolens verboꝝ. Dixerat eñi magiſter: Et ego reſuſcitabo eũ: et habebit vitam eternam. q ¶Reſpon dit/ ergo/ eis ieſus/ cauſa ꝓbãdi ⁊ examinãdi eos r ¶Nõ ne ego vos duodecim elegi ⁊c. Chryſ. Quia dixerat pro omibus: Nos credimꝰ ⁊c. excipit a collegio iudã. In Matthęo aũt. xvj. c. laudatur petrus/ vbi non aſſociauit diſ cipulos confeſſioni: hic aũt qꝛ de omibꝰ dixerat: Nos cre/ dimꝰ: decenter non dimittit iudam in eoꝝ collegio dicens: Nonne ego vos duodecim elegi: id eſt in apoſtolatũ aſſumpſi: s ¶Et ex vobis vnus diabolus eſt: iudas .ſ. Chryſ. Alijs recedentibꝰ ⁊ iſtis confitentibꝰ non blandiᷣ chriſtus iſtis. q. d. ne putetis ꝙ debeam vobis blandiri: ma/ los arguam etiam in his quos elegi: neqꝫ timeo redargui quaſi inſipiens elector. Neqꝫ enim electio vi et neceſſitate facit bonos: neqꝫ eñi electio violenta eſt cauſa eorum q futu/ ra ſunt/ ſed ꝯuerſiua .i. hortatiua: quia eñi vim nõ infert voca tio/ multos contingit vocatos perire. Unde manifeſtũ eſt ꝙ in noſtra mente poſitũ eſt hoc: id eſt ſaluari ⁊ perire. Matth. xx. b. Multi ſunt vocati ⁊c. Et vnꝰ ex vobis ⁊c. Chryſ. Cõmunẽ tũc rem cõſtituit/ dicẽs: Unꝰ .ſ. Sed cur modo nõ quęrũt diſcipli / ſicᷣ Matth. xxvj. b. Et .j. xiij. c. Nunqd ego ſum dñe ⁊c. Sol. Petrus adhuc non fuit increpatus: ſicut Matth. xvj. d. Uade retro me ſathana: ideo hic de ſe non ti/ muit/ ⁊ ideo non quęſiuit. Item non dicitur hic: Unus ex vo bis me tradet: ſed vnus diabolus eſt: qḋ ex qualibet ira alicui ſolemus dicere: ideo neſcierũt quid diceret per hoc/ niſi ꝙ ma lum alicuius illorum eſtimabãt vituperare ſolum. Et nota ꝙ a longe ante maliciã percutit proditoris/ dicẽdo hic: Unus ex vobis ⁊c. ſciens tñ ꝙ nihil proficeret ei: ſed qḋ ſuum eſt agit corripiendo. Et vide ſapientiam: neqꝫ manifeſtũ eum fe/ cit/ nec latere omnino permiſit hoc: ne inuerecundũ faciat et litigioſior fiat. Hoc autẽ ne putans latere/ ſine timore opere/ tur audaciã: ideo paulatim plus ⁊ plus arguit. Primo eñ eũ cum alijs numerando arguit dicens: Sunt quidam ex vobis qui non credunt. Et ꝙ iudã cõnumeraret cum eis/ ſubdit euã/ geliſta dicens: Sciuerat enim a principio ieſus qui ſunt qui non credũt: et quis eſt qui tradet eum. Quia vero manſit in/ correctus/ vehementiorẽ inducit redargutionẽ dicens: Unꝰ ex vobis diabolus ẽ: Et i h cõmunẽ oibꝰ timorẽ cõſtituit illũ cõnumerare volẽs. Et de q dixerit/ apit euãgeliſta/ dicẽs:

De cõſe. diſ. 2. c. forte

Matth. 16. c.

Dicebat aũt de iuda

¶ a ¶Dicebat autẽ de iuda/ filio/ ſimonis ſcariothis. Dicitur enĩ ſcariothes a loco. b ¶Hic enĩ erat traditurus eũ.i.iam diſpoſit⁹ ad tradendum/ c ¶Cum: id eſt ꝙuis: d ¶Eſſet vnus ex duodecim/ apoſtolis.

Poſt hec aũt ambulabat ⁊c̃. ¶Expo. Ca. VII.

P In precedẽti capl̃o poſuit euangeliſta diſputationẽ dñi ad iudeos/ propter quã multi diſcipuloꝝ abierunt retro: et iudei indignantes ↄtra eũ murmurabant ⁊ litigabant dicentes: Quomodo poteſt hic dare nobis carnẽ ſuã ad manducandũ ⁊c̃. In hoc autem capitulo ſubiungit euãgeliſta/ primo de deſcẽſu dñi de iudea in galileam ne interficeretur a iudeis: in quo docet nos fugam cautele. Secundo adiũxit de incredulitate cognatoꝝ dñi: in quo docet nos ſemꝑ veritatẽ dicere: ibi: Dixerũt aũt ad eũ fratres ei⁹. Tertio loquitur de aſcenſu dñi a galilea in iudeam ⁊ in templum: et diſputatiõe ei⁹ cũ iudeis ⁊ iudeoꝝ cũ eo: ibi: Ut aũt aſcẽderũt fratres ei⁹ ⁊c̃. Quarto adiũgit de diſſenſiõe turbe: cuius quedam pars dicebat ipſum eſſe bonũ: ⁊ alia pars ſeductorem: ibi: Ex illa ergo turba ⁊c̃. Et licet hec dictio/ poſt/ dicat ordinem ⁊ conſequẽtiã/ nõ tñ conſequenter ſe habent ea que dicuntur in hoc capitulo ad ea q̃ dicta ſunt in precedenti: immo multũ tempus fuit medium inter hec ⁊ illa. ſ. qnq̃ menſes. Quod probat Chryſ. hoc modo. Ea eñ que ꝑdicta ſunt/ facta ſũt prope paſcha: vt dicit̃ in ꝑncipio. vj. ca. hec autem facta ſũt prope ſcenophegiam: vt dicitur hic. Et de factis iſtorum qnq̃ menſium nihil narrat euangeliſta niſi ſignum panũ ⁊ locutionem chriſti ad turbam: nihilomin⁹ tñ ipſe indeſinenter faciebat ſigna ⁊ miracula ⁊ diſputabat cum iudeis die ac nocte frequent̃/ vt dicit Chryſ. Que tacet euangeliſta: tum quia omnia non poſſet enarrare: tũ quia ea dixit in cõſimilib⁹: tum q᷑ illa maluit dicere ex quibus querela aut contradictio ſequebat̃: vt eſt incredulitas cognatoꝝ ieſu. Dicit ergo: e ¶Poſt hec/ que facta ſunt ſupra: nõ tñ immediate: ſed poſt qnq̃ menſes. f ¶Ambulabat ieſus in galileã/ fugiens de iudea. Et ſubiũgit q̃re. g ¶Nõ enim volebat in iudeã ambulare: quia querebãt eũ iudei interficere: Non omnes/ ſed maiores: vt ſcribe ⁊ phariſei inuidia concitati: ſicut fratres ioſeph ex inuidia vendiderunt eum: Geñ. xxxvij. f. Et cain/ abel occidit: Geñ. iiij. b. Et ſaul dauid perſecutus eſt ad mortẽ. j. Reg. xix. b. Et diabolus hominem ſeduxit ⁊ occidit: non ferens proſperitatẽ ei⁹ et honorem. Unde Sap. ij. d. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nihil inuidia deterius ⁊ liuore/ quo mors ĩ mundum venit. Fugit autem ieſus/ nõ timore mortis: cuius habet poteſtatem/ vt dicit Aug⁹: ſed dat infirmis exemplũ/ ne eis obijciat̃ latibulũ: id eſt quia latuerint. Unde Mat. x. c. Si vos perſecuti fuerint in vnam ⁊c̃. Et ſ᷑m hanc doctrinam paulus dimiſſus eſt per feneſtram i ſporta: vt dicitur. ij. Cor. xj. g. Sed obijcitur contra. Glo. Aug. de littera grecorum quam ponit Chryſ. que talis eſt. Poſt hec ambulabat ieſus in galileã: non enĩ habebat poteſtatẽ in iudeam ambulare ſi vellet. Sed hoc ſoluit Chryſ. dicens: ꝙ euangeliſta alia dicit de ieſu que ſũt deitatis: vt cũ ſtare dicit eum in medio perſecutoꝝ ⁊ non teneri: alia que ſũt humanitatis: vt cum dicit eum non habere poteſtatem. Sequitur: i ¶Erat autẽ in proximo dies feſtus iudeorũ ſcenophegia: id eſt fixio tabernaculorũ: qð feſtum faciebant iudei ſingulis annis in memoriam bñficioꝝ que dñs eis cõtulerat in deſerto/ vbi quadraginta annis fuerunt in tabernaculis. De quo feſto habetur Leuit. xxiij. et Numeri xxviij. et. xxix. Et dicitur ſcenophegia dies feſtus ſingulariter/ non ꝙ tñ vno die fieret/ immo ſeptem: ſed q̃ſi vn⁹ dicuntur/ propter vnam feſtiuitatem. Simile Numeri. vij. a. Obtulerunt duces in dedicationẽ altaris die quã vnctũ eſt ob lationẽ ſuã. Itẽ in eodẽ. g. Hec i dedicatiõe altaris oblata ſũt i die q̃ ↄſecratũ ẽ. In/ die/ dic̃ ſinglarit̃: cũ tñ eẽnt duodecĩ dies.

a Dicebãt autẽ de iuda ſimo-
b nis ſcariothis: Hic ẽnim erat
c d traditurus eũ cũm ẽſſet vnus
ex duodecim. ¶Ca. VII
e f P Oſt hec ãũt ãmbula-
g bat ieſus in galileã: Nõn enĩ
volebat in iudeam ambulare
h quiã querebãt eũ iudei interfi
i cere. Erãt autem i ꝓxio dies
feſtus iudeoꝝ ſcenophegia.

¶ Dixerũt aũt ad eum.

ſcientiam ⁊ legem requirent de ore eius: nō nugas profecto vel fabulas. Verbū ſcurrile qđ faceti vrbani ve nomie colorant/nō ſufficit peregrinari ab ore/procul ⁊ ab aure relegādū. Fede ad cachinnos moueris: fedius moues: porro detrahere/an detrahentē audire/quid horū damnabilius ſit non facile dixerim. Tales q̄ faciūt cophinos de linguis ſuis: ⁊ ita ſeruiunt in vili opere: quia ſordes aliorum portant in ore. Nota pharao: id eſt diabolus facit ſeruire ſuos in tribꝰ. In luto ⁊ latere: Exo.j.c. Et paleis: Exo.v.b. Per lutū intelligit̄ vanitas in diuitijs. Inquināt em̄ diuitie ſicut lutū. Abacuk.ij.b. Ve ei qui multiplicat non ſua: Uſq̄quo aggrauat cōtra ſe denſum lutum: In opere lateris intelligit̄ nimia cura carnis. Later enim quanto plꝰ lauat̄/tanto magis ſordeſcit. Naum.iij.c. Subigēs tene laterem. Per paleam intelligit̄ vanitas ſuperbie. Matth.iij. c. Paleas autem comburet igni inextinguibili. Item in tribus oppreſſi ſunt generibus operum: ſm̄ Joſephum. In labore edificandi qđ eſt ſuperborum qui edificant i memoriale ſui: vt Geñ.xj.a. Venite edificemus nobis ciuitatem ⁊ turrē cuius culmē pertingat ad celū: ⁊ celebremus nomē veſtrū. Itē Eſa.xxij.c. Quid tu hic/aut quaſi quis hic: quia excidiſti tibi ſepulchrum: excidiſti in excelſo memoriale/diligēter in petra tibi tabernaculū. Item in exportatione luti ⁊ ſordium: vt cupidi. Tot em̄ cophinos luti vel ſordium habes: quot prebendas. Unde ⁊ clerici diuites ſunt vaſa ſtercoraria. Oſee.viij.b. Deuoratus eſt iſrael: nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immūdū. Eſa.lij.d. Mūdamini qui fertis vaſa domini. Itē in diuiſione fluuij. Fluuius eſt concupiſcentia carnis: quā diuidunt luxurioſi per quinq̄ ſenſus: vel per diuerſa genera voluptatū. Ergo iam duo prima pudorem perdiderunt: vt ſine rubore etiam cophini ſtercorum: id eſt beneficia congregent̄. Bene ergo dictum eſt: Omnis qui facit peccatū ſeruꝰ eſt peccati: id eſt diaboli vel ipſius peccati. Sequit̄ de littera: c ¶Seruus autem non manet in domo in eternum. Geñ.xxj.b. et Gal.iiij.d. Ejice ancillam ⁊ filium eius. Et nota ꝙ hic vult oſtēdere/ꝙ illi non ſunt de domo dei: ſicut ſe iactabant: id eſt de conſortio ꝓphetarū ⁊ patriarcharū ⁊ cognatione ſanctorū patrum: qui fuerūt domus dei: vt dicitur Eſa.v.b. Item per hoc ſignificat ꝙ ipſi qui erant ſerui peccati: per hanc ſeruitutem amittebant ius celeſtis hereditatis que eſt domus dei. De qua.J̄.xiiij.a. In domo patris mei māſiones multe ſūt. Itē ꝑ hoc ſignificat/vt dicit Chryſoſtomꝰ/ꝙ iudei qui i ſeruitute p̄cepta dei fecerāt repellerent̄ a domo dei ⁊ gentes eis ſuccederēt. Unde dicit Chryſ. Per hoc paulatim legem ſubmittit.i. euacuat: ne em̄ dicant/habemus immolationes quas iniunxit moyſes: ille nos poſſunt eripere a ſeruitute peccati: Ideo hic dicit: Seruus nō manet in domo in eternū.i. nō poteſt in ea manere.q.d. omnes homies peccauerūt ⁊ ita ſerui ſunt: et ideo egent gloria dei.i. libertate per filiū: Roma.iij.d. Etiā ipſe ſacerdos ꝓ ſe offerre debet/eo ꝙ circūdatꝰ eſt et ipſe infirmitate. Heb.v. a. Ergo non poteſt alios liberos facere cum ſit ſeruus. Nota ergo hic ſummatim expoſitiones plures. c ¶Seruus nō manet in domo in eternū.i. vos qui eſtis ſerui peccati/non eſtis de familia dei: vt abraā ⁊ ceteri boni. Vel/Nō manet in domo: id eſt vos non habebitis partē in regno dei. Vel/Seruus non manet in domo in eternum: id ē ſeruitus legis euacuabit̄/et filiatio ꝑ filium inducet̄: quia lex vetus non fuit impoſita niſi vſq̄ ad tēpus correctionis: ſicut dicit̄ Heb.ix.c. Vel ſm̄ Chryſoſtomū: Seruꝰ nō manet in domo in eternū.i. ſeruus qualis fuit moyſes vel abraā non habet poteſtatem largiendi libertatē. Hoc enim eſt/non

¶ manet: id eſt non poteſt largiri/ ſicut domin⁹ domus: ſiue lex data a ſeruo nō liberos facit. Unde in hoc oſtendit honorem filij reſpectu moyſi/ et euangelij reſpectu legis. Unde et ad Heb. iij. a. dicit: Moyſes quidem fidelis in tota domo eius: tanq̄ famulus in teſtimoniū eorum que dicenda erant: chriſtus vero tanq̄ filius in domo ſua. Et loquitur ibi apoſtolus de differentia moyſi et chriſti: quēadmodum et hic ipſe chriſtus. Unde ſequitur hic: a ¶ Filius autē: id eſt ego qui ſum veritas antique vmbre: b ¶ Manet/ in domo/ in ęternum: Notat immobilitatem noui teſtamēti. Uel ſic: a ¶ Filius manet/ in domo/ in ęternum: id eſt filius verus dominus eſt domus: et ita poteſt libertatem dare. Unde ſequitur: c ¶ Si ergo filius vos liberauerit: hic a ſeruitute peccati: ⁊ a corruptione in futuro. d ¶ Uere liberi eritis: quod non poteratis habere per ſeruum. Stabile enim eſt donū filij qui eſt verus hęres. Et licȝ ſeru⁹ dederit hoſtias placationis: nō tamē perfectę recōciliationis: ſed hoc dat per me qui ſum filius. Chryſoſtomus. Per hoc oſtendit cōſubſtantialitatē ſui ad patrem ⁊ q̄ eādem habeat poteſtatem. Si enim filius liberauerit/ nullus eſt qui contradicat: ſed certiſſima eſt libertas. Deus enim qui iuſtificat: quis eſt qui condemnet? Roma. viij. f. Item in hoc oſtendit ſe purum ⁊ liberum a peccatis/ qui ſe liberaturū alios promittit. Item per hoc q̄d dicit: Uere liberi eritis: inſinuat libertatem de qua gloriabant/ nō eſſe veram ſed nūcupatiuam tm̄. Hanc enim homines dant: illam deus: ⁊ propter hoc non amplectēdam. Et per hoc etiam perſuadet non ꝯfundi in ſeruitute hac terrena. Unde. j. Corinth. vij. d. Seruus vocat⁹ es/ nō ſit tibi cure. e ¶ Scio/ quia filij abrahę eſtis: ſm carnem: et ita liberi eſſe creditis. Sed non eſtis filij per imitationē: ⁊ ideo nō eſtis liberi ſm mentē: Quia queritis me interficere ⁊c̄. Chryſoſtomus. Quia poterant dicere: Nos peccatum non habemus: ⁊ ita ſerui non ſumus/ etiam ſeruitute de qua dicis: Ideo reſpondet dominus/ oſtendens eos eſſe peccatores. Et alia peccata eorū dimittēs: hoc quod pre manibus erat q̄d adhuc agere volebant adducit in medium ⁊ ait: Scio/ quia filij abrahę eſtis: ſed queritis me īterficere. q. d. ſi cognatione gloriamini/ ⁊ vitā oſtēdere oporteret. Quieſcibilit̄ ⁊ paulatim ꝓijcit illos a cognatione illa: ⁊ non dicit ſtatim: non eſtis filij abrahę iuſti/ vos homicidę: ſed concorditer interim loquitur: Scio/ quia filij/ vel/ ſemen abrahę eſtis. Sed hoc eſt q̄d queritur: vnde addit redargutionem quā intendit: f ¶ Sed queritis me interficere: et ita degeneres vos ꝓbatis. Sed ne poſſet dici/ quoniā iuſte hoc querebāt: ideo ſubdit cauſā: g ¶ Quia ſermo meus non capit in vobis. Chryſoſtom⁹. Qualiter igitur ait. ẽ. eodē/ q̄ credebāt in eum? Solutio. Tranſpoſiti erant rurſus: ideo ⁊ valde eos tangit. Non dixit: non capitis ſermonē meū: ſed/ non capit meus ſermo in vobis. Per hoc altitudinem doctrinę ſuę oſtendens. q. d. vos queritis me occidere: quia alta dico de me/ cum potius honorare me ⁊ colere oporteret/ vt vos illa alta poſſetis diſcere. Sed quia poſſent dicere: Tu a temetipſo loqueris: ideo non capit in nobis ſermo tuus: Ideo ſubdit: i ¶ Ego quod vidi apud patrem/ meū/ loquor: non a memetipſo fingo. m ¶ Et vos que vidiſtis apud patrē vr̄m facitis. q. d. ſicut ego et a verbis et a veritate oſtendo patrem: ita ⁊ vos a rebus. Non enim eādem ſubſtantiam habeo ſolum: ſed eandem veritatem habeo patri. Auguſtin⁹. g ¶ Sermo meus non capit in vobis: quia non capitur a corde veſtro. Sermo em̄ dei eſt vt hamus/ q̄ capit dū capit̄. Unde Job. xl. d. Nūquid poteris extrahere leuiathan hamo? Item ſermo domini rete eſt: vnde deberet omnes capere. Et ideo mirum eſt q̄ illi non capiebant: ſed nimis inhęrebant luto. Hiere. xvj. c.

a Filiūs autē mānet in ęternū.
b Si ērgo filius vos liberaue-
c d rit: vēre liberi eritis. Sciō qꝛ
e f filij abrahę eſtis: ſēd queritis
g me interficere: qꝛ ſērmo meus
h i nō cāpit in vobis. Egō qđ vi-
k l di apūd patrē lōquor: ⁊ vōs
m que vidiſtis apud patrem ve-
n o ſtrū fācitis. Rēſpōderūt ⁊ di-
p xerunt ei: Pāter noſter abra-
q am eſt. Dicit ēis ieſus: Si filij
r s ābrahę eſtis/ ōpa abrahę facite.

Ecce ego mittā piſcatores multos ⁊ piſcabunt eos. Thren. j. e. Expandit rete pedibus meis: conuertit me retrorſum: id eſt ad ea q̄ poſuerā retrorſum. Matth. xiij. f. Simile eſt regnum celorū ſagenę miſſę in mare ⁊c̄. Item Luc. v. a. Duc in altum et laxate retia in capturam. j. xxj. b. Mittite in dexterā nauigij rete ⁊c̄. Uel/ b ¶ Non capit in vobis: id eſt non cōuenit vel congruit vobiſ. Et ſic ſumit Luc. xiij. g. No capit ꝓphetam perire extra hieruſm. Glo. id eſt non conuenit. Uel/ Non capit: ſm cōmunē modum loquēdi: quo dicit̄: Res iſta non poteſt capi in arca iſta. Ecci. xxj. c. Cor fatui quaſi vas confractum: omnē ſapientiam nō continebit. Et tamē bene deberet capere: quia/ Ego q̄d vidi apud patrem/ meū/ loquor: id eſt veritatē que egoipſe ſum manifeſto. Uel ſic: i ¶ Ego q̄d vidi ⁊c̄. q. d. ita dicitis q̄ vos eſtis filij abrahę: ſed ſignum filiationis non habetis: ſcȝ loqui ea que filius diſcit a patre. i ¶ Ego q̄d vidi/ per ęternam generationē recipiendo naturam ſibiipſi in ſapientia ſufficientem: k ¶ Apud patrem meū. Prepoſitio notat ęqualitatē ⁊ diſtinctionē filij a patre. l ¶ Loquor/ in mūdo. m ¶ Et vos que vidiſtis apud patrem veſtrum/ diabolum: cuius filij eſtis imitatione: et q̄d ei⁹ ſuggeſtione in mentē cōcępiſtis ⁊ reuoluiſtis: n ¶ Facitis: id eſt opere implere diſponitis. In hoc iam innuit aliū patrē q̄ȝ abraā: cuius filij ſūt nō natura ſed imitatione. Unde ꝓpter hoc magis adherent vt ſe dicant filios abrahę. Et hoc eſt: o ¶ Reſponderūt ⁊ dixerunt ei. Auguſtin⁹. Quia arguit eos facere mala opera patris: fatentes patrem ſuum abraam/ ꝓuocant aliquid mali dicere contra abraam: vt ſit eis occaſio faciendi quod volebant. Unde dicunt: p ¶ Pater noſter abraā eſt: quaſi quid cōtra iſtū dicis? Sed dominus ⁊ abraam laudat ⁊ iſtos degeneres probat/ oſtendens de qua filiatione intelligat. Unde ſequit̄: q ¶ Dicit eis ieſus: Si filij abrahę eſtis: vt vos iactatis: s ¶ Opera abrahę facite: id eſt factis ꝓbate vos eſſe filios veros: non verbis. Uel ſi filij eſtis eius ſm carnē/ ſitis per imitationem. ¶ Credidit enim abraam Domino

r ¶ Si filij abrahę eſtis ⁊c̄. Moralit̄ notādū q̄ dn̄s oſtēdit ſuperius per opera eorū q̄ nō erāt filij abrahę necȝ filij dei: quia filiatio probat̄ per operationem. Unde dicit: Si filij abrahę eſtis/ opera abrahę facite. Primum opus abrahę ⁊ filiorum ꝓmiſſionis/ eſt egreſſus de terra et cognatione et domo. Gen. xij. a. Egreſſus eſt abraam ſicut pręceperat ei domin⁹. Hoc autem eſt/ dimittere peccatum. Unde Hiere. lj. a. Recedite de medio babylonis. Et Eſa. lij. c. Recedite recedite: exite inde/ pollutum nolite tangere. Sed Michee j. c. Non eſt egreſſa que habitat in exitu. q. d. licȝ in exitu vite ſuę ſit: id eſt in ſenectute/ tamē nō recedit a peccatis. Unde ſupra eodē. c. In peccato veſtro moriemini. Secūdū op⁹ eſt quod nomen dei inuocat et altare ędificat. Gen. xij. c. quia debet orare ⁊ interpellare miſericordiā dei: vt eum coadiuuet ad egrediendum: et gratias agere de bono propoſito dato. Unde Gen. viij. d. Noe poſtq̄ȝ euaſit diluuium/ hoſtias immolauit domino. Tertium eſt: quia ſarai diſſimulat eſſe vxorem ſuam/ ⁊ habet pro ſorore: Gen. xij. c. Sarai eſt affectio: que omnia vult trahere ad ſe. Sed hanc debem⁹ habere pro ſorore: ⁊ non eam cognoſcere vt ſequamur affectionis voluntatem: nec fęcūdemus eam operib⁹ carnis. Ecci. xviij. d. Si pręſtes animę tuę cōcupiſcentias ei⁹/ faciet te in gaudiū inimicis tuis. Quartū eſt q̄ loth declinat: Gen. xiij. c. id eſt conſortia malorum vitat: quia qui tetigerit picem inquinabit̄ ab ea: ⁊ qui cōmunicauerit ſuperbo induet ſupbiā: Ecc̄j. xiij. a. Et Pſ. Habitauerūt inter gentes ⁊ didicerūt opera eorum. Pſ. 105.
j. Corinth. xv. c. Corrumpūt bonos mores colloquia mala. Pſ. 17.
Quia ex conuictu trahunt̄ mores. Pſ. Cum ſancto ſanctus
* eris ⁊c̄. Quintum

¶ Credidit enim abraam deo: Geñ.xv.b. Roma.iiij.a. a Nũc autem queritis me interficere. Quaſi cõtraria opera ei facitis: in quo probamini non eſſe filij abrae. Et dicit/ que-
...13.et.52. ritis: in quo notatur ſtudium eorum. Pſ. Corrupti ſunt et abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis. Hic etiam tangit cor/da eorum/ vt ex hoc experimentũ habe/ant: quia ipſe eſt ve/rus deus qui ſolus corda intuet. b Ho/minẽ: cui cõpati de/bereris. Et ne dicãt:

a Nũnc autem queritis me in/ b terficere hõminem qui verita/ c tem vobis locutus ſum quã d audiui a deo. Hõc abraã nõ e fecit. Uõs facitis opera pa/ g tris veſtri. h Dixerunt itaqꝫ ei:

quia propter hoc ꝙ violat legem ⁊ ſabbatum/ querunt occi/dere/ ſubdit: c Qui veritatẽ vobis locutus ſum: ideo debuiſtis grati eſſe et pro veritate et vtilitate: quia vo/bis: id eſt ad vtilitatẽ veſtrã loquor: in quo notat malicia ⁊
Pſ.108. ingratitudo. Pſ. Pro eo vt me diligerent ⁊c. Pſ. Retri/
Pſ.37. buebant mihi mala ꝓ bonis. Hiere.xviij.d. Nũquid reddit pro bono malum ⁊c. Patet etiam hic ꝙ expreſſe veritatem impugnabãt/ ⁊ peccabant peccato in ſpiritũſanctum: ſm illã ſpeciem que eſt impugnatio veritatis agnite. Sed ne dicant ꝙ a ſe fingit que dicit: dicit ꝙ non ſua ſed patris auctoritate: Et hoc eſt: d Quam audiui a deo: id eſt quã naſcendo accepi a patre. Chryſoſtom⁹. Quã veritatẽ? Quoniã par eſt patri: propter hoc eam volebant interficere. Uel/ Verita/tem: quia eos arguebat. Amos.v.c. Odio habuerunt cor/ripientẽ in porta ⁊c. Prouerb.xv.b. Non amat peſtilens ⁊c. Tulli⁹ de amicitia. Obſequium amicos/ veritas odiũ parit. e Hoc: id eſt cõſimile: f Abraã non fecit: cuius fi/lios vos dicitis. Etſi enim aliquos interfecit/ non tamẽ inno/centem ⁊ iuſtum. Sed eſt vobis ali⁹ pater: cuius opera faci/tis. Unde ſequit: g Uos facitis opera patris veſtri. Non dicit cuius patris: ſed ſignificat ꝙ diaboli ⁊ non abrae. Chryſ. Que ſunt opera abrae? Manſuetudo/ humilitas/ obedientia/ fides. Uos autem ecõtrario eſtis immiſericordes/
Moraliter crudeles/ infideles. Moraliter nota ꝙ iſti gerũt ꝑſonam quo/rundam gloriantiũ de genere ſuo: cum tamẽ habeant mores ⁊ opera demonũ/ non ſuorum parentum. De quibus dicitur Oſee.ix.c. Gloria eorum ab vtero/ quia a tali matre: ⁊ a con/ceptu/ quia a tali patre: ⁊ a partu/ quia ĩ natiuitate mea fuit ille epiſcopus: et conſimilia. Uel a partu: id eſt a cõſanguinitate. Sed contra tales dicit Origeñ. Uilis nobilitas que in lo/cis turpibus generat. Job.xvij.d. Putredini dixi ⁊c. Et ꝓ/pter hoc dicit dominus per Malachiã.ij.b. Nũquid nõ pa/ter vnus omniũ noſtrũ? Nũquid nõ deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſqꝫ veſtrum fratrem ſuum vio/lans pactũ ⁊c. Et Seneca. Nobilitas nihil aliud eſt ꝙ̃ diuitie inueterate. Deut.xxxiij.a. Qui dixerit patri ſuo ⁊ matri ſue neſcio vos: ⁊ fratrib⁹ ſuis ⁊c. His etiam dicit dominus: Si filij abrae eſtis: opa abrae facite. q.d. ſi ingenui eſtis carne: ingenui ſitis mẽte. Hoc etiam debet dici nobilibus/ ꝙ habeãt memoriã bonoꝝ anceſſoꝝ ſuoꝝ. Eſa.lj.a. Attẽdite ad abraam patrem veſtrũ ⁊ ad ſaram matrem veſtrã: quia vnum vocaui eum: ⁊ benedixi ei ⁊ multiplicaui eum. Hieronym⁹. Nihil aliud video in nobilitate appetendum niſi ꝙ quadã ne/ceſſitate aſtringat/ ne a maiorum probitate degeneret. Ecci. xlj.c. Erubeſcite a patre ⁊ a matre de fornicatione/ id eſt pro/pter honorẽ patris ⁊ matris. Uel ne degeneretis. Uñ Exo. xxviij.b. Portabitqꝫ aaron nomina eorum.i. duodecim pa/triarcharũ ſuper humerũ ob recordationem: videlicet vt non degenerẽt a factis eorum bonis: Hec eſt tota vtilitas genero/ſitatis. Sequit de littera. h Dixerunt itaqꝫ ei: iam in/telligentes non de origine carnis: ſed de vita hominũ loqui.

¶ Nos ex fornicatione
...aliter * eris ⁊c. Quintũ opus eſt/ ꝙ de regibus quattuor triumphat: Geñ.xiiij.c. id eſt demonibus: vel temptationib⁹ quattuor:
Pſ.90. quas habes ſuper Pſ. A ſagitta volante in die ⁊c. Diabo/lus enim iuſtos impugnat. Ecci.ij.a. Fili accedens/ peccatum relinquẽdo: ad ſeruitutẽ dei/ orando: ſta in iuſticia/ carnis con/cupiſcentias refrenãdo: ⁊ in timore/ cautele cauens.ſ. a malo/rum conſortio: ⁊ prepara animã tuã ad temptationẽ: hoc eſt quintũ. Ezech.iij.c. Aſſumpſit me ſpiritus: ⁊ audiui poſt me vocem cõmotionis magne. Sextum op⁹ eſt/ ꝙ decimas de/dit melchiſedech poſt victoriã: vt dicit Geñ.xiiij.d. et Heb. vij.a. Sic nos debemus attribuere deo victoriam temptati/onũ. Unde filij iſrael poſt victoriam egy/ptiorum cecinerunt: Cantemus domino ⁊c. Exo.xv.a. Pſ. Non nobis dñe ⁊c. † Pſ.113.
Deut.xxxij.d. Sed propter iram inimicorũ diſtuli/ ne forte ſuperbirẽt hoſtes eo/rum/ ⁊ dicerent: Manus noſtra excelſa ⁊ non dominus fecit hec omnia. Septimo/ offert aues ⁊ animalia: Geñ.xv.b. quia debet habere prõptam voluntatẽ ſeruiendi deo/ ⁊ corpore et anima poſt victoriam. Corpore. Unde Ro.xij.a. Obſecro vos fratres ꝑ miſericordiã dei: vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam deo. Et anima. Unde Pſ. Anima mea in manib⁹ Pſ.118.
meis ſemper: id eſt parata vt offeram eam. Sap.iij.a. Iuſto/rum anime ĩ manu dei ſunt: ſicut oblatio in manu ſacerdotis. S.iiij.d. Spiritus eſt deus ⁊c. Octauo/ ſpem prolis concipit ⁊ hiſmaelem generat: Geñ.xvj.d. Per quã ſignificat timor qui concipit per hec ꝑdicta. Et bene ꝑ hiſmaelem ſignificat timor: quia de eo dicit Geñ.xvj.c. Manus eius contra om/nes: ⁊ manus omniũ contra eum: quia filius dei ꝑ adoptionẽ timere debet omnia/ tam bona ꝙ̃ mala opera: ſm illud Job ix.d. Uerebar omnia opera mea. Ideo dicit Ecci.j.b. Ini/tium ſapientie timor dñi: ⁊ cum fidelibus in vulua cõcreatus eſt: ⁊ cum electis feminis gradit ⁊c. Nono/ circũcidit ſe cum tota familia ſua: Geñ.xvij.d. qḋ fit per circũſpectionẽ: q2 q̃ ti/met deũ nihil negligit. Eccs.vij.c. Itẽ Ecci.xv.a. Qui timet deũ faciet bonũ. Hiere.iiij.a. Circũcidite dño ꝑputia cordiũ veſtroꝝ viri iuda. Decimo/ cũ dño epulat q̃ñ inuitat angelos ad cõuiuium: Geñ.xviij.a. qḋ eſt q̃ñ incipit delectari in dño poſt hec ꝑdicta. Prouer.xv.b. Secura mens q̃ſi iuge cõui/uiũ. In h cõuiuio mutat aq̃ ĩ vinũ. S.ij.b. Hoc ꝯuiuiũ parat aſſuer⁹: Heſter.j.a. Itẽ Luc.xv.g. Epulari optebat ⁊ gau/dere ⁊c. Undecimo/ duo ei ſecreta reuelant/ videlicꝫ ſubuerſio ſodomoꝝ: ⁊ ꝙ haberet filiũ iſaac. Per qḋ ĩtelligit ꝙ dñs ſctis aptius declarat ⁊ penas maloꝝ ⁊ gaudia ſua ⁊ ſuorũ. Et ꝓpt h duo dr Eſa.xxiiij.c. Secretũ meũ mihi: ſecretũ meũ mihi ⁊c. Et.j.xv.b. Iã nõ dicã vos ſuos ſ amicos: q2 oĩa q̃ audiui ⁊c. ſcꝫ ꝑmia bonoꝝ ⁊ tormẽta maloꝝ. Duodecimo/ ſarã vxorẽ ſuã adhuc fingit ſororẽ: q2 timet abimelech ⁊ ĩ occulto iocat cũ ea: Geñ.xx.a. quia nõ debem⁹ tm̃ abſtinere ab operib⁹ cõ/cupiſcẽtie: ſed etiã a bonis corã homnib⁹/ ne amittam⁹ ea per inanẽ gloriã: ſed in occulto debemus ea facere: ⁊ tũc naſcit ei iſaac.i. riſus.i. ſpes eternoꝝ ⁊ deſideriũ ⁊ dilectio: ⁊ hiſmael: id ẽ timor eijcit: q2 charitas foras mittit timorẽ.j. Joh.iiij.d. Gal.iiij.d. Eijce ancillã ⁊c. S. eodẽ: Seru⁹ nõ manet ĩ domo ĩ eternũ. Precipit aũt iſaac.i. riſus ſpũalis ĩmolari.i. reprimi ne luxuriet per ꝑſumptionẽ: Geñ.xxij.a. Unde Eccs.vij.a. Melius eſt ire ad domũ luct⁹ ꝙ̃ ad domũ cõuiuij ⁊c. Tamẽ nõ immolat iſaac ſed aries: q2 qḋ ſpũale eſt in gaudio remanet: ſed carnalitas q̃ aliq̃ñ admiſcet ⁊ leuitas vł ineptitudo ꝑſum/ptionis mactat. Et ita implet qḋ dicit Prouer.xiiij.b. Cor qḋ nouit amaritudinẽ anime ſue in gaudio eius non miſcebit alien⁹ vel extrane⁹. Et tunc morit ſara.i. cõcupiſcẽtia ex toto extinguit: ſm illud Gal.ij.d. Uiuo ego iã nõ ego. Et deinde cõiungit iſaac cũ rebecca.i. gaudiũ cũ patiẽtia: vt ſit volũta/ria ſuſtinẽtia: ⁊ expectat ĩ ſpe vita eterna: ſm illud Jaco. vlt. b. Ecce agricola expectat ꝑcioſũ fructũ tre/ patiẽter ferẽs do/nec accipiat tẽpaneũ.i. dotẽ aie: ⁊ ſerotinũ.i. dotẽ corpis: qḋ ſero dat.i. in fine. Ad vltimũ iungit abrae cethura: q̃ interp/tat copulata: ⁊ ſignificat ꝯtẽplationẽ: q̃ tanto vinculo viro cõ/tẽplatiuo ꝯiũgit/ vt nũqꝫ recedat ab eo: ſicut nec iſta ab abraã. Uñ Luc.x.g. Maria optimã ptẽ elegit q̃ nõ auferet ab ea. Et tunc morit abraã carni/ aio: ſm illud Col.iij.a. Mortui eſtis ⁊ vita veſtra abſcõdita eſt cũ chriſto in deo.

a Nõs ex fornicatione nõ ſu/
b mus nati. Unũ patrẽ ha/
c bemus deũ. Dixit ergo eis
ieſus: Si deus pater veſter
d eſſet/ diligeretis vtiq͡ʒ me.
e
f Ego eñ ex deo proceſſi et
g veni. Neq͡ʒ enim a meipſo
h veni: ſed ille me miſit. Qua/
re loquelam meam non co/

i gnoſcitis: Quia non po/
k teſtis audire ſermonẽ meũ.
l Uos ex patre diabolo eſtiſ
m
n et deſideria patris veſtri vul
o tis facere. Ille homicida
p
q erat ab initio: et in veritate
r
s non ſtetit: quia veritas nõ
t
v eſt in eo. Cum loquit̃ men/
x dacium/ ex ꝓprijs loquit̃:

F a Nos ex fornicatione non ſumus nati.q.d. tu di/cis ꝙ nõ ſumus imitatores abrahe. Sed hoc falſum ẽ: quia nõ ſumus ex idolatriis nati: ſed vnum deum colimus ſicut abraã. Uel ſic ſm̃ Interlin. Etſi non ſimus omnino ſimiles abrahe: tamen idolatre nõ ſumus: ⁊ ſemper vnum deum colimus. Et hoc eſt: b Unum patrem habemus deum: non plures deos. Et nota: quia vſu ſcripturarum ſciebant fornicationem ſpiritualiter dici/ cũ anima falſis dijs ſubijcit̃: Sicut habetur Sap. xiiij.b. Initium fornicationis eſt exquiſitio idolorũ. Et Hiere. iij. c. Mechata ẽ cũ ligno et lapide. Et quia dominus nihil dixerat contra abraam: modo dicunt ſe patrem habere deum: vt per hoc aliquam occaſionem contra ipſum inueniant. Glo. Sicut prius oſtendit de abraam: ita nunc oſtendit deum non eſſe eis patrem: quia non cognoſcunt filium quem miſit nec diligunt. Unde ſubditur: c Dixit ergo eis ieſus: Si deus pater veſter eſſet: id eſt ſi eũ tanq͡ʒ patrem honoraretis ⁊ amaretis: d Diligeretis vtiq͡ʒ me/ cum ſim omnino idem deus cum illo. Uel ſic arguit: Si deus pater veſter eſſet diligeretis eum: et ita cum idem omnino ſim cum eo/ diligeretis me: Sed non diligitis eum: quia non diligitis me/ qui ſum idẽ illi: Ergo nõ colitis eũ. Et ſubdit duas cauſas quare deberent eum diligere. Quia eiuſdem ſubſtãtie eſt cum patre: e Ego enim ex deo proceſſi/ per generationem eternam/ habens eandem eſſentiam ab eo. Item per miſſionem temporalem in carnem: Unde ſubdit: f Et veni/ in mundum/ in carnem. q.d. ſi diligeretis dominum/ diligeretis ⁊ nũcium: ſm̃ qđ ſolet dici vulgariter: Qui me diligit: ⁊ canem meum diligit. g Neq͡ʒ enim a meipſo veni/ tm̃: id eſt non ſum ſine genitore/ ſm̃ qđ deus: nec inquantum homo ſine mittente: ſed ille me miſit. Sed quia poſſent dicere: hoc neſcimus: ideo oſtendit ꝙ per verba eius deberent cognoſcere: ſed nolunt. Unde dicit̃: h Quare loquelam meã non cognoſcitis: id eſt non intelligitis ea que dico: Et ſubdit cauſam: i Quia non poteſtis. Chryſoſtom⁹: id eſt nõ vultis/ k Audire. i. cũ perſcrutatione intelligere: ſermonem meum. q.d. inuidia veſtra et voluntas maligna et terrena eſt cauſa quare non cognoſcitis celeſtia verba. Eſa. vj. c. Audite audientes ⁊ nolite intelligere. Et ſubdit: Incraſſatum eſt cor populi huius/ per carnalem intelligentiam. Item ſimile Act. vij. g. vbi dicit̃ ꝙ continuerunt aures ſuas ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et ſupra: Audientes autem hec diſſecabatur cordibus ſuis: ⁊ ſtridebant dentibus in eum. ſ. ſtephanum. Uel/ Non poteſtis: tales quales nunc eſtis/ audire: id eſt credere. Uel aliter: vt ſit ſenſus: ꝙ non intelligebant ea que dicebant̃: quia nec audire ea poterant: ſed cum grauitate ea audiebant. Grauis enim erat eis et ad videndum ⁊ ad audiendum: Sap. ij. c. Et non poſſunt libenter homines diſcere niſi libenter audiant ⁊ diligant magiſtrum. Et nota ꝙ ſermo dñi requirit vt audiatur intelligendo ⁊ obediendo. De primo Ecci. v. c. Eſto manſuetus ad audiendum verbum dei vt intelligas. De ſecundo J. x. c. Oues mee vocem meã audiũt. Quia vero ſine contradictione probauit ꝙ non ſunt filij abrahe: nec etiam dei: ⁊ quia iam inuenerat alium eos patrẽ habere q͡ʒ abraam vel deum: ideo cõſequenter acrius eos arguens tanq͡ʒ obſtinatos/ aperte determinat de quo patre intelligat/ dicens: l Uos ex patre diabolo eſtis. q. d. ideo me non auditis: quia ex diabolo eſtis/ filij eius/ non naſcendo: vt manichei dicunt: ſed imitando. Unde et alibi iudeis dicitur: Pater tuus amorreus ⁊c. Ezech. xvj. a. Chryſoſtomus. Uos ex patre diabolo eſtis/ non dei/ non abrahe vt vos iactatis: ſed diaboli filij eſtis. Et hoc probat argumẽtãdo. m Et: id eſt quia n Deſideria patris veſtri vultis facere: me. ſ. occidere. Hoc enim: id eſt occiſiones meditari diabolice malicie eſt. Item mentiri diabolicũ eſt. Item odire eum qui non leſit diabolicum eſt: que omnia facitis: ſicut poſtea oſtenditur. Et nota ꝙ non dicit: opera ei⁹: ſed: deſideria ei⁹ vultis facere/ oſtendẽs quoniã et ille ⁊ hi vehementer ab occiſiõibus poſſident̃: ⁊ vehemẽter nocere volũt. Et quoniam inuidia erat cauſa: neq͡ʒ enim habens aliquo incuſare adam interfecit/ ſed inuidens ſolum: ita ⁊ iſti chriſtũ. Unde et oſtendit que ſunt deſideria diaboli ⁊ eorum. ſ. homicidiũ/ mẽdaciũ ⁊ odium veritatis. Et vt oſtẽdat ꝙ illũ imitant̃/ aperit qualis eſt diabol⁹/ dicẽs: o Ille homicida/ ſpiritualis: p Erat ab initio/ hominis. ſ. ſiue ex quo fuit qui poſſet occidi. j. Joh. iij. b. Ab initio diabolus peccat. Auguſtinus. Nota homicidã/ nõ ſolum qui ferro ſed ⁊ qui verbo occidit: vt diabolus primos parentes. Unde Pſ. Lingua eorũ gladius acutus. Uel/ Ab initio: id eſt in ſeptenario dierũ: qđ dicit̃ quaſi initiũ mũdi ⁊ temporis. Uel/ Ab initio: id eſt initiali plaga mũdi ⁊ oriẽtali. Simile Gen. ij. b. Plantauerat dominus deus paradiſum voluptatis a principio. Uel/ Ab initio/ creationis ſue dictus eſt homicida ſuipſius: quia dicitur homo: Matth. xiij. d. Inimicus homo hoc fecit. Dicit̃ enim homo ab homine deuicto: ſicut paulus ſic dictus eſt a paulo ſergio. q Et in veritate nõ ſtetit. q. d. ſicut homicida ita ⁊ mendax eſt: quia hominẽ quẽ occidit mendacio ſeduxit/ dicens: Eritis ſicut dij ⁊c. Gen. iij. a. Et oſtendit radicem mendacij: t Quia veritas non eſt in eo. q. d. in veritate non ſtetit: ſed in falſitate quã homini ſuaſit: qꝛ falſus erat in ſe. Ex falſitate enim cõcepta in ſe falſitatem ꝓtulit/ loquẽs homini per ſerpentẽ. Unde ſequit̃: v Cum loquit̃ mendaciũ/ ſuadendo: ſicut tunc homini: x Ex ꝓprijs loquit̃: quia non aliunde habet: ſed a ſe concepit. Uel ſic lege: r In veritate non ſtetit: id eſt in innocentia/ vel in rectitudine nature non permanſit: vel in deo qui eſt veritas. Et hoc: t Quia veritas non eſt in eo: id eſt quia ipſe deus qui eſt veritas/ nõ fuit in eo: id eſt qꝛ eum repulit ⁊ ab eo diſceſſit. q. d. ideo rectitudinẽ nature amiſit: qꝛ a deo q̃ eſt veritas receſſit/ ꝑdidit ſuã ꝟitatẽ: qꝛ a ſumma veritate receſſit: ⁊ qꝛ a ſua ꝟitate ceciderat: homini in rectitudine nature exiſtẽti inuidit ⁊ occidit. Unde hoc ordo verboꝝ oſtendit: o Ille homicida erat ab initio: et ideo homicida. q Et: id ẽ quia/ r In veritate/ i qua fuit cõdit⁹: s Non ſtetit: qꝛ nec diu fuit in celo. Et quare non ſtetit: t Quia veritas non eſt in eo. Auguſtin⁹. Recedendo a veritate/ non habet veritatem. Uel ſic: r In veritate non ſtetit: id eſt a via recta/ vel a deo cecidit: ꝟ. ſit liptote. Et ꝙ hoc verũ ſit/ patet quotidie: t Quia veritas nõ eſt in eo. Semp enim decipit quãtũ poteſt. Et bene dico ꝙ non eſt veritas in eo: ſed/ v Cum loquit̃ mendacium ex ꝓprijs loquit̃: quia non aliũde habet: ſed a ſe poſtq͡ʒ cecidit a veritate.

Uel ſic: o Ille homicida/ hoc q͡ʒtum ad alios: q͡ʒtum ad ſe autẽ/ r In veritate non ſtetit: quã ꝑceperat/ ſm̃ illos qui dicunt ꝙ creatus erat in gratuitis. Uel percepturus erat ſm̃ hoꝝ ꝯtrarios. s Nõ ſtetit. i. nõ ꝑſeuerauit. Ne aũt putet̃ ꝙ ideo non ſtetit: quia deus ſibi non dedit/ ſubdit cauſam ex ꝑte ipſius diaboli. t Quia veritas in eo nõ eſt. i. in eo fuit cauſa defectus a veritate: nõ in deo. Et ſumit̃ hic veritas large ꝓ rectitudine vite ſola mente ꝑceptibili. Et qꝛ defectus veritatis fuit ex ꝑte ſua: ideo ſuũ ꝓpriũ fuit mẽdaciũ. Et hoc/ v Cũ loquit̃ mẽdaciũ/ defraudãdo hominẽ. x Ex ꝓprijs/ adinuẽtionibus

Aliter

1. Joh. iij.

Pſ. lvj.

ceſſit a veritate. Unde ſubdit: a Quia mendax eſt: Et non ſolum mendax: ſed/ b Et pater eius: id eſt mendacij. Auguſtinus. Mendacij qd̃ loquit̃ pater eſt: quia ipſe genuit mẽdaciũ ſuum: et hoc eſt de ꝓprijs loqui. Et pater eius. Chryſoſtom⁹. Ille enim parturiuit mendaciũ primus. Geñ. iij.a. Quocunqꝫ die comedertitis ex eo: aperient̃ oculi veſtri et eritis ſicut dij. Et ipſe primo vſus eſt mendacio vt ꝓprio: Nã homines vtunt̃ quidem non vt proprio / ſed vt alieno. Auguſtin⁹. Diabol⁹ mẽdax ẽ ⁊ pat̃ mẽdacij: Nã tu forte mẽdax es: quia mendaciũ loqueris: ſed non es pater eius. Si em̃ qd̃ dicis a diabolo accepiſti ⁊ diabolo crediditi / mẽdax es: ſed pater mendacij non es: Ille ṗo / quia non aliunde accepit mẽdaciũ: q̃ mẽdacio tanqꝫ veneno ſerpẽs hominẽ occideret / pater ẽ mẽdacij: ſic de⁹ pat̃ eſt veritatis.

7.c.teſtes reticis.c. iuncto

a quia mendax eſt ⁊ pater eius. b c Ego autem ſi veritatem dico d non creditis mihi. e Quis ex f vobis arguet me de peccato? g Si veritatem dico / quare voſ h non creditis mihi? i Qui ex deo k eſt: verba dei audit. l Propterea vos non auditis: quia m ex deo non eſtis. n Reſponderunt igit̃ iudei ⁊ dixerunt ei: o Nõne bene dicim⁹ nos: quia p ſamaritanus es tu / et demo q niũ habes? r Reſpondit ieſus: Ego demonium non habeo:

ꝓprijs / adinuẽtiõib⁹.ſ. loquit̃: a Quia mendax eſt. Habitũ notat: quia rectitudinem veritatis quã ſemel abiecit actu / ſemꝑ abijcit voluntate. b Et pater eius.ſ. mẽdacij: quia ipſe primo adinuenit illud. Sequit̃: c Ego autem ⁊c̃. Per contrarium probat dictum ſuum: quia qui amant mendaciũ ſm̃ q̃ hmõi / odiunt veritatem: et ideo dicit: Ego autẽ ſi: id eſt quoniã / veritatẽ dico: ⁊ non habetis aliã cauſam non acquieſcendi: d Non creditis mihi: quia.ſ. inimici eſtis veritatis: et ita probatis vos eſſe filios diaboli mẽdacis / non dei. Ne autẽ poſſint dicere / q̃ licꝫ veritatem dicat: tamen non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: ideo ꝓueniens hoc ſubdit: e Quis ex vobis arguet me de peccato ⁊c̃. Uel ſic cõtinua: quia poſſent dicere ſe nõ eſſe homicidas neqꝫ mendaces: ſed ideo eum ꝑſequi / quia peccator erat ⁊ facinoroſus: ideo dicit: Quis ex vobis arguet me de peccato. q.d. quare vultis me interficere ex quo nõ poteſtis me de peccato arguere? Uel / Quis ex vobis arguet me de peccato: ſicut ego arguo vos ⁊ patrẽ veſtrũ? Et cũ nullus poſſit arguere vitam: quare nõ recipitis doctrinã? Et hoc eſt: g Si veritatẽ dico: id eſt me veritatẽ manifeſto / vel veram doctrinam vt homo: h Quare vos non creditis mihi / veritati: niſi ſuppl'e / quia eſtis filij diaboli mẽdacis? Unde nõ ignorat ſed manifeſtat maliciã eorũ: vt ſaltẽ confuſi redeant ad veritatem ⁊ liberent̃. i Qui ex deo eſt: nõ natura / ſed fide ⁊ gratia: k Uerba dei audit.i. amat ⁊ cum deuotiõe recipit: Scd̃m qd̃ ſolet dici: Qui diligit regẽ diligit eius legẽ. Et ex hoc includit qd̃ intendit.ſ. q̃ ſint filij diaboli. l Propterea vos non auditis.i. auditui tradere: vel obedire contemnitis. m Quia ex deo non eſtis.i. quia ex diabolo eſtis: nõ ꝑ naturã ſed ꝑ maliciã. Et hoc nõ eſt ex ꝑte dei / ſed ex ꝑte veſtra: qui nõ vultis eſſe ex deo: quia ei⁹ gratiã ⁊ quem ipſe miſit abijcitis. Eccl.iij.d. Auris bona cũ omni concupiſcentia audit ſapientiã. Nota q̃ hic quaſi ſubit dñs iudiciũ cum homine / dicens: e Quis ex vobis arguet me ⁊c̃. Unde Job.xxxi.b. Si cõtempſi iudiciũ ſubire cũ ſeruo meo ⁊c̃. Eſa.v.a. Judicate inter me ⁊ vineã meã ⁊c̃. Eſa.xliij.d. Reduc in memoriã ⁊ iudicemur ſimul. Pſ. Ut iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis: ⁊ vincas cũ iudicaris. Chriſtus em̃ non poteſt argui de peccato: quia peccatũ nõ fecit: nec inuentus eſt dolus in ore ei⁹.j. Pet.ij.d. Job.xxv.a. Nũquid iuſtificabit̃ homo cõparatus deo? Itẽ Job.xxj.d. Quis arguet corã eo vias ei⁹? f De peccato / auaricie: a q̃ doctor debet ſe excutere: ſicut ſamuel.j. Reg.xij.a. et moyſes Numeri.xvj.c. Job.xv.d. Ignis deuorabit tabernacula eoꝝ ⁊c̃. Uel de peccato ſuꝑbie vel cõcupiſcẽtie. Cõtra ſuꝑbiã ⁊ honorem / dic̃ poſtea: Inhonoraſtis me. Cõtra delectationẽ carnalẽ / dicit̃: Tulerũt ẽ lapides vt iacerẽt in eũ. Contra copiã ⁊ auariciã dicit̃: Nũquid tu maior es patre nr̃o

ec̃ij.15.c.

Ps.50.

abraã: qui.ſ. habuit aurũ ⁊ boues. Nota q̃ ꝑdicator primo debet oſtendere vitam bonam. Unde / Quis ex vobis arguet me ⁊c̃. Et poſtea debet oſtẽdere ſanam ⁊ veram doctrinam. Unde ſequit̃: Si veritatẽ dico ⁊c̃. Sicut Job xxiij.d. Quis me poteſt arguere. Itẽ Job.vj.d. Cũ nullus ex vobis ſit qui poſſit arguere me. b Quare vos non creditis mihi? Propter tres rationes nõ credunt: quia nutriti ſunt in mẽdacijs. Unde ſicut ruſticus libẽti⁹ comedit fabas qꝫ gallinas: ſic ipſi audiũt libẽtius mẽdaciũ qꝫ veritatẽ. Unde ꝑ cõtrariũ dicit̃.j.xviij.g. Qui eſt ex veritate audit vocẽ meã. Itẽ Numeri.xj.b. iudei repudiabant manna dulciſſimũ cibũ: q2 nutriti erant de alijs egypti. Secũda ratio eſt: quia eoꝝ affectus eſt ad aliud inclinatus: ⁊ ad idẽ inclinat rationẽ ⁊ intellectũ: ⁊ ita nõ recipit veritatẽ. Unde Job.xxxj.a. ꝑ contrariũ: Si ſecutus eſt oculus meus cor meũ.i. intellectus affectum. Tertia ratio eſt: q2 veritas cõtraria eſt eis. Accuſat enim eos de malis. Unde.j.iij.c. Qui male agit odit lucẽ ⁊c̃. Matth. v.d. Eſto cõſentiens aduerſario tuo: id eſt ſcripture. Sequit̃: n Reſpõderũt igit̃ iudei ⁊ dixerũt ei. Aug⁹. Quia conuicti ſũt nõ eſſe filij abrae vel dei / ſed diaboli: ingerũt conuitia. Et h̃ eſt: o Nõne bene dicim⁹ nos: id eſt vere ⁊ iuſte: p Quia ſamaritan⁹ es tu. Samaritan⁹.i. odiẽs nos tanqꝫ ſamaritan⁹: et ideo talia dicis nobis. q Et demoniũ habes.i. inſan⁹ es: et ideo talia dicis de te: te exequans deo: qd̃ ẽ inſanũ ⁊ abſurdũ. Uel / p Samaritan⁹: id ẽ peccator ⁊ inſcius in lege. Et hoc dicũt: q2 videbat̃ obloqui legi. q Et demoniũ habes.i. arrogans es ſicut diabolus. Et nota q̃ dicit̃: Bene dicim⁹. Chryſ. Nuſqꝫ dic̃ euãgeliſta ſuperius q̃ eum vocauerunt ſamaritanũ: Sed intelligendũ eſt hoc ab eis multotiens dictũ eſſe. Itẽ nota q̃ quaſi querẽdo hoc maximũ conuitiũ dixerũt: quaſi ſupponẽtes certũ eſſe: et ideo querũt ꝑ / Nõne: cui cõſueuit ſemper affirmatiua reſponderi. Sed humiliter ⁊ patiẽter / r Reſpõdit ieſus / dicens: Ego demoniũ non habeo. Ad primũ nõ reſpõdet / attendens interꝑtationẽ ⁊ ſignificationẽ nominis: q2 ſamaritanus interꝑtat̃ cuſtos: ⁊ ipſe cuſtos eſt. Unde Pſ. Nõ dormitabit neqꝫ dormiet qui cuſtodit iſrael. Et Eſa.xxj.c. Cuſtos q̃d de nocte ⁊c̃. Aliud autẽ vt falſum negat: ſed vt patiens conuitiũ nõ reddidit: ſm̃ illud Roma.xij.d. Nulli malũm ꝓ malo reddentes ⁊c̃. Unde hic in duobus nos inſtruit. Primo.ſ. quia cũ crimẽ nobis imponit̃ / debemus leui excuſatione nos expurgare / ne pereat fama que neceſſaria eſt ꝓpter ꝓximũ. Secundũ eſt: quia iniuriã dei debemus omnib⁹ modis vindicare: noſtrã autẽ patienter tolerare. Et ideo dure reprehendit eos / cũ dicebant ſe eſſe filios dei: hic aũt remiſſe loquit̃. Unde Chryſ. Cũ dicerẽt.ſ. eodẽ: Patrẽ habem⁹ abraam ⁊ deũ / vehementer eos tetigit ⁊ increpauit: hic autẽ quãdo vocãt eũ demoniũ habentẽ / remiſſo vtit̃ ſermone ⁊ humili: per hoc erudiẽs nos / que ad deũ ſũt vindicare: q̃ ṗo ad vos / deſpicere ⁊ nõ curare. Unde Matth.xvj.d. Uade retro ſathana: in prioꝛib⁹ nõ increpauit. Itẽ in hoc q̃ vnũ negat / aliud nõ negat: dat nobis formã q̃ ſi improperet̃ nobis paupertas vel vilitas / nõ debem⁹ defendere nec tanqꝫ cõtumeliã reputare: ſed ſi peccatũ imponat̃ / poſſum⁹ nos ſimpliciter ⁊ hũiliter ⁊ benigne excuſare ⁊ defendere. Chryſ. Si dixerit te inopẽ / deride: ſi dixerit te pauperẽ / deride: ſi dixerit inſipientem / geme: non ꝓ te ſed ꝓ illo. Item dñs non negauit ſe eſſe ſamaritanũ: q2 omnes bñ ſciebãt / q2 iudeus erat. Nec de hoc dubitabant / licꝫ hoc cõtumelioſe dicerẽt. Item nõ reputauit hoc opprobriũ nec negauit / ne ſignificare videret̃ q̃ ipſi eſſent deſpiciendi: ſicut iudei putabant. Neminẽ enim deſpicit chriſtus qui dicit: Non veni vocare iuſtos ſed peccatores:

De p̄ſump. c.nonne 5.7.c. et.j.10 .d.

Chryſ. accipit ꝓ eodẽ ſamaritanũ ⁊ demoniacum dicere .i. inſanum

Ps.120.

a ſed hõnorifico patrem meũ: ⁊
b vós inhonoraſtiſ me. Egó au
tem non quero gloriam meã.
c Eſt qui q̃rat ⁊ iudicet. Amén
f amen dico vobis: ſi q̃uis ſer
g monem meũ ſeruauerit: mor
h tem nõ † videbit i eternũ. Di
i xerũt ergo iudei: Nũc cogno
k uim⁹ quia demoniũ habes.
l Abraam mortu⁹ eſt ⁊ pphe
m te/ et tũ dicis: ſi q̃uis ſermonẽ
n meũ ſeruauerit/ non guſtabit
o mortem in eternum. Nũquid
tu maior es patre nr̃o abraam
p qui mortuus eſt? Et pphete
q mortui ſunt: quẽ teipſũ facis?
r Rñdit ieſus: Si ego glorifi
s co meipſũ/ gloria mea nihil ẽ.
t Eſt pat̃ meus q̃ glorificat me
v quẽ vos dicitis: q2 de⁹ nr̃ eſt:
x
y

Matth.ix.b. a Sed honorifico patrẽ meũ. q.d. non curo de veſtra contumelia: quia non curo de mea gloria/ ſed patris. Hieronymus. Qui non querit gloriam/ nõ ſentit cõtumeliam. Uel ſic. Licz me reputetis demoniacũ: quia patri me comparo/ ſabbata eius violans/ ⁊ me ei exequãs/ ⁊ in eũ blaſphemẽ: vt dicitiſ: tamẽ nõ ẽ ita: Sz honorifico/ eius auctoritatem ei in omnib⁹ attribuẽs. b Et vos inhonoraſtis me. q.d. facio quod de/

Mr. ⁊ guſtabit B. beo/ patrem honorans: ne arrogans vobis videar: ſed vos nõ facitis qd̃ debetis: quia inhonoraſtis me p falſa opprobria: qui me deberetiſ honorare/ ſaltem propter hoc ꝙ honoro patrẽ. Minus dicit ⁊ plus ſignificat. Inhonoraſtis me: id eſt contumelias intuliſtis. Uel aliter: a Sed honorifico patrem meũ. Chryſoſtom⁹: In hoc. ſ. ꝙ dicebat non decere eos deum patrem vocare homicidas exiſtentes/ patrem honorabat. b Et vos inhonoraſtis me: quia .ſ. honorifico patrem. q.d. patri debetis noxas huius cõtumelie: quia ꝑ illo hec audio. Et vt omnimodã humilitatẽ pretendat/ dicit: c Ego autem non quero gloriam meã: ſupple nunc in preſenti: q.d. licz contumelias inferatis: ego tamẽ non vindico eas ſicut homines gloriã amãtes: qui contumeliis illatis malum

Deut.32.c. reddunt: ſed patri reſeruo: ſm illud Roma. xij.d. Mihi vindictam: ⁊ ego retribuã. Et hoc eſt qd̃ dicit: d Eſt q̃ querat/ gloriam meã/ pater. ſ. e Et iudicet: id eſt vindicet ſuo tempore meam cõtumeliam. Et hoc dicit/ vel ꝑdicendo/ vel iuſticie patris cõcordando: Puniuit enim pater peccatum eorum/ in captiuitatẽ eos tradendo: ⁊ iuſtam penam excecationis eis infligendo. Uel ſm Aug. d Eſt qui querat ⁊c̃. Due ſunt tẽptationes. Una ꝓbationis: de q̃. Deut. xiij.b. Tẽptat vos de⁹ ⁊c̃. Alia deceptiõis: de q̃ Jaco. j.b. De⁹ itẽptator maloꝝ ẽ. Sic et duo timores. Un⁹ quẽ charitas foras mittit. j. Joh. iiij.d. Aliꝰ q̃ ꝑmanet

Ps.18. i ſeculũ ſeculi: de q̃ i Ps. Sic ⁊ duo iudicia. Unũ dãnatiõiſ quo nõ iudicat pat̃ ſ; oẽ iudiciũ dedit filio. S.v.d. Alteꝝ diſ

Ps.41. cretiõis. Vñ Ps. Judica me de⁹: ⁊ diſcerne cauſam meã. Scd̃m hoc dic̃. d Eſt/ pat̃/ qui q̃rat: gloriam meã. e Et iudicet. i. diſcernat cã a vr̃a: q2 vos ſcd̃m ſeculũ gloriamini/ ego nõ: ſ; ea gloria quã habui apd̃ patrẽ añq̃ʒ mũd⁹ eſſet/ q̃ eſt ab humana inflatione diſcreta. f Amẽ amẽ dico vobis ⁊c̃. Chryſoſtom⁹. q.d. ego nõ quero gloriã meã ſed pater: pro quo mihi infertur cõtumelia. Propter hoc ego omittens torquere vos modo ad admonitionem conuertor/ ⁊ conſilior hec facere/ ex quibus non ſolum ſupplicium effugiatis: ſed ⁊ eterna vita fruamini: Quia/ g Si quis ſermonem meũ ſeruauerit: corde per ſincerã fidem: ore per intrepidam cõfeſſionem: opere per deuotã cõuerſationem. Chryſoſtom⁹. Non ſolum fidem ait: ſed et vitam puram: Hoc eſt enim ſeruare/ in memoria recondere

Ps.102. ⁊ in opus transformare: ſm illud Ps. Memores ſunt mandatorũ ipſius ad faciendum ea. h Mortem non videbit/ vel/ guſtabit in eternum: id eſt non experietꝰ. Et loquitur de morte ſecunda ⁊ eterna: que eſt vera mors: De qua Apoc. xx.b. Beati ⁊ ſancti qui habent partem in reſurrectione prima: in his non habet poteſtatem ſecunda mors. Nota quia mors eterna dum nunq̃ʒ tranſgluritꝰ ſemper necans/ ſemper quaſi eſt i guſtu ⁊ nunq̃ʒ in digeſtione: per contrarium loquitꝰ de bonis: quia mortem non guſtabunt ſpiritualem. Et licz boni ſemper vitam guſtent/ tamẽ hoc non dicit: quia mali non ita habent oculum ad adepti/

oñem boni/ ſicut ad euaſionem periculi. Et conſtat ꝙ mali erant quibus loquebatur. Sed iudei vere mortui non intelligẽtes mortem eternam/ putant dici de morte hac: Unde iraſcentes reſpondent: Et hoc eſt: i Dixerunt ergo iudei: Nunc cognouimus: quaſi hoc tuum dictum nobis ſignum eſt: k Quia demonium habes: id eſt q2 inſanus es. Sed ſi demoniũ hz: vt dicit Chryſoſtomus: ſatis ſe ipſos reprehẽdũt qui demoniaco tã ſtudioſe attendũt. l Abraã mortuus eſt ⁊ prophete. Prouocant eũ vt contra abraã aliq̃d dicat. m Et tu dicis ⁊c̃. Naturalem mortem intelligunt: non de alia cogitantes. Chryſoſtomus ſic legit: n Si quis ſermonem meum ſeruauerit/ mortem non cõſiderabit. S.v.d. dictum eſt/ Uitam eternam habebit: Hic autem dicit: mortem nõ conſiderabit. In quo notatur adeptio vite et euaſio pene. Simul autem et per hoc enigmatice inſinuat/ quoniam nihil poſſunt ei facere. Si enim qui ſermonem eius ſeruat non morietur: multo mag⁹ ipſe. Hoc deniq̃ʒ nõ intelligẽtes: et ipſi dicũt: Nũc cognouimus/ quia demoniũ habes. Abraam mortuus eſt: et prophete mortui ſunt/ ⁊ tu dicis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit: non guſtabit mortem in eternum. Hoc eſt: qui ſermonem dei audierunt mortui ſunt: et qui tuum audiunt non morientur: o Nũquid tu maior es patre noſtro abraam: qui tantus fuit vt ſibi daretur primitus circumciſio: et facta eſt promiſſio terre promiſſionis ⁊ ſeminis/ in quo benedicentur omnes gentes. p Qui mortuus eſt: licz tantus fuerit. q Et prophete mortui ſunt: quibus deus locutus eſt per ſeipſum. Chryſoſtomus. O vanagloria: rurſus ad cognationem abrae defugiũt: et nimirum conſequens erat dicere: Nunquid tu maior es deo: aut qui te audiunt maiores ſunt q̃ʒ abraam: cui ſcʒ locutus eſt deus. Sed nõ dicũt hoc: quia minorem eſſe q̃ʒ abraam eum reputabant. r Quem teipſum facis: id eſt fingis vel ꝓtendis: qui dicis ex tuo ſermone nõ mori: cum abraã et prophetas ſcias mortuos. Chryſoſtomus. Superius dixerat ꝙ mortuos erigit. Sup. v.d. Sicut pater ſuſcitat mortuos et viuificat: ſic et filius quos vult viuificat: Hic autem dicit/ ꝙ non conſiderabit mortem qui crediderit: quod multo maius erat q̃ʒ nõ concedere teneri a morte: ideo magis ſeuiebant. Quid igitur illi? r Quem teipſum facis: et hoc iniurioſe. q.d. tu gratificas tibipſi et te laudas. Ad hoc igitur/ s Reſpondit ieſus: referens gloriam ſuam ad patrem: de quo etiam eſt qd̃ deus eſt. t Si ego glorifico meipſum/ gloria mea nihil eſt: id eſt ſi priuatam gloriam quero ſeparatam a patre/ gloria mea peccatũ eſt. Uel aliter ſm Chryſoſtomũ. Sicut illud. S.v.e. Teſtimoniũ meum nõ eſt verum: ad illorum ſuſpicionem dictum eſt: ita et hoc/ Nihil eſt: quo ad vos: id eſt pro nihilo reputatis. v Eſt pater meus qui glorificat me. q.d. vos arguitis me de inſania/ et de iactantia/ et arrogantia: ſed ego non iacto me: ſed pater meus me oſtendit in baptiſmo: Matth. iij.d. In monte: Matth. xvij.a. In operibus et ſignis et in ſcripturis: x Quem vos dicitis: id eſt de quo vos dicitis: y Quia deus noſter eſt: quaſi non recentẽ deum annũcio: ſed illum de cuius cognitiõe gloriari ſoletis. Et pcutit eos hic. q.d. vos dicitis vos deũ colere: et perſequẽdo me/ cum ipſe me glorificet/ inter vos perſe-

quimini eum.

quiminí eum. a Et non cognouiſtis eum/ patrem vel deum in operibus ſuis: quia de alia cognitione non reprehenduntur. Non cognouiſtis inq̄ȝ per fidem. q. d. iactatis vos de eo ꝙ deus veſter ſit: ſed eum ignoratis: q2 ei qui omnia pro eo et dicit et facit vt ipſe glorificetur/ iniuriamini/ et miſſum ab eo non recipitis. b Ego autem noui eum/
s.7.d. per vnitatem noticie et ſapientie ⁊ eſſentie. Et q2 noui: ideo a me addiſcere poteſtis ſi vultis. Matthei xj.d. Nemo nouit patrem niſi filius ⁊ cui voluerit fili⁹ reuelare. Et ne videatur eſſe gloriatio ꝙ dicit ſe eum noſcere/ ſubdit: c Et ſi dixero quia non ſcio eum: cum ſciam: d Ero ſimilis vobis mendax: qui dicitis ſcire cum neſcitis. q. d. hoc quod dico/ nō dico pro gloriatione: ſed quia hoc negare mendacium eſſet. Auguſtinus. Sic caueatur arrogantia vt veritas non relinquatur. Unde adhuc ſequitur: e Sed ſcio eum: ideo me neſcire nō poſſum dicere. Ergo videtur ꝙ chriſt⁹ potuit mētiri. Reſpōſio: ꝙ ē cōſecutio ex impoſſibili: q2 impoſſibile erat eū dicere cōtra cōſciētiā. Tñ anſelm⁹ ſoluit/ ꝙ ſi proferret orationē in ſe falſū ſignificātem/ ꝙ eo ipſo ꝙ ipſe proferret/ aliquā veritatem ſignificaret. f Et ſermonem eius ſeruo: id eſt in carnem miſſus ſum ex eius precepto: ⁊ eius voluntatem in ſalute generis humani facio. Per hoc autem oſtendit ꝙ de ſcientia informata loquitur quando dicit eos neſcire deum: quia opere repugnabant illi cognitioni. Sequitur: g Abraam pater veſter ⁊c. Supra dixerat chriſtus: Si quis ſermonem meū ſeruauerit/ mortem nō guſtabit in eternum. Contra qd̄ oppoſuerant dicētes: Nūquid tu maior es patre noſtro abraam? Ad quod reſpōdit ſe nō dixiſſe illud propter iactantiam vel inanem gloriam: Hic autē oſtendit ſe nihilominus eſſe maiorem abraam: quia/ Exultauit ⁊c. Item ſicut dicit Chryſoſtomus: quia gloriabantur de abraam: Nunquid tu maior es patre noſtro abraam. Et alibi: Nos filij abrae ſum⁹: Ideo eos alienos ab abraam eſſe: quia in quibus ille letabatur/ hi dolent. Unde dicit: h Exultauit vt videret diem meū: id eſt cum exultatione deſiderauit. Exultans per ſpem: deſiderans per rem. i Diem meū. Auguſtin⁹. Incertum eſt an diem temporalem quo erat venturus in carnem: an diem eternitatis. Sed vtrūq̄ȝ abraam vidit: Unde ſequitur: k Uidit/ per fidem diem incarnationis: vel per ſpiritum prophetie: quod ſignificauit Geñ. xxiiij. a. vbi precepit eliezer ꝙ poneret manum ſubter femur ſuum ⁊ iuraret ⁊c. In hoc enim ſignificauit ꝙ aliquid ſacrum in femore ſuo latebat/ per quod iurabat. ſ. chriſtus. Item per hoc quod ſubter femur precepit manum ponere/ ſignificauit ꝙ chriſtus qui de eo erat naſciturus eſſet ſuper omnē carnē. Hoc etiā vidit Geñ. xviij. a. vbi tres angelos vidit ⁊ vnū tm̄ adorauit: quia filium incarnandum in illo intellexit: per alios duos angelos/ legem ⁊ prophetas/ predicentes incarnationem eius. Unde/ h Exultauit vt videret/ per ſpeciem: i Diem meū/ diem eternitatis: que ē ipſe chriſtus: quia hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolum deū verū: ⁊ quē miſiſti ieſum chriſtum: Ioh. xvij. a. k Uidit/ per fidē: l Et gauiſus eſt/ per ſpem. Chryſoſtomus dicit. Hic mihi videtur dicere eum qui crucis quam in arietis ⁊ iſaac oblatione prefigurauit. Et in hoc ſignificauit ſe maiorem abraam. Primo: quia dicit/ Exultauit vt videret: q̄ſi ſtudioſus fuit ad hoc pro beneficio. Itē/ Diem meum: tanq̄ȝ maioris. Quia eñ ſemper dicebant: Hic eſt filius fabri: Math. xiij. g. Marci. vj. a. et nihil plus de eo imaginabantur: paulatim eos inducit ad altam mētem: quaſi ad alta ſentiendum de ſe. k Uidit/ vel ſciuit: ſm Chryſoſtomū: id eſt intellexit in oblatione arietis diem paſſionis. l Et gauiſus eſt/ pro redemptione ſua et humani generis. Per h̄ oſtēdit chriſtus ꝙ nō inuitus venit ad paſſionē: quia ſcȝ laudat abraam q̄ letat⁹ eſt in cruce: hoc eñ ſal⁹ orbis terrarum erat. Similiter Paul⁹ Gal. vj. d. Mihi abſit gloriari niſi i cruce dñi noſtri ieſu chriſti ⁊c. 7.q.1.c. aduerſitas 23.q.3.poſt p̄n.

a ⁊ nōn cognouiſtis eum. Egō
b autem noui eum. Et ſi dixero
c quia non ſcio eum/ erō ſimilis
d vobis mendax. Sēd ſcio eū:
e ⁊ ſermōnē eius ſeruo. Abraf
g am pater veſter exultāuit vt
h videret diēm meū: vidit ēt ga
i uiſus eſt. Dixērunt ergo iu
k l m
n dei ad eum: Qūinquaginta
annos nondum habes et ab
o raam vidiſti? Dixit ēis ieſus:
p Amēn amen dico vobis: an
q teq̄ȝ abraam fieret ēgo ſum.
r s Tulerūt ḡ lapides vt iācerēt
t in eum. Ieſus aūt abſcondit
v ſe: ⁊ ēxiuit de templo.

m Dixerunt ergo iudei ad eum/ irati: ſolam in eo etatem carnis penſantes: ⁊ diuinam naturam non conſiderantes. n Quinquaginta annos nondum habes et abraam vidiſti. Uidetur ꝙ debuerunt dicere. Et abraam vidit te vel diem tuum. Sed tamen ſatis bene dicunt/ vidiſti: ſm communem modum loquendi: id eſt fuiſti in tempore eius: aliter enim non vidiſſet eum abraam vt putabant. Item nota ꝙ per hoc quod dixerat: Uidit diem meum/ ſignificauerat ſe maiorem. Unde verbum illud non ſuſtinentes dicunt: Abraam vidiſti. q. d. tibi nō competit vt dicas abraam vidiſſe te: ſed econuerſo. Item nota ꝙ dicunt: Quinquaginta annos nondū habes ⁊c. Mirum eſt ꝙ tantū annorum numerum proferunt. Sed dici poteſt ꝙ dominus multum laborauerat: et terra calida eſt valde: et ita conſumpſerat ⁊ labor ⁊ calor et inopia naturam eius delicatiſſimam: vnde et apparebat multo maioris etatis q̄ȝ eſſet. Chryſoſtom⁹. Quadraginta annos nondum habes ⁊c. quia quaſi prope quadraginta annos iam erat chriſtus. o Dixit/ ergo/ eis ieſus: ab intuitu carnis ad diuinitatem trahens. p Amen amen dico vobis: anteq̄ȝ abraam fieret: Nō dicit/ eſſet: ſed/ fieret: quia creatura. q Ego ſum: Non dicit/ factus: ſed/ ſum: quia creator: cuius eſt eſſe non fieri. Chryſoſtom⁹ querit: cur nō dicit/ ego eram: ſed/ ego ſum. Reſpōdeo: ſicut pater eius vtitur hac dictione/ ſum: Exod. iij. d. Ego ſum qui ſū: Ita et ipſe. Continue enim eſſendi eſt ſignificatiua ab omni eruta tempore: propterea ⁊ blaſphemum eis videtur hoc verbum. Unde ſequitur: Tulerūt ergo lapides ⁊c. Uel ſic: q Ego ſum: id eſt eternitate illum precedo. Sū autem dicit/ nō fui: quia preſens tempus ſolum eſt qd̄ eſt in eſſe: preteritū autem fluxit in non eſſe: et ideo preſens magis conuenit cum eternitate ⁊ cum imobilitate ſubſtātie diuine. Quod ipſi non ſuſtinentes: r Tulerunt lapides: ipſi duri vt lapides: Et quia defecerūt verba: s Ut iacerent in eum: quia putabant eum dixiſſe blaſphemiam: et quia comparabat ſe abrae. Auguſtinus. Ad lapides currunt: Tāta enim duricia quo curreret niſi ad ſimiles? t Ieſus autem abſcondit ſe: vt homo humilis: quia commendanda erat patientia non exercenda potentia: vel quia nondum erant impleta omnia. v Et exiuit de templo: id eſt de loco vbi illi ſeuiebant. Chryſoſtom⁹. Fugit humane ⁊ occultatur: ⁊ cum ſufficientem eis doctrinā iam tradidiſſet: ⁊ que ſua erant compleſſet/ exiuit de templo/ et receſſit ad ſanationem ceci: per omnia credi faciēs/ quoniā ante abraam eſt. Item per hoc ꝙ exiuit de templo et iuit ad cecum ſanandum/ ſignificat ꝙ de figuris iudeorum veniret ad ſanationem gentium: vt dicit Glo. Item per hoc ſignificat ꝙ deus a lapideis cordibus recedit. Unde Auguſtin⁹. Tanq̄ȝ homo a lapidibus fugit: ſed ve illis a quorum lapideis cordibus deus fugit.

¶ Exp̄o. Ca. IX.

Pteriens ieſus ⁊c̃. Hoc capitulū continet miraculū de ceco illuminato. Et diuidit̄ in nouem partes. Primo ponit̄ queſtio diſcipulorū de cauſa ſue cecitatis: ⁊ reſponſio domini. Secūdo ponit̄ eius illuminatio: ⁊ modus illuminatiōis: ibi: Hec cum dixiſſet ⁊c̃. Tertio admiratio ⁊ queſtio populi: ibi: Itaqȝ vicini ⁊c̃. Quarto ad phariſeos adducit̄: ⁊ fit diſſenſio inter eos de eo: ibi: Adducunt eū ⁊c̃. Quito a ceco requirit̄ quid de chriſto ſentiat: ibi: Dicit ergo ceco ⁊c̃. Sexto a parentibus eius requirunt: ibi: Non crediderunt ergo ⁊c̃. Septimo iterum vocant cecum vt peruertant: ⁊ eo veritatem reſpondente ⁊ eos arguente/ maledicunt ei ⁊ eijciunt: ibi: Vocauerunt ergo rurſum ⁊c̃. Octauo eiectum chriſtus inuenit ⁊ inſtruit: ibi: Audiuit ieſus ⁊c̃. Nono phariſeos de cecitate reprehendit: et eis reclamantibus pro eo ꝙ de cecitate carnali intelligebant/ ipſe eis cecitatem peccati oſtēdit: ibi: In iudiciū ego in hūc mundū veni ⁊c̃. Dicit ergo: a ¶ Et pteriens ieſus vidit hominē cecum a natiuitate. Nota ꝙ ea que dicunt̄ in hoc capitulo/ non poſt predicta facta ſunt/ ſed ante: vt dicunt quidam: quia ſicut diximus in principio precedētis capituli/ illa dicta ſunt per anticipationē. Glo. autem ⁊ Chryſ. cōtinuant iſta ad precedētia: quaſi eo ordine facta ſint quo dicta. Unde nota ordinē. In ſuperiori capitulo multa dixerat: in hoc autem capitulo dicta ſignis confirmat. Item ſuperius furebant in eum iudei: ideo ſecedit ab eis/ ⁊ conuertit ſe ad operationē ſigni. Duo autem erant in iudeis: furor ſeuiendi: ⁊ duricia credendi. Et ſicut dicit Chryſoſtomꝰ: abſentatione furorem eorum mitigat: ⁊ operatione ſigni duriciam mollit. Item his q̃ dicta ſunt fidem facit per ſigna: ⁊ ideo facit ſignum non cōtiugens/ ſed tunc primū veniens: vt dicit̄. j. eodē. f. A ſeculo nō eſt auditū q2 qs aperuit oculos ceci nati. Nā ceci forte oculos apuit qs/ nati aūt ceci nō adhuc. b ¶ Uidit. Chryſ. i. ſtudioſe reſpexit vt ⁊ diſcipulis ſenſū tribueret. Ab hoc eñ reſpectu ſtudioſo ad īterrogationē venerūt. c Hominē cecū a natiuitate. Hoc dicit ad differētiā aliorum qui orbant̄ lumīe.

ꝗ Et interrogauerūt

Myſtice **Myſtice.** a ¶ Et pteriēs ieſꝰ vidit hoīeꝫ cecū a natiuitate. Cecꝰ iſte ſignificat genꝰ humanū: vl̄ ſpecialit̄ gētilē populū: quē chriſtꝰ exiens de tēplo: id eſt de figuris iudeorū illumīauit. Et dicit̄ cecus a natiuitate: quia omnes naſcimur filij ire: Eph. ij. a.

Moraliter **Moraliter:** Per hoc ꝙ chriſtus exiens de templo/ venit ad ſanandum cecum/ ſignificatur ꝙ de templo ad agrūm: id eſt de loco contemplationis ⁊ orationis veniendū ē ad actionem ⁊ predicationem vt illuminetur peccator. Gregoriꝰ. In cōtemplatione hauriunt qd̄ alijs per ꝑdicationem effundunt. Ezech. j. d. Animalia ibant ⁊ reuertebant̄. j. x. b. Ingredietur ⁊ egredietur.

Multiplex excecatio Et nota ꝙ quidam excecant̄ de ortu ⁊ genere ſuo: vnde ſignificari poſſūt ꝑ hunc qui erat cecus a natiuitate. Quidam excecant̄ abūdantia temporaliū: qui ſignificant̄ ꝑ tobiā. Tob. ij. b. qui ſtercoribus hirundinū excecatꝰ eſt. i. temporalibus/ que reputant̄ vt ſtercora ab hirundinibus. i. ſanctis: Phil. iij. b. Et nota ꝙ de ſtercoribus calidis: qd̄ eſt/ quādo inherent per amorē. Et propter hoc dicit Pſ. Diuitie ſi affluant nolite cor apponere.
Pſ. 61. Peluis enim frigida non excecat vſum/ ſed calida. Quidam excecant̄ honoribus. Unde Pſ. Homo cum in honore eſſet
Pſ. 48. nō intellexit: quaſi quia in honore nō intellexit. Et tales ſignificant̄ ꝑ heli. j. Reg. iij. a. Caligauerūt oculi eius nec poterat videre lucernā dn̄i. i. honorem mundi/ donec extingueret̄: id eſt donec amitteret̄. Deut. vlt. c. dicit̄ in preconijs moyſi ꝙ non caligauerūt oculi eius. Quidā excecant̄ longa peccatorum cōſuetudine: ⁊ ſignificant̄ ꝑ iſaac: Geñ. xxvij. a. Senuit autem iſaac et caligauerunt oculi eius et videre non poterat. Unde de huiuſmodi ſenio peccati dicit Pſ. Inueteraui inter
Pſ. 6. omnes inimicos meos. Et alibi: Comprehēderūt me iniqui-
Pſ. 39. tates mee: ⁊ non potui vt viderē. Item Baruch. iij. b. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicorū es: Inueteraſti in terra aliena.

a b c ¶ Ca. IX.

**Et preteriens ieſus vidit hominem cecū a natiuitate:**

Quidam excecantur diuerſis curis ⁊ ſollicitudinibus temporalium: ⁊ ſignificant̄ per ſedechiam: qui excecatus eſt i reblatha: que īterpretat̄ multa hec. iiij. Reg. vlt. b. et. Hiere. lij. b. Quidam excecantur hereſi vel errore: de quibꝰ Prouerb. xxx. c. Oculū qui ſubſannat patrem ⁊ deſpicit partū matris ſue/ ſuffodiant eum corui de torrentibus: id eſt heretici. Unde. j. Regl. xj. a. Naas voluit facere pactum cum filijs iſrael qui erant in iabes galaad/ ita vt erueret oculos eorum dextros. Naas/ ſerpentinꝰ: id eſt heretici: qui ſerpunt velut cancer: qui litteratos libenter excecarēt. Iabes eñ/ ciuitas litterarū: galaad/ aceruus teſtimonij. Quidam excecantur ſcientia ſua quaſi vento: quia nimis preſumunt de ea. Hiere. x. c. Stultus factus eſt omnis homo a ſciētia ſua. Et Roma. j. c. Dicentes ſe eſſe ſapiētes ſtulti facti ſunt. Quidā excecantur nimijs ꝑſcrutationibus: ſicut qui ſufflant in puluere proprio flatu. Roma. j. c. Euanuerūt in cogitationibus ſuis: obſcuratū eſt inſipiens cor eorum. Ideo dicit̄ Eccl. iij. c. Altiora te ne queſieris/ ⁊ fortiora te ne perſcrutatus fueris. Prouer. xxv. d. Perſcrutator maieſtatis opprimet̄ a gloria. Eſa. xxxviij. c. Attenuati ſūt oculi mei ſuſpicientes in excelſo. Quidā excecant̄ per zelum/ qui nō eſt ſm̄ ſciētiā: ſicut dicit̄ Ro. x. a. ⁊ ſignificant̄ ꝑ Paulū: Act. ix. b. Quidā excecant̄ ꝑ iram: quia impedit ira animū ne poſſit cernere verum: ⁊ ſignificant̄ per lamech: Geñ. iiij. d. qui interpretat̄ percuſſus vel percutiens. Primo eñ ꝑcutit̄ qui aliū vult percutere. Et hoc cōpetit irato: quia ſicut dicit̄ Matth. v. c. ſuper illud: Qui iraſcitur fratri tuo ⁊c̃. Ira eſt motus animi ad vindictā. Iſte autem cecus a natiuitate poteſt notare cecos per ignorantiam
innatā. Multe autem rationes ſunt per quas manifeſtum eſt Peccatores ceci ſunt multis rationibus
ꝙ peccatores ceci ſunt. Primo: quia neſciūt dirigere greſſus
ſuos. Unde Pſ. Errauerunt in inuio ⁊ nō via. Et alibi: Er- Pſ. 106.
rauerunt in ſolitudine viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Unde diabolus de peccatore ſeruū facit: et capa ſtultū. Nobis enim poſitus eſt terminꝰ/ vita eterna: ad quam q̃ magis approximat effugit illuſionem diaboli. Secundo: quia nō cauent ab offendiculis vel precipitijs mundi ⁊ peccati: que ſi viderent fugerent. Naum. iij. b. Omnis qui viderit te reſiliet a te. Sed non vident: ideo cadunt per ea. Unde offendenti dicitur: Nūquid habes oculos: Threñ. iiij. d. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum. Ita eſt de ceco/ etiam in plana via offendit: ita peccator in dei creatura. Sap. xiiij. b. Creature dei in odium facte ſunt et in temptationem anime hominum ⁊c̃. Prouerb. xiiij. c. In itinere contemptorum vorago. Eſa. xxiiij. c. Formido ⁊ fouea et laqueus ſuper te qui habitator es terre: et erit qui fugerit a facie formidinis cadet in foueam: et qui ſe explicuerit de fouea/ tenebitur laqueo. Sed Prouerb. j. b. dicit̄: Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum: Non enim ceci ſunt nec habitatores terre/ ſed celi: ideo non capiunt̄ a terrenis. Phil. iij. d. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Tertio: quia audaces ſunt mali ad modum ceci equi/ qui audacter impingit in gladium peccati: quia non vidēt. Sic baalam audacter ibat contra gladium angeli: ſed aſina que vidit periculum reſtitit: Numeri. xxij. c. Iob. iiij. b. Tigris perijt eo ꝙ nō haberet predā. Cum eñ deficit ei preda exponit ſe periculo: ⁊ impingit in venabulū amore fetuū ſuorum. Quarto: quia vnꝰ ſequit̄ alium in peccato: ſicut ceci inuicem ſe ſequūtur: et aliquando cadunt in precipitium. Matth. xv. b. Si cecus ceco ducatū prebeat/ ambo in foueam cadunt. Threñ. iiij. c. Errauerūt ceci in plateis. Et poſtea ſequit̄: Tenuerūt laſcinias ſuas: id eſt conuerſationem peccatorum. Unus enim peccator adheret malo exemplo alterius. Quinto: quia dicunt dextrū ſiniſtrum: ⁊ econuerſo. Et ſurſum deorſum: ⁊ ecōuerſo. Unde Eſa. v. c. Ue qui dicitis malum bonum: ⁊ bonum malum ⁊c̃. Sexto: quia volētes baculo ꝑcutere porcum/ homines percutiūt: ſicut fit in aggregatiōe porcorū. Dn̄s eñ dedit arma ad impugnandū porcum: id eſt diabolū/ vel peccatum in peccatore. Sed multi qñ debent in ſe vel in alijs ꝑcutere peccatū

* percutiunt naturam:

☞ a Et interrogauerūt eū diſcipuli eius:non temptan/
tes/ ſed diſcere volētes: vnde ⁊ magiſtrū vocant: b Rab/
bi quid.i.in quo: vel/ quis peccauit:hic/cecus:aut pa/
rentes eius vt cecus naſceret̃: Quia. ſ.v.c. dixerat
ſanato: Ecce ſanus factus es/iam amplius noli peccare:intel
lexerunt peccatū eſſe
cauſam infirmitatis:
propter hoc requi/
ſ quid q.3.§.1. rūt pro quo peccato
iſte puniatur/ſuo an
ꝓpinquorum. Uel
aliter etiā ſm Chry/
ſoſtomū: c Quid
peccauit ⁊c. Di/

a et interrogauerūt eū diſcipu/
b c li ei9: Rabbi/ quis peccauit
hic/aut parētes eius vt cecuſ
d naſceret̃: Reſpondit ieſus:
Nec hic peccauit nec parē/
e tes ei9: ſed vt manifeſtent̃ ope
f g ra dei i illō. Me oportet ope/
rari opera eius qui miſit me
h i donec dies eſt. Uenit nox
k quādo nemo poteſt operari.

cit em̄ Chryſoſtom9: ꝙ ſicut cū videmus puerū mala facien/
tem/ dicimus:quid fecit puer:non interrogantes ſed aporian
tes: id eſt compatientes:ita ⁊ hic diſcipuli/ non ſolum inter/
rogantes ſed aporiātes loquebant̃. d Reſpōdit ieſus:
Nec hic peccauit nec parentes eius: Repete/ vt
cec9 naſceret̃: ſicut vult Chryſoſtom9 ⁊ Auguſtin9.q.d.pec/
cauerūt quidem:ſed non illorum peccato factum eſt vt cecus
naſceret̃. e Sed/ hec eſt cauſa/ vt manifeſtent̃ opera
dei:id eſt potētia dei ad operandū: f In illo: id eſt in ei9
illuminatiōe operū manifeſter eſſe deus ꝗ hoc operor. Chry/
ſoſtom9 habet hāc litterā: Sed vt manifeſtet̃ gloria dei
in illo. Chryſ. De ſe ait/nō de patre. Illi9 em̄ gloria mani/
feſta:quia em̄ audierāt quoniā deus hominē de puluere terre
fecit:propter hoc ⁊ hic de luto eum illuminauit. Dicit ergo:
Gloria dei:id mei. Uñ de ſe ſubdit: g Me oportet ⁊c.
Chryſoſtom9. Aiunt autē quidā ꝙ hoc/ vt/ non eſt cauſatiuū
ſed euent9: ſicut.j.eodē.g. In iudiciū veni in mūdū: vt ꝗ non
vident videant:⁊ qui vidēt ceci fiant. Itē Ro.v.d. Lex ſub/
intrauit vt abundaret delictū. Item Ro.j.c. Deus illis ma/
niſtauit vt inexcuſabiles ſint. Nota tamen ꝙ li/ vt/ poteſt eſſe
cauſatiuū finale. Nec facta eſt iniuria illi puero ſi cecus nat9
eſt ꝓpter gloriā dei. Unde Chryſoſtom9 querit: Nūquid ſi/
ne huius ſupplicio non licebat manifeſtari gloriā dei: Licebat
vti. Quid igitur multa paſſus eſt ꝓpter gloriam dei: So/
lutio. Quā dicis iniuſticiā ſi eum omnino ꝑducere uoluiſſet:
Ego autem ⁊ beneficiū eum accepiſſe aio a cecitate. Interio/
bus em̄ oculis aſpexit: qđ nō iudei. Sed obijcim9 de hoc qđ
d͛: Nec hic peccauit ⁊c. Scđm hoc em̄ videt̃ ꝙ pena ce/
citatis non venerit ei ex peccato. Cōtra quod eſt illud Viere.
iiij.d. Uie tue ⁊ cogitationes tue fecerūt hec tibi. Et dicit ibi
Hieronym9. Quicquid nobis accidit mali/ vitij noſtri eſt/nō
dei: Intellige de malo pene. Itē ſup illud Hiere.v.d. Per/
cuſſiſti eos ⁊ non doluerunt/ dicit Gregori9: Omnis diuina
percuſſio/aut purgatio eſt nobis vite ꝑſentis:aut initiū pene
ſequētis. Sed conſtat ꝙ pena que eſt ad purgationem eſt ex
peccato: ⁊ alia ſimiliter que eſt ad damnationem:ergo omnis
pena eſt ex peccato. Tamē contrariū videt̃ Beda dicere ſup
illud Mar.ij.a. Dimittunt̃ tibi peccata. Dic̃ em̄ ſic: Quin
de cauſis affligunt̃ homies moleſtijs carnis: Aut ꝓpter me/
rita augēda/ vt iob ⁊ martyres: Aut ꝓpter humilitatē cōſer/
uādā/ vt pau9.ij. Corinth.xij.b. Aut ob peccata intelligēda
⁊ corrigenda/ vt maria ſoror moyſi: Numeri.xij.c.et paraly/
tic9: Mar.ij.a. Aut ad gloriā dei/ ſic̃ cecus hic: ⁊ laçarus.j.
xj.f. Aut ad initiū eterne dānationis/ vt herodes: Act.xij.d.
Ergo iſti ceco ē malū inflictū ꝓt gloriā dei: ⁊ nō ꝓpter pctm̄
ſuū: qđ ꝗdē verū ē: ſic̃ dic̃ text9. Ad illud ꝗ Hieronymi: Quic/
ꝗd nob accidit/ vitij nr̄i ē.i. pcti originalis: nō merito illi9: qꝛ
nihil eo demeremur/ſ; corruptiōe: vl̄ vitij noſtri ē/qꝛ niſi nos
vel adā peccaſſem9/ nullā penam ſuſtinerem9. Ad illud Gre/
gorij: Oīs diuina ꝑcuſſio ⁊c. dicendū ꝙ omnis pena in hac
vita eſt ad purgationē/quantū eſt de intentione ꝑcutientis:et
intelligit̃ de purgatiōe a quocūꝗ peccato vel corruptiōe que
eſt i ꝗlibet iuſto: ſ; ex volūtate hominis ꝑuerſa fit ei ad dam/
nationem. Ad diuiſionē Bede/dicendū ꝙ ipſe aſſignat ſecū/
darias cauſas inflictionis pene: gregori9 aūt ꝑmas ⁊ ꝑncipa/
les: ⁊ ideo non eſt cōtrarietas inter illos. Sequit̃: g Me
oportet operari opera eius qui miſit me: id eſt opa ad
gloriam patris.q.d.iſte cecus natus eſt/ vt gloria dei patris i
eo oſtendat̃: Decet enim me talia operari in quo glorificetur
pater: h Donec dies eſt:id eſt dum ego ſum in mundo.
i Uenit nox:id eſt ꝑſecutio apoſtolorū: vel ꝑſecutio anti/
chriſti. Uel/ nox: id
eſt mea mors et tur/
batio apoſtolorum.
k Quādo nemo
poteſt operari: qꝛ
in tempore paſſiōis
apoſtoli nihil fecerūt
ꝑdicādo vel miracu/
lando: ſed tm̄ latue/
rūt. Chryſoſtom9 ſic legit: e Ut manifeſtet̃ gloria dei:
id eſt mei qui ſum deus. De ſe em̄ dicit: non de patre. Unde
ſubdit: g Me oportet opari opera eius qui miſit
me: id ē me oportet manifeſtare meipſum: ⁊ facere ea ꝗ poſ/
ſunt me oſtēdere eadē cū patre facietem: nō talia/ ſed eadem:
qđ maioris eſt inalterabilitatis: in quo oſtendit ſe parem pa/
tri ⁊ cōſubſtantialē. Nō eni plaſmauit oculos in ceco ſed ne
aperuit: ſed ⁊ videre largitus eſt: qđ argumentū eſt eius ꝙ et
animā inſufflauerat. Anima em̄ non agente in oculo/ oculus
etſi expletus fuerit/nequaꝗ videbit.
Sed quia non ſolum tūc ſed quotidie
operatur vt credamus: ſubdit: h
Donec dies eſt: id eſt vita preſens.
q.d. donec licet hominibus credere in
me: donec vita hec cōſiſtit/oportet me
operari. i Uenit nox: id eſt futu/
rum tempus. k Quando nemo
poteſt operari: id eſt credere. Non
dicit quando non poſſum operari: ſed
Chryſoſtomus. Ne
em̄ aliquis dicat/ꝗm
vt laudet̃ hoc facit/
oſtēdit̃ quoniā ignoſ
cens eis omnia ope/
rat̃: id eſt ꝓuidēs il/
lis vt crederēt ꝗdiu
tpūs eſt credendi.
☞ quando nemo:quia nō
* ꝑcutiūt naturā. Qđ ſignificatū eſt i lamech: Gen.iiij.d. Moraliter
qui credens interficere ferā/ interfecit cain. Sed vitia extin/
guenda ſunt nō natura. Unde abraā ex ꝑcepto domini arie/
tem mactauit: ſed filium reſeruauit: Gen.xxij.c. Item quidā
ſūt ꝗ in ſe ⁊ in alijs deberent damnare pctm̄ ⁊ malā volūtatē:
⁊ damnant naturā: et per conſequens in auctorem refundunt
culpā. Ps. Non declines cor meū in verba malicie ⁊c. Idē Ps.140.
dicit alibi.ij. Reg.vlt.b. Ego ſum qui peccaui: ego inique
egi. Septimo: quia neſciunt diſcernere: ſicut in comeſtiōe ce/
cor: quādo cecus debet ponere in ore alterius/tunc ponit in
aure: Sic faciūt multi in ꝑdicatione qui qñ debēt ꝑdicare ad
paſtum cordium/ ꝑdicāt ad pruritum aurium ⁊ ad fauorem.
Eſa.xxx.c. Loquimini nobis placentia ⁊c.ij. Timoth.iiij.
a. Ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes
auribus: ⁊ a veritate quidē auditū auertent/ ad fabulas autē
conuertunt̃. Sed Eſa.xl.a.dicit̃: Loquimini ad cor hieruſalē
nō ad aures. Ridiculū eſt ponere cibū in aure ⁊ nō in ore: ita
ridiculū eſt ad fauorem ꝑdicare ⁊ nō ad vtilitatem. Sequit̃:
a Et interrogauerūt eū diſcipuli ⁊c. nec hic pec/
cauit nec parētes eius. Per iſtos iudeos qui ceci hui9
cecitatē peccatis ſuis vel parentum attribuebant/ſignificant̃
quidā ꝗ ignorantiā alior peccatis eor attribuūt. Uel illi qui
ſimplices ⁊ idiotas ita vilipendūt ac ſi eſſent peccatores: vel
in hoc culpabiles. Sed dominus dicit ꝙ non peccauit: nec
parētes eius: e Sed vt manifeſtent̃ opa dei in illo.
Quādoꝗ em̄ videmus ꝙ per tales qui ꝗdiu fuerunt in ſcho
lis fuerūt obtuſi/facit dn̄s magnum fructū. Unde.ij. Pet.ij.
d. Correptionem habuit ſue veſanie ſubiugale mutum ani/
mal in hominis voce loquens prohibuit prophete inſipien/
tiam.j. Corinth.j.d. Uidete vocationē veſtrā fratres: quia
non multi ſapientes ſm carnem: non multi potentes: nō mul/
ti nobiles ⁊c. Sequit̃: g Me oportet operari ope/
ra eius qui miſit me/ donec dies eſt: id eſt ꝗdiu eſt
preſens vita. i Uenit nox: id eſt mors vel futura vi/
ta: k Quando nemo poteſt operari: id eſt mereri.
Preſens vita dicitur dies: et mors dicitur nox/ vel futurus
* ſtatus: quia dies

quando nemo: quia non vltra fides eſt/nec labores/nec pecu/
nia. Eccſ.ix.c. Quodcūq; facere poteſt manus tua/inſtanter
operare: quia nec opus nec ratio nec ſapientia nec ſcientia
erunt apud inferos quo tu properas. Fides autē dicit opus:
ſicut.ſ.vj.d. Hoc eſt opus dei vt credatis in eum quem mi/
ſit ille. Modo autem tempus eſt operādi: quia modo lux eſt.
Unde ſequitur: a Quādiu ſum in mūdo: id eſt vſq; ad
cōſummationem ſę/
s.8.b. culi: b Lux ſum
j.12.g. mūdi: monens bo/
nos/⁊ terrēs malos:
dicit Glo. Sicut lux
monet bonos opera

**a Quādiū ſum in mūdo/lux ſum b mūdi. Hęc cū dixiſſet c expuit e in terrā: ⁊ fecit lutū ex ſputo ⁊ f liniuit lutū ſup oculos eius:**

Ps.103. rios ad ſurgendum ad opus/ et terret fures. Unde Ps. Or/
tus eſt ſol ⁊ congregati ſunt: ⁊ in cubilibus ſuis collocabunt.
Exibit homo ad opꝰ ſuum ⁊ ad operationē ſuam vſq; ad ve/
ſperam. Eccl.xliij.a. Sol in aſpectu annūcians exitum/ vas
admirabile opus excelſi: in meridiano exurit terram: ⁊ in cō/
ſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? a Quādiu ſum
in mūdo ⁊c. Matth.vlt.d. Uobiſcū ſum vſq; ad conſum/
mationem ſęculi. j.xij.f. Dum lucem habetis credite in lucē.
c Hęc cum dixiſſet: vt probaret per ſignum qd̓ dixerat:
d Expuit in terram/ vel/ deorſum/ ⁊ fecit lutum ex
ſputo: id eſt per admixtionem ſputi fecit de puluere lutum.
Et dicit Glo. quaſi collyrium. f Et liniuit lutum ſuper
oculos eius: id eſt ſuper locum oculorum eius. Chryſoſto
mus. Oſtendit euangeliſta quod ſermonem quem chriſtus
dixerat: vt manifeſtent opa dei ī illo ⁊c. credi per ope/
ra fecit/ oſtendens ſe deum ex operibus. Quia enī deus lutū
de puluere terrę fecit/ faciēs hominē: ideo chriſtus lutum fa/
cit. q.d. ego ſum qui feci adam de luto. Hoc autem nō ꝑ ver/
ba dicit/ ſed per opus oſtendit: ne videatur ſe inaniter iactare:
Unde ſignificare ſe maluit auctorē facto q̃ dicere ꝟbo. Per
hoc autem ꝙ oculum reſtaurauit/ ſe totius hominis condito/
rem probauit: ſicut dicit Chryſoſtomꝰ: vt a parte totū creda/
tur. Etenim quę de maiori eſt fides/ etiam qd̓ minus eſt cer/
tiorat. Creatorum enim honorabilior eſt homo: ⁊ eorum quę
in nobis ſunt membrorum/ honorabilior eſt oculus: ideo illo
modo oculos cōdidit in alto. ſ. ſuper alia membra ⁊ ſenſus. Et
ſi enī paruū eſt magnitudine membrū hoc/ ī toto corpore ma
gis neceſſarium eſt. Et hoc oſtendens Paulus dixit. j. Co/
rinth. xij.c. Si dixerit auditus/ quoniam non ſum oculus/ nō
ſum de corpore: num ideo non eſt de corpore? Item Chry/
ſoſtomus. Omnia noſtra membra dei ſapientię ſunt demon/
ſtratio: Hoc enī totum gubernat corpus: hoc omni corpo/
rali pulchritudini operat̄: hoc ornat viſū: hoc lucerna eſt om/
nium membrorū. Qd̓ enī ſol in orbe: hoc oculus in corpore.
Si extinxeris ſolem/ omnia perdis et turbas: ſic ſi extinxeris
oculos/ ⁊ pedes inutiles ſūt ⁊ manus ⁊ anima. Diſcedit enim
cognitio excęcatis oculis: Inuiſibilia enī dei a creatura mun/
di per ea q̃ facta ſūt itellecta cōſpiciunt̄: Roma. j.c. Nō igit̄
corporis lucerna ſolum eſt oculus/ ſed ⁊ animę: Idcirco vt in
quodam regali loco collocatur/ ſuperiorem quietem ſentiēs
⁊ alijs ſenſibꝰ p̄ſidēs. Itē nota ꝙ dicit: Fecit lutū ex ſpu/
to. Chryſ. Cur nō aqua vtit̄ ſed ſputo ad lutū faciēdū? Re/
ſpondeo. Debebat mittere ad ſiloā: vt igitur nihil inſcribat̄
fonti: ſed diſcas quoniā hęc quę ex ore exiuit virtus/ plaſma/
uit ⁊ aperuit oculos cęci: ideo expuit in terram. Itē ne vide/
retur emplaſtrum

Moraliter * ſtatus: quia dies dati ſunt ad operationem/ ⁊ noctes ad quie/
tem. Ita in pręſenti vita debemus operari/ vt poſtea in alia
vita quieſcamus ⁊ lęti dormiamus. Apoc. xiiij.c. Amodo
iam dicit ſpiritus vt requieſcāt a laboribus ſuis: opera enim
illorum ſequūtur illos. Item bonus operarius de die parum
comedit ⁊ multū operatur/ vt de nocte poſſit ⁊ melius come/
Ps.127. dere ⁊ lętius quieſcere. Ps. Labores manuū tuarū qꝛ mā/
ducabis: beatus es ⁊ bene tibi erit. Eccſ. v.c. Dulcis eſt ſom/
nus operanti/ ſiue parum ſiue multū comedat. Item Pro/
uerb. iij.c. Quieſces et ſuauis erit ſomnus tuus. Eccl. xxxj.c.

Somnꝰ ſanitatis in homine parco. Hiere. xxxj.e. Somnꝰ
meus dulcis mihi. Et nota ꝙ nō eſt ſalubre dormire de die
infirmis: id eſt in pręſenti vita non eſt bonum torpere nec
quietem quęrere/ ſed operari. Prouerb. x.a. Egeſtatem
operata eſt manus remiſſa ⁊c. Item in eodē.b. Qui con/
gregat in meſſe filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit ęſta/
te filius confuſionis eſt. Modo ergo tempus eſt operādi:
quia dies ē/ natu/
rę/ vitę/ gratię/ do/
ctrinę. Ergo dū tē De cōſe. d. 4. c. aū baptiſm
pus habemꝰ ope/
remur bonum ad
oēs: Gal. vlt.c.
Item Eccſ. ix.c. Quodcūq; facere poteſt manus tua/ in/
ſtanter operare ⁊c. Et dicit: Opera eius qui miſit me:
nō opera noſtra debemus agere/ ſed mittentis: ⁊ ad hono
rem eius. Omnes enim miſit/ et maxime litteratos in vi/
neam ſuam: Matthei. xx.a. a Quādiu ſum in mun/
do/ lux ſum mundi. Sup. viij.b. Ego ſum lux mundi.
Ibi require effectus lucis. c Hęc cum dixiſſet/ ex/
puit ī terrā ⁊ fecit lutū ex ſputo: ⁊ liniuit lutū ſu/
per oculos eius. Myſtice: Deus in terram expuit: Myſtice
cum in mundū diuinitas deſcendit: ⁊ ſic de ſaliua lutum fe
cit: quando verbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. s.1.b.
Saliua enim eſt dei ſapientia: quę ex ore altiſſimi ꝓdiuit:
Eccl. xxiiij.a. Terra ē caro chriſti. Lutū ex ſputo ⁊ terra
eſt chriſtus in vtraq; natura/ deus. ſ. ⁊ homo. In huius fi/
de cęcus: id eſt humanū genus vel gentilis populus a cę/
citate infidelitatis ⁊ peccati liberatur. Lutum ergo ſuper
oculos habet: qui vtrāq; naturam in chriſto credit: ſicut ca
thecumini. Sed non ſufficit fides ſine baptiſmo: ideo mit/
titur vt lauetur in ſiloa: id eſt in miſſo: id eſt in chriſto: id ē
in baptiſmo tradito a chriſto: quia in baptiſmo non aqua
lauat/ ſed chriſti gratia. Propter qd̓ ⁊ nomē piſcinę inter/
pretatur euangeliſta. Moraliter: Cęcus a natiuitate: Moraliter
id eſt ille qui excedit ꝑ ſuperbiā de nobilitate ſtirpis ſuę: il/
luminat̄ per duo: per ſputum et lutum/ ſi apponat ad ocu/
los ſuos. Conſiderare enim debemus vilitatem noſtram/
quę ſignificat̄ per ſputum: ⁊ fragilitatem/ quę ſignificatur
per terram. Hęc duo ſunt collyriū oculorum: vt homo ſe
videat ⁊ cognoſcat. Uel aliter. Per ſputum intelligitur ex/
puitio ſiue exprobratio peccati. Deut. xxv.c. Qui ducebat
repudiatam ſpuebat in faciem repudiantis. Et Numeri
xij.d. Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius: nonne debue/
rat ſaltem ſeptem diebꝰ rubor ſuffundi? Quia exprobra/
tionem peccati debet ſequi rubor pęnitentię: de quo di/
citur Eccl. iiij.c. Eſt confuſio adducens gloriam ⁊ gratiā.
Eccl. xx.a. Quā bonum eſt correptum manifeſtare pęni/
tentiam. Indicium pęnitētię ē rubor verecundię. Philo/
ſophꝰ. Erubuit ſalua res eſt. Per terrā intelligitur pecca/
tum: qꝛ pōderoſa eſt/ ⁊ frigida/ ⁊ mari circūdata: Sic pec/
catum ponderoſum eſt ⁊ ad imum trahit: id eſt ad infernū.
Eſaię. xiiij.c. Uerūtamen in profundum detraheris vſq;
ad fundamentū laci. Job. xvij.d. In profundiſſimum in/
fernū deſcendēt omnia mea. Ideo dicitur Heb. xij.a. De/
ponētes omne pōdꝰ ⁊ circūſtās nos peccatū/ per patientiā
curramꝰ ad ꝓpoſitum nob certamē ⁊c. Item frigidum eſt
peccatum. Hiere. vj.b. Sicut frigidam facit ciſterna aquā
ſuam: ſic frigidam fecit maliciam ſuam. Item mari circum/
datur: quia peccatum multis amaritudinibus reſpergitur.
Job. xvij.a. Peccaui ⁊ in amaritudinibus moratur ocu/
lus meus. Oſee. xij.d. Ad iracūdiā prouocauit me ephra/
im in amaritudinibus ſuis. Terra autem dum eſt arida vi/
detur munda: ſed admixta ſputo ſordidatur: Sic quando
peccatum exprobratur/ apparet ſordidum. Dicit ergo:
d Expuit in terram: quod eſt/ quando prędicator de/
teſtat̄ peccatum. e Et fecit lutū ex ſputo: qñ ex ipſa
exprobratiōe peccati apparet ipſa imūdicia peccati. f Et
liniuit lutū ſup oculos eius: qd̓ ē/ quādo ipſa vilitas
* peccati cum diligentia

G retur emplaſtrum de terra hanc ſanitatem conferre: et ne cre/
deretur indigentię gratia vſus materia luti: ſed magis vt oſtē
deret ſe eſſe conditorem eundem qui in principio vſus eſt lu/
to/ iuſſit lauare. Unde ſequitur: a ¶ Et dixit ei: Uade et
laua/ vel/ lauare: quaſi lutum ablue et
remoue vt videas: quoniam non luto in/
B digeo ad faciendū oculos c ¶ In nata/
toria ſiloe: id eſt in piſcina q̄ dicit ſiloe.
Et nota ꝙ fons eſt in hieruſalē cūctis ho/
ris ebulliens: cuius aqua ita recipiebat
in quadam piſcina: quę dicta erat natato/
ria per antiphraſim / quia nihil natabat
in ea: ſicut ⁊ piſcina dicitur/ quia caret pi/
ſcibus. Sed quęritur: cur eum nō curat
ſtatim ſed mittit ad ſiloā? Solutio Chry/
ſoſtomi: vt diſcas cęci fidem: ⁊ vt deſtru/

a Et dixit ei: Uade ⁊ laua in na/
b tatoria ſiloe: qđ interpretat
c miſſ⁹. Abijt ḡ ⁊ lauit: ⁊ venit
d videns. Itaqꝫ vicini ēt qui
i viderant eum pͥus: qꝛ mendi/
k cus erat/ dicēbant: Nōne hic
eſt qui ſedebat et mēdicabat?

atur iudęorū inuidia ſemꝑ derogantiū miraculis. Decens enī
erat/ omnes videre abeuntem/ lutum habentem ſuper oculos
vnctum: Inopinabili enim vnctione omnes conuertit ad ſe/
ipſum reſpiciendum. Quia enim nō eſt facile cęcum cognoſce
re poſtq̄ illuminatus eſt/ multos facit prius fieri teſtes ꝑ lon/
gam viam ⁊ diligentes inſpectores inopinabilitate conſidera
tionis: vt attentiores facti non poſſint dicere: hic eſt/ non eſt
hic. Item per hoc vult oſtendere ꝙ non eſt alienus a lege mit
tens ad ſiloam. Etenim multi ſolebant illuc mitti ad ablutio/
nem: ſed nullo potiti ſunt dono. Unde per hoc oſtendit ꝙ nō
in fonte erat virtus: ſed a chriſto/ cuius virt⁹ ibi operabatur.
Propter hoc euangeliſta interpretationē adiecit: d ¶ Qđ
interpretat miſſus. q. d. ibi miſit chriſtus virtutem ſuam.
Uel chriſtus fuit illa ſiloa. i. miſſus/ qui ibi eum curauit. Uel
chriſtus miſſus in mundum ibi eum curauit: ſicut Paulus
ait: Bibebant omnes de ſpirituali/ cōſequēte eos petra: Pe/
tra autem erat chriſtus. j. Corinth. x. a. Sicut enim ſpiritua/
lis petra erat chriſtus: ita ſpiritualis ſiloa erat. e ¶ Abijt
ergo ⁊ lauit. Chryſoſtom⁹. Uide cęci mentē obedientem ⁊
credentem: non excogitauit lutum imponere/ hoc magis ex/
cęcare eſt: nec dixit/ non potuit prius pręſens curaſſe et tunc
miſiſſe ad ſiloā: ſi quā virtutē haberet pręſens curaſſet: qđ et
naaman ad heliſęum dixit. iiij. Regl. v. c. Nec cogitauit: mul
totiēs ibi laui ⁊ nullo potitus ſū beneficio. Nec iterum dixit:
ſi ſputum vel lutum tribuit videre: quid
opus eſt ſiloa: vel ſi opus eſt ſiloa:
quid opus eſt luto: ſed in omnibus obe/
diuit ⁊ nihil ſcandalizabat. f ¶ Et ve/
nit vidēs. Nō ſolum fecit in eo ocu/
los chriſt⁹: ſed ⁊ viſum dedit in oculis
⁊ venas ⁊ arterias ⁊ ſanguinē ⁊ viſum:
quę argumentū ſunt ꝙ creator eſt ani/
marū. Chryſoſtomus. Si quis quęrit
qualiter reſpexit lutum deponēs/ nihil
audiet a nobis q̄ quoniā modum neſci
m⁹: neqꝫ enī euāgeliſta nouit: ſed ipſe q̄
curatus eſt: ſed qđ quidem eſt noue/
rat: modum autem comprehendere nō
poteſt. Hoc autem ⁊ interrogatus dixit. i. eodem: Lutum ſu/
perpoſuit ſuper oculos meos/ ⁊ laui/ ⁊ video. Qualiter autē
hoc factū eſt/ non poterat dicere/ ⁊ ſi infinite interrogauerint.
g ¶ Itaqꝫ vicini/ qui eū ex cohabitatione nouerāt. Sed qꝛ
aliunde magis erat not⁹ q̄ ex cohabitatione/ ſubdit: h ¶ Et
qui viderant eum prius/ cęcum. ſ. i ¶ Quia mendi/
cus erat: et ideo a multis notus. k ¶ Dicebant: Nonne
hic eſt qui ſedebat ⁊ mēdicabat: id eſt ſedens ad oſtiū
templi mendicabat. Chryſoſtom⁹. Non eorum pauperū qui
circumibant: ſed eorum qui ſedebant ad oſtium templi erat
iſte: ⁊ ideo magis notus. Sed quare ſanauit dominus plures
pauperes q̄ diuites? Quia aliā habent gratiam diuites: id
eſt opes. Unde Chryſoſtom⁹. Pape de dei clemētia ad quos
deſcendebat: in hoc iudęos obſtruens/ quoniā non pręclaras
neqꝫ inſignes neqꝫ principes eligēs/ ſed ⁊ ignobiles eadem di

Chryſoſtom⁹. Ubi videtur repenti/
na aquę ſiloę pręſen/
tia inſinuare myſte/
rium nobis ineffabi/
le/ quale vtiqꝫ hoc in
opinabile epiphanię
id eſt manifeſtationis:
⁊ pręter ſpem omnē
id eſt incarnationem
chriſti: Nulli enī tūc
natiuitatē ſperabāt.

gnabat pͥuidētia: Etenī i ſalutē omniū venerat/ nō diuitū tm̄
G Aliq dicebant
* peccati cū diligētia magna oſtendit peccatori. a ¶ Et di/ Moraliter
xit ei: Uade/ a peccato recedendo. b ¶ Et laua te in na
tatoria ſiloe: cum dolore et lachrymis
peccatum cōfitendo. Aqua enim lachry/
marum eſt natatoria ſiloe/ quę per inter/
ualla datur a deo: ⁊ raro/ non quotienſcū/
qꝫ volumus: ⁊ ſecreto/ ſicut aquę ſiloe quę
fluunt cum ſilentio: Eſa. viij. b. Unde et
dicunt aquę ſiloe: quia mittuntur a deo.
Hiere. iiij. d. Laua a malicia cor tuum
hieruſalem. Eſaię. j. c. Lauamini/ mundi
eſtote. Unde naaman leproſus ſepties la 4. Regl. 5. d.
uit ſe i aquis iordanis: id eſt in aquis gra/
tię: quę ad humiles deſcendunt: ſm̄ illud
Ps. Inter medium montiū pertranſibunt aquę. j. Pet. v. Ps. 103.
b. Humilibus dat gratiā. Et nota ꝙ ſup hoc quod prędictū
eſt hic: Me oportet opari opera ei⁹ q̄ miſit me do/
nec dies eſt ⁊c. dicit Chryſoſtom⁹: ꝙ propter alias pͥetates diei ⁊ noctis: vt dicit apoſtol⁹ Roma. xiij. d. Nox pre/
ceſſit dies autem appropinquauit. Diem enim vocat futuram
vitam: vbi erunt omniū merita clara: vbi nihil abſconditum
quod nō reuelet. Noctem autē vocat tempus pręſens/ pro/
pter illos qui in pręſenti verſant in tenebris malicię ⁊ infide/
litatis: vel pro comparatiōe ad illam diem: id eſt ad ęternam
diē. Et loquit hic Chryſoſtom⁹ de gloria: ſicut nūc pro habē/
do lucidas domos in mūdo ⁊ bene aeri patulas/ infinitas cō/
ſueuimus pecunias fabricātes afflicti dare. Excogita quali/
ter oportet nos non ſolum pecunias ſed ⁊ corpora ipſa con/
ſumere pro ędificando nobis pręclaras in cęlis domos vbi
lux ineffabilis. Et ponit plures rationes quare ibi potius q̄
hic debemus ędificare. Primo: quia ibi non eſt inuidia neqꝫ
liuor neqꝫ altercatio de terminorū poſitione: hic autem bel/
la et rixę circa terminos ⁊ parietes. Unde Gen. xiij. b. Erat
ſubſtantia eorum multa: et non quibant habitare cōmuniter:
vnde ⁊ facta eſt rixa inter paſtores gregū abraam ⁊ loth. Et
Gen. xxvj. c. Philiſtijm rixati ſunt pro puteis aquę. Item
Oſee. v. c. Facti ſunt principes iuda quaſi aſſumentes ter/
minum. Secūda ratio: quia pręſentes domos ⁊ manſiones
relinquere neceſſe eſt: illa aūt ſemper remanet homini. Deut.
xxviij. c. Domum ędifices ⁊ nō habitabis in ea. Ezech. xxvj.
c. Domos pręclaras tuas ſubuertēt. Tertia ratio ē: quia pręſens habitatio marceſcit: illa autem manet inſeneſcibilis. Mi
chęę. ij. c. Tranſite vobis habitatio pulchra/ confuſa ignomi/
nia. ij. Corinth. v. a. Scimus quoniā ſi terreſtris domus no
ſtra hui⁹ habitatiōis diſſoluat/ ꝙ ędificationē ex deo habem⁹
domū nō manufactā/ ſed ęternā in cęlis. j. Pet. j. a. Scdm̄ mi/
ſericordiā ſuā magnā regenerauit nos in ſpē viuā in hęredita/
tem icorruptibilē ⁊ incōtaminatā ⁊ imarceſcibilē ꝯſeruatā in
cęlis. Quarta ratio Chryſ. eſt: quia hāc inops nō poteſt fa/
bricare: illā āo ꝑ duos obolos eſt fabricare: ſicut vidua Luc.
xxj. a. Propterea ſuffocor/ quoniam tot nobis ꝓpoſitis bo/
nis pigritamur ⁊ deſides ſumus: ⁊ qualiter quidem hic cla/
ras poſſideam⁹ dom⁹ omnia agimus: qualit autē in cęlis ſal/
tem paruum habeamus domiciliū/ nō curamus neqꝫ ſollici/
ti ſumus. Quinta ratio: qꝛ in loco bono ⁊ in bona ⁊ famoſa
ciuitate bonū eſt ędificare nō i deſerto: id eſt in mūdo. Unde
Chryſ. Dic mihi: nō velles habere domū hic/ vel in deſerto
vel in vna paruarū ciuitatū? Eſtimo ꝙ in regaliſſimis ciuita/
tib⁹: ⁊ vbi maior eſt copia. Ego aūt te in ciuitatē duco talem
cui⁹ fabricator ⁊ cōditor deus eſt: Heb. xj. c. Illic domū pu/
rę fabricant man⁹. Sexta ratio eſt: qꝛ ibi eſt bonus rex ⁊ bona
lex ⁊ boni vicini ⁊ inhabitatores. Unde Chryſ. Artifex ē opti/
m⁹ ⁊ valde curat de his q̄ tibi pſunt: nemo tibi ędificāti inui/
det. Illic āo ciues habes oēs martyres/ plebem angelorū et
archangelorum. Propter hoc igitur omnia in paupes euacu/
emus/ vt illis fruamur tabernaculis. Luc. xvj. c. Facite
vobis amicos de māmona iniquitatis ⁊c.

a Alij dicebant: quia hic eſt/ qui ſedens mendicabat.
b Alij autem/ dicebāt. ſ. nequaq̄: ſed ſimilis eſt ei⁹.
Chryſoſtom⁹. Inopinabilitas ī incredulitatē ducebat. Et ſi/
cut dicit Auguſtin⁹: quia oculi aperti vultū eius mutauerant.
c Ille vero dicebat: quia ego ſū: ille cec⁹. ſ. Uox gra/
ta ne damnaret in/
gratus: id eſt per in/
gratitudinem: ſicut
ecechias fuit ingra/
tus: Eſa. xxxix. c.
Chryſoſtom⁹. Non
verecūdat⁹ ē iſte de
priori cecitate neq̄ for
midauit furorem ple/
bis/ neq̄ oſtēdere ſe/
ipſum vt p̄dicet be/
nefactorē. d Dice
bāt ergo ei: Quō
apti ſūt tibi ocu/
li: id eſt quō vides?
C
e Reſpōdit: ne/
ſciens modū/ ſed fa/
ctū. f Ille homo
qui dicit̄ ieſus lu
tū fecit ⁊c̄. Chryſo
ſtom⁹. Quid dicis:
homo talia operat̄?

a Alij dicebāt/ quia hic ē: alij
b aūtē nequaq̄/ ſed ſimilis eſt
c eius. Illē v̄o dicebat: q2 ego
d ſum. Dicebant ergo ei: Quō
e aperti ſunt tibi oculi? Rēſpō
f dit: Illē homo qui dicit̄ ieſus
g lūtū fecit ⁊ vnxit oculos me/
h os/ ēt dixit mihi: Uade ad na
i tatoriā ſiloe ⁊ laua. Et ābij ⁊
k laui/ et video. Et dixērunt ei:
l Ubi ē ille? Ait: Nēſcio. Ad/
m ducūt ēum ad phariſeos qui
n cecus fuerat. Erat aūtē ſab/
batū quādo lutū fecit ieſus: ⁊
o aperuit oculos eius. Itērum
ergo interrogabāt eū phariſei
p quō vidiſſet. Illē autē dixit
eis: Lutū poſuit mihi ſup ocu
q los/ ⁊ laui/ ⁊ video. Dicēbāt
ergo ex phariſeis quidā: Nō
r ēſt hic homo a deo qui ſabba
s tū non cuſtodit. Alij āutē di/
t cebāt: Quō pōt homo pecca
tor hec ſigna facere? Et ſchiſ/
v ma erat iter eos. Dicūnt ergo
y ceco iterū: Tū quid dicis de
illo qui aperuit oculos tuos?
z Illē autem dixit: quia ꝓphe/
a ta eſt. Nōn crediderunt ergo
iudei de illo/ quia cecus fuiſ/
ſet et vidiſſet: donec vocaue/
rūt parētes eius qui viderat.

poribus. Ad hoc eñ adduxerāt eum corā phariſeis/ vt nega/
turū corā eis. Cōtrariū autē paſſi ſūt: q2 qđ nolebāt/ certi⁹ di/
cerūt p iteratione. q Dicebāt ḡ ex phariſeis quidā.
Glo. nō omnes: q2 quidā inungebant: ſed iſti nec vidētes nec
inuncti erant. r Non eſt hic homo a deo/ vel/ ex deo
qui: id ē q2/ ſabba/
tū non cuſtodit.
Maligne loqueban
tur: quia factū ſilen/
tes/ eam que eſtima/
bat legis p̄uaricatio
nem in mediū ferūt.
Non eñ dicūnt: quia
in ſabbato curat: ſed
quoniā ſabbatum nō
cuſtodit. s Alij
autē dicebāt: q̄ſi
opponentes p̄dictis.
t Quomō po/
teſt homo pecca/
tor hec ſigna fa/
cere? Imbecilliter
B
reſpondēt: A ſignis
eñ ſolū inducebant
non a doctrina. Ad/
huc eñ hominē eſti/
mabant purū: quia

Sed nihil magnū interim nouerat de eo: ideo hominē vocat.
Et nota q̄ iſte nō noſcebat chriſtū/ ſicut nec paralytic⁹. ſ. v. b.
Hoc autē fiebat: quia ſemper recedebat curans ieſus/ vt om/
nis ſuſpicio ſignorum tolleret̄. Qui enim ignorabant eum/ nō
p̄dicarent neq̄ laudarent eum niſi p facta miracula. g Lu/
tum fecit ⁊ vnxit oculos meos. Chryſoſtom⁹. Uide q̄
verax eſt: non dicit vnde fecit lutum: qđ eñ non nouerat non
dicit: neq̄ enim ſciuit q̄ in terram expuerit: ſed q̄ vnxit tactu
didicit. h Et dixit mihi: Uade ad natatoriā ſiloe ⁊
laua. Et hoc auditus teſtatus eſt. Sed vnde cognouit eius
vocem? Diſputatiōe/ q̄ fiebat ad diſcipulos quando queſie/
runt: quis peccauit: hic/ aut parentes eius ⁊c̄. i Et abij et
laui: ſm̄ preceptum eius/ et video: Ecce factum dicit ſed
non modum. k Et dixerunt ei: Ubi eſt ille? Chryſo/
ſtomus. Hoc autē dicebāt iam occaſionem meditātes aduer/
ſus eum. l Ait/ Neſcio. Ecce qualiter omnia cecus
veraciter reſpōdet: non eñ nouerat eum. Chriſtus eñ receſſe
rat cum ei lutum impoſuiſſet: ꝓpter quod redditur inſuſpica/
bile teſtimoniū ceci: q̄ etiā ignoto teſtabat̄. Itē Chryſ. Chri/
ſtus non aderat his qui curabant̄ in morando: non eñ gloriā
fructificare volebat: neq̄ turbam ſanatoꝝ ducere ſecum: neq̄
oſtētari: in quo docet nos vanamgloriam fugere. m Ad
ducunt eum ad phariſeos qui cecus fuerat: vt eo/
rum iudicio factum probaret̄: vt dicūt quidam: Sed verius
eſt q̄ vt reprobaret̄ iterꝝ. Unde Chryſoſtom⁹. Uolebāt chri/
ſtum inuenire et capere vt ducerent eum ad ſacerdotes: vnde
⁊ queſierūt: Ubi eſt ille. Sed q2 hoc nō ſunt potiti/ ducunt
ipſum cecū ad phariſeos quaſi vehemētius interrogaturos.
Propterea ⁊ euāgeliſta dicit: n Erat autē ſabbatū q̄n
lutū fecit ieſus/ ⁊ aperuit oculos eius: per hoc oſten/
dens pniciosam eorū mentē ⁊ cauſam ꝓpter quā querebant
chriſtū: quia habebant occaſionē rep̄hendendi et detrahendi
miraculo p̄eſtimatā legis p̄uaricationē. Et q̄ calumniari occa
ſione ſabbati vellent/ patet: quia phariſei vidētes eum/ ſtatum
querūt qualiter aperuerit oculos ei⁹. Uñ ſequit̄: o Iterū
ergo interrogabāt eū phariſei/ quō vidiſſet: iubētes
reſpōdere qđ egiſſet in eo/ vt ſic occaſionē ſumerēt detrahēdi
ab opatiōe. p Ille aūt dixit eis: Lutum poſuit mihi
ſup oculos/ ⁊ laui/ ⁊ video. Succinct⁹ loquit̄ illis q̄ prius
plebi: q2 iā audierant: vnde neq̄ nomē ieſu dicit neq̄ p̄ceptū.
Chryſ. Corā turba prius ſine piculo interrogabat̄/ nō ita ma/
gnū erat veritatē dicere: ſed mirabile eſt q̄ nūc corā phariſeis
in ampliori timore cōſtitutus neq̄ negat neq̄ contrariū dicit

niſi purū hominē crederēt/ haberēt aliter reſpōdere. ſ. q̄ ſab/
bati dñs erat/ ⁊ q̄ ſabbatū fecerat: ſed nōdum hanc habebant
mentē/ q̄ deus eſſet. Item nullus eoꝝ audebat ea que crede/
bat manifeſte dicere: neq̄ in enunciatione ſed cū ambiguitate
⁊ ſub interrogatiōe. Unde dicūt: Quō poteſt ⁊c̄. Maio/
res quidē ꝓpter amorē p̄ncipatus: ne. ſ. eū amitterent ⁊ ejce
rent̄ de ſynagoga ⁊ publice notarent̄. v Et ſchiſma erat
inter eos. i. diſſenſio. Chryſ. Hoc ſchiſma primū incepit
in ꝑplo: deinde in p̄ncipibus. Et hi quidē dicebāt: q̄m bonus
eſt: alij ho/ nequaq̄: ſed ſeducit turbas. ſ. vij. b. x Dicūt
ḡ ceco iterū: q̄rētes calumniā/ vt ille de ſynagoga pelleret̄:
vt dicit Glo. Sed ſm̄ h̄ exponit̄ de incredulis phariſeis ⁊ ma
gnatib⁹. Sed ſm̄ Chryſ. illi loquunt̄: q̄ dixerūt: Quō poteſt
homo peccator hec ſigna facere? Nō audentes eñ ipſi defen
dere chriſtū verbo ſuo/ eum q̄ virtutis experientiā ſuſceperat
in mediū ducūt ⁊ interrogant: vt ipſe teſtet̄ nō ipſi. Unde di/
cūt: y Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos
tuos? Non dicūt ſic alij: Qui ſabbatū nō cuſtodit. z Ille
autem dixit/ eis: quia ꝓpheta eſt. Cōſtanter exp̄mit qđ
ſentit: tamē nondū iunctus vt crederet filiū dei: vt dicit Glo.
a Nō crediderūt ḡ iudei de illo/ quia cecus eſſet
⁊ vidiſſet/ donec parētes ei⁹ vocauerūt q̄ viderat:
id eſt eius q̄ cecus fuerat ⁊ viderat. Et vide quot modis ten/
ptant miraculū obumbrare ⁊ deſtruere. Etenim conati ſunt p
modū illumiatiōis ſubuertere cecū/ dicētes: qualiter aperuit
oculos tuos. i. nūq̄d p̄ſtigio aliq̄? Alibi eñ ī facto nihil habē
tes detrahere/ conant̄ detrahere mō curatiōis/ dicētes: Non
ejicere eū demonia niſi ī beelzebub: Matth. xij. b. Et hic ſic
nihil aliud habētes dicere/ ad tp̄us de/
ſignāt/ dicētes: Qm̄ ſoluit ſabbatū: ⁊ iō
peccator ē ⁊ nō ex deo. Sꝫ q2 hoc inane
apparuit crimē q̄buſdā q̄ aderāt/ vndiq̄
ꝯpediti ad aliud veniūt ſtulti⁹ ⁊ inuere
cūdi⁹: vt dicāt eū nō fuiſſe cecū ⁊ vidiſ
ſe. Et h̄ ē qđ dic̄ euāgeliſta: Nō credi
dert̄ ḡ ⁊c̄. Sꝫ ſi nō credebāt eū fuiſſe
cecū ⁊ illumiatū/ q̄lit̄ icuſabāt q̄ ſabba
tū nō obſeruat: q2 in ſabbato curabat?
Ecce mēdaciū vbiq̄ ſibiipſi obuiat: ⁊
p ea q̄ nocere ſꝑitatē videt̄/ ipſā clariorē
oñdit: qđ vtiq̄ ⁊ nūc factū ē: Pri⁹ eñ
a vicinis ⁊ q̄ eū viderāt inq̄ſierant. Et
q2 poſſet aliq̄s dicere: vicini de eo forte

Chryſ. Hec verita/
tis eſt natura: p q̄ pu
tat̄ ab hoib⁹ inſidias
pati/ p h̄ fortior fit:
p hec claret/ p q̄ ob/
umbrat̄. Si eñ nō h̄
facta eſſent ſtudia
eoꝝ/ ſaltē ī ſuſpicionē
q̄ nō eēt cec⁹ puenō
veniſſet apđ multos
miraculū: nūc aūt vt
ſtudentes denudare
veritatē/ oīa agūt et
nequaq̄ aliter feciſſent
ſi hemū pro chriſto
omnia facerent

erāt decepti

G erant decepti ſimilitudine: ſicut ⁊ quidam dixerũt: Nequaquã: ſed ſimilis eius eſt .ſ. eodem .b. ducunt in medium parentes eius: A parentibus quidem volentes abortiuũ facere miraculum. Sed ex hoc magis eſt confirmatum: quia confeſſi ſunt q filius eorum erat ⁊ cecus natus. a Et interrogauerũt eos. Chryſoſtom⁹. Vocantes ⁊ ſtatuentes in medium: vt agoniã ⁊ timorem immitterent eis/ cum multa vehemẽtia ⁊ furore inducunt interrogationem. b Dicentes: Hic eſt filius veſter quem vos dicitis: quia cecus natus eſt. Non dicũt: qui quandoqꝫ cecus fuit: ſed/ quem vos dicitis ⁊c. q. d. vos ita fingitis malignantes contra nos et chriſto applaudentes. Nec dicunt: quem vos feciſtis cecum: ſed dicitis/ quaſi prodidiſtis vbiqꝫ ſermonẽ hũc. Chryſoſtom⁹. O inquinati ⁊ q̃s vtiqꝫ eligeret pater talia mẽtiri de filio? c Quomõ ergo nunc

E videt/ ſi cecus vt dicitis nat⁹ eſt? Chryſoſtom⁹. Duobus his eos in negationem inducere conant: in dicendo .ſ. quẽ vos dicitis. Et in dicendo: qualiter igit videt modo. d Reſponderũt eis parentes eius/ ceci/ ⁊ dixerũt: Scimus/ quia hic eſt fili⁹ noſter: et q cecus natus eſt: Quomõ autem nunc videat/ neſcimus. Mentiunt forte p timore iudeorum: vel quia neſciebant modum. e Aut q̃s eius aperuit oculos/ nos neſcim⁹. Bñ ſciebãt ſed dicere nõ audebant. f Ipſum in-

Iohã.7.c. terrogate: vt inſtruamini ab eo: Quaſi quid nobis calũniamini: g Etatem habet: et ideo/ h Ipſe de ſe loquatur: quaſi non eſt opus nos loqui pro eo quaſi pro infante. Chryſoſtom⁹. Tribus interrogatiõib⁹ factis: ſi filius eorũ eſſet: ſi cecus natus: ⁊ qualit reſpexerit. Duas illas confitent .ſ. q filius eorum eſſet: ⁊ q cecus natus: tertiam vero non adijciunt: ſcꝫ qualiter videt. Sed et hoc p veritate factum eſt / vt nullus alius q̃ꝫ is qui curatus eſt ⁊ dignus fide erat/ hoc ꝯfiteret. i Hec dixerũt parẽtes eius/ q̃m timebant iudeos. Hic euãgeliſta opinionem eorum ⁊ mentem in medium ducit: quia .ſ. propter timorem hoc dixerũt:

F Et ſubdit cauſam timoris: k Iam eñi cõſpirauerant iudei: id eſt conſpirando ſtatuerant: l Ut ſi quis eum cõfiteretur chriſtum: extra ſynagogam fieret: quaſi ethnicus ⁊ publicanus. m Propterea .ſ. ne extra ſynagogam fieret: n Parẽtes eius/ dixerunt: quia etatem habet: ipſum interrogate. q. d. nõ eſt puer neqꝫ imperfectus: ſed ſufficiens ſibi teſtari. o Vocauerũt ergo rurſum hominẽ qui fuerat cecus: quaſi/ quia parẽtes miſerũt eos ad eũ qui curat⁹ fuerat: rurſus vocauerũt eũ. Et nota peruerſitatem iſtoꝝ. Supra eñi q cecũ attonitũ ⁊ timidũ facere nequerũt: ſed videbant eũ cum ꝓpalatiõe bñfactorẽ p̄dicantẽ: venerunt ad querendũ ad parentes eius putantes p ipſos abortiuum facere miraculum: ⁊ q̃diu putabant parẽtes renuere ⁊ negare/ nihil ceco dicebãt: quia ꝓo viderunt nihil eis plus ex colloquio parentũ factũ eſſe/ ad cecũ rurſus venerũt. p Et dixerũt ei: Da gloriã deo. Chryſ. Manifeſte quidẽ ⁊ iuerecunde nõ dicũt nega/ quoniã chriſtus te curauit: ſed ſub velamine ⁊ pretextu religionis hoc idem conſtituere volunt dicentes: Da gloriã deo. Et eſt ſenſus: id eſt confitere quoniam hic nihil operatus eſt ſed ſolus deus. Vel aliter: p Da gloriam deo: id eſt dic te mentitum fuiſſe de hoc q dixiſti eum ꝓphetam eſſe/ ⁊ te curaſſe: ⁊ ſic cognoſce peccatũ tuum: quod eſt dare gloriam deo. Et habet ſimile Ioſue. vij. c. Da gloriam deo ⁊ confitere peccatũ tuum.

Nam parentib⁹ quidem dicere: Negate quia filius veſter eſt ⁊ quoniã cecũ genuiſtis/ valde videbatur deriſibile eẽ: ipſi ꝓo ceco rurſum dicere/ h manifeſta erat inuerecundia: ideo h quidẽ nõ dixerũt: aliter aũt illud idẽ argumẽtat.

a b ⁊ interrogauerũt eos / dicen-
tes: Hic eſt fili⁹ veſter quem
vos dicit⁹: quia cecus nat⁹ ē:
c d quomõ ergo nũc videt? Rẽ-
ſponderũt eis parẽtes eius: ⁊
dixerũt: Scimus/ quia hic eſt
filius noſter: ⁊ quia cecus na
tus eſt: Quomõ autẽ nũc vi-
e deat/ neſcimus: aũt quis eius
aperuit oculos/ nos neſcim⁹:
f g Ipſum interrogate. Etatem
h habet: ipſe de ſe loquat. Hec
i dixerũt parẽtes eius/ quoniã
k timebant iudeos. Iam enim
l ꝯſpirauerant iudei/ vt ſi quis
eum cõfiteret chriſtum extra
m ſynagogã fieret. Propterea
n parentes eius dixerunt: quia
etatem habet/ ipſum interro-
o gate. Vocauerunt ergo rur-
ſum hominẽ qui fuerat cecus
p ⁊ dixerunt ei: Da gloriã deo:
q Nos ſcimus/ quia hic homo
r peccator eſt. Dixit ergo ille:
s Si peccator eſt neſcio: vnũm
ſcio: quia cecus cũ eſſem mo-
t do video. Dixerunt ergo illi:
Quid fecit tibi? Quõ aperuit
v tibi oculos? Reſpondit eis:
Dixi vobis iam et audiſtis:
Quid iterum vultis audire?
x Nunquid et vos vultis diſ-
y cipuli eius fieri? Maledixe-
runt ergo ei et dixerunt: Tu
z diſcipulus illius ſis: nos au-
tem moyſi diſcipuli ſumus.

q Nos ſcimus/ quia hic homo peccator eſt: q. d. potes ſecure dicere q hic non curauit te / ſed deus. r Dixit ergo ille: Si peccator eſt/ neſcio: id eſt non diffinio modo. Et hoc dicit/ vt nec os pateat calũnie: nec veritatẽ celet. Unde ſubdit: s Unum ſcio ⁊c. Sed querit Chryſoſtom⁹. Nunquid timuit cecus? Abſit. Qualiter ergo qui ſupra dixerat: propheta eſt: modo dicit/ ſi peccator eſt neſcio? Solutio. q. d. nihil p eo dico: nũc ipſum beneficiũ vos condemnat: et eum non eſſe peccatorem probat. Unde dicit: Unum ſcio: quia cecus cũ eſſem modo video. q. d. de me dico: ſed ipſũ opus quod ſcio eum feciſſe oſtendit q nõ eſt peccator. Unde p hoc inſuſpicabilem ſeipſum fecit: ⁊ teſtimoniũ incorruptũ vt nõ gratificans ſed a re teſtans. t Dixerũt ergo illi: Quid fecit tibi? Chryſoſtom⁹. Quia nequiuerũt euertere neqꝫ deſtruere qđ factum eſt miraculũ/ rurſus ad prius veniũt / ſm modum curationis circũſcrutãtes: queadmodum quidã canes venatici fallaciter cõcluſã beſtiã vndiqꝫ inueſtigãtes: ⁊ nũc quidem huc/ nũc autem illuc circũcurrentes ad priores redeunt ſermones. Et dicũt: Quid fecit tibi: Quomõ aperuit tibi oculos? quaſi nũ preſtigio aliquo? Sicut dicebãt Matth. xij. b. In beelcebub p̄ncipe demonioꝝ ⁊c. v Reſpondit eis: Dixi vobis iam ⁊ audiſtis: Quid iterum vultis audire. q. d. non reſpõdebo non attendẽtibus ⁊ inaniter interrogãtibus/ non pro diſcendo ſed p cauillãdo. Aug⁹. Stomachat iam cõtra duriciam eorũ et cecos iam nõ ferens. x Nũ quid ⁊ vos vultis diſcipuli ei⁹ fieri: qui ita inquiritis de eo? Et ſupplẽdũ eſt: ſicut ⁊ ego volo diſcipul⁹ ei⁹ fieri. Per hoc eñi q dicit/ ⁊ vos/ ſeipſum i diſcipuloꝝ cetu ordinat. Itẽ in h verſu cõuiciatus eſt eis/ et ꝑcuſſit ſufficienter: q eñi nouerat quoniã hoc eos valde ꝑcutiebat/ tãgere eos cum ſuꝑabũdantia voluit. Chryſ. Quõ erat aie ꝓpalantis ⁊ recte cõtemplãtis eorũ inſaniã/ ⁊ oſtẽdentis chriſti magnã dignitatẽ in qua vehemẽter cõfidebat.

De cõſe. diſt. 4. c. cũ p paruulis

Chryſ. Uides ꝓpalationẽ ⁊ medici ad oẽs ſcribas ⁊ phariſeos: ita forte et patens quid ẽ veritas: ita imbecille mendaciũ. Nam veritas etſi cõtingentes: id eſt viles aſſumpſerit/ claros eos victores oſtẽdit: Mendaciũ ꝓo etſi cũ fortibus fuerit qui tuent illud imbecilles eos mõſtrat. Al. ⁊ mendaciũ y Maledixerũt g ei ⁊ dixerũt: Tu diſcipul⁹ illi⁹ ſis. Et ſm cor ſuũ .i. ſm opinionẽ ſuã maledixerũt ei in hoc q dixerũt: Tu diſcipul⁹ illi⁹ ſis: vt dic Glo. Vel alit ſm litterã. y Maledixerũt g ei. Et hoc etiã dixert ei: Tu diſcipul⁹ ⁊c. Hic dicit Aug⁹ in originali: Maledictio hec ſuper nos veniat ⁊ ſup filios nr̃os. Geñ. xxvij. b. In me ſit hec maledictio fili mi. z Nos aũt moyſi diſcipuli ſum⁹. In hoc volũt oſtẽdere q chriſt⁹ cõtrarius ſit moyſi ⁊ cetus ſi chriſto adhereret: ſed mentiunt: q ſi diſcipuli moyſi eſſent/ chriſto crederẽt: quem moyſes nũciauit/ Deut. xviij. c. Unde .ĩ. v. g. Si

veritatē ⁊ chriſti cōfeſſionē opprimunt̄/hi maxime honorant̄:
Sicut eū qui diuitias ꝑdit/ille inuenit:et qui animā odit/ ipſe
eſt ꝗ amat: ita ꝗ cōuitio opprimit̄/hic maxime eſt ꝗ honorat̄.
Qď ⁊ in iſto ceco factū ē. Eiecerūt em̄ eū iudei ex templo: et
inuenit eū dn̄ator tēpli. Eiectus eſt a cōſiſtorio peſtilētioſo ⁊
potiꝰ ſalutari. Forte dehonoratꝰ eſt ab his ꝗ chriſtū dehonorauerāt: ⁊ honoratus ē ab angeloꝝ dominatore: talia ſunt pmia veritatis. Sed q̄rit hic Chryſ. quō interrogat eū an credat poſt tot verba fidei ad iudeos? Et ſoluit ꝙ nō ignorās q̄rit de fide eiꝰ: ſed laudans et volēs ſeipſū

a lium dei? Reſpōdit ille ⁊ di-
xit: Quis eſt domine vt cre-
b dam in eū? Et dixit ei ieſus:
c Et vidiſti eum: ⁊ qui loquit̄
d e tecū ipſe eſt. At ille ait: Crē-
f do domine. Et ꝓcidēns ado-
g rauit eū. Et dixit ei ieſus: In
h iudiciū ego in hunc mūdum
i k veni: vt qui non vident vidē-

notū facere: ⁊ oſtēdens qm̄ multū approbat eiꝰ fidē. q. d. cōuitiata eſt mihi plebs tanta: ſed nulla mihi cura illoꝝ: vniꝰ mihi cura ē .ſ. vt tu credas: melior eſt em̄ vnus faciēs volūtatē dn̄i ꝙ̄ mille iniqui. Tu/ inq̄t/ credis in filiū dei: vt ꝑſens ⁊ acceptans ꝗ dicta ſūt? Ita eū interrogat. Et nota ꝙ in hoc trahit eū ad amorē ſui ꝓpſius. Nō em̄ dicit: Crede: qď ſeruis dici pōt/ ſed interrogādo: Credis in filiū dei? qď amicis dici ſolet. a Rn̄dit ille ⁊ dixit: Quis eſt dn̄e/ filius dei/ vt credā in eū? Scōm Aug. iſte adhuc inunctꝰ his ꝟbis oſtēdit ſe iam dudū cor ad credendū paratū habuiſſe: ſed in quem credere deberet/ ignoraſſe. Eccī. ij. d. Qui timēt dn̄m ꝑparabūt corda ſua. Scōm Chryſ. videt̄ ꝙ crederet patꝰ eū eē deū ⁊ meſſiā miſſū: ſ; nō nouerat eū ſm̄ faciē. Cecꝰ em̄ erat anteꝙ̄ veniret ad chriſtū: ⁊ poſtꝙ̄ ſanatꝰ ē i ſiloa/ trahebat̄ a iudeis: ita ꝙ vſqꝫ mō nō viderat chriſtū: iō dic: Quis ē dn̄e? Chryſ. Deſiderātis ⁊ valde inq̄rētis aīe ē ꝟbū/ ꝓ ꝗ tot diſputauit/ hūc ignorat: vt ꝑ h̄ diſcas eiꝰ amorē ꝟitatis: ꝗ ſic ꝓ ignorato diſputabat: Nō em̄ viderat eū. b Et dixit ei ieſꝰ: et vidiſti eū. Chryſ. ꝑſonalit̄. Sed q2 hoc adhuc imanifeſtū ⁊ indeterminatū erat/ manifeſtiꝰ induxit. c Et qui loquit̄ tecū ipſe eſt. Non dixit/ ego ſum: ſed medie loquit̄. d At ille ait: Credo dn̄e. Non dixerat ei dn̄s: ego ſum ꝗ curaui te: ꝗ dixi tibi: vade lauare in ſiloa: ſed oīa illa tacens ait: Credis in filiū dei. Et ille ad hoc reſpōdet: e Credo dn̄e/ in filiū dei/ in te .ſ. Unde qualē credidit/ talē adorādo indicat. Un̄ ſequit̄: f Et ꝓcidens adorauit eū/ vt deū/ ⁊ vt filiū dei. Chryſ. Ne ꝗs eſtimet verbū ſolū eſſe qď dictum eſt a ceco/ ⁊ nō rem: adiecit ⁊ opus .ſ. adorationē. Itē q2 dixerat: Credo dn̄e: ⁊ nō determiauerat in quē/ adoratione determiat. Adorante autem eo: g Dixit ei ieſus/ reſpondens fidei ipſiꝰ ceci/ ⁊ infidelitati phariſeorū. h In iudiciū ego in hūc mūdū veni .i. ad diſcernendū hūiles a ſupbis: credētes hūiles ab infidelibꝰ ſupbis. Sīc ſumit̄ iudiciū i Pſ. Iudica me deꝰ ⁊ diſcerne cauſā meā de gente nō ſancta ⁊c̄. Iudiciū enim damnatiōis in fine fiet. Un̄. ſ. viij. b. Ego non iudico queꝙ̄. Uel/ In iudiciū/ ſm̄ Chryſ. in maiꝰ ſuppliciū .i. in cauſā ſupplicij occaſionaliter. i At ꝗ nō videt .i. hūiles ceci ꝗ ſe nō videre putāt: k Uideāt .i. illuminent̄ ꝑ me lumē. l Et ꝗ vidēt .i. ſapiētes ſupbi: vt phariſei .i. ꝗ ꝑ ſe videre putāt ⁊ medicū non q̄rūt: m Ceci ſiāt/ ſua infidelitate exceceant̄. Unde li/ vt/ dicit euentū/ nō cauſā. Chryſ. In hoc ⁊ cecū vehemētiorē circa fidē oparꝰ eſt: ⁊ eos qui ſeq̄bant̄ eū notauit: Erem̄ ſeq̄bant̄ eū phariſei: de quibꝰ ſubdit: Et audierūt q̄dā ex phariſeis ⁊c̄. Sed nota ꝙ illud qď dr̄ hic de dn̄o: Ut ꝗ nō vidēt ⁊c̄. dicit̄ Eſa. vj. c. Exceca cor ꝑp̄li huiꝰ: ⁊ aures eiꝰ aggraua: ⁊ oculos eiꝰ claude ⁊c̄. Itē Eſa. xxvj. b. Dn̄e exaltet̄ manꝰ tua vt nō videāt ⁊c̄. Iere. v. c. Audi ꝑp̄le ſtulte ꝗ nō habes cor: ꝗ habētes ocu-

Chryſ. In iudiciū: id eſt in maiꝰ ſuppliciū dixit/ oſtēdēs qm̄
Pſ. 42. qui cōdēnauerūt eū vt peccatorē/ ipſi ſūt qui cōdemnati ſunt. Hic autē dicit duas rn̄ſiones/ ⁊ duas cecitates: et ſenſibilē et intellectualem.

los nō videt̄: ⁊ aures ⁊ nō auditis. Itē Eſa. xlij. c. Quis cecus niſi ſeruꝰ meꝰ. Pſ. Obſcurent̄ oculi eoꝝ ne videāt. Chryſ. Pſ. 68.
Hoc ⁊ paulꝰ dic̄ ad Ro. ix. g. Gētes ꝗ nō ſectabant̄ iuſticiā apprehēderūt iuſticiā: iſrl' ꝟo ſectādo legē iuſticie/ in legē iuſticie nō ꝑuenit. Itē Ro. xj. b. Iſrl' nō eſt ꝯſecutꝰ: electio ꝟo cōſecuta ē: ceteri ꝟo excecati ſunt: ſicut ſcriptū eſt ⁊c̄. n Et audiert̄/ hoc/ quidā ex phariſeis/ illi .ſ. qui cū ipſo erāt. Erāt em̄ quidā ſuꝑficieten̄ ſequētes/ et facile in ꝯtrariū trāſmutati: ſicut et illi ꝗ prius crediderūt. ſ. vj. g. et poſtea abierunt. o Et dixerūt ei: Nūquid ⁊

l m ant: et qui vident/ ceci ſiānt.
n Et audierūt quidā ex phari-
o ſeis qui cum ipſo erant/ ⁊ di-
xerunt ei: Nūquid ⁊ nos ceci
p q ſumꝰ? Dixit eis ieſus: Si cē-
r ci eſſetis nōn haberetis pec-
s catum: Nūnc ꝟo dicitis: quia
t videmus/ pēccatum veſtrum
manet.

nos ceci ſumꝰ: ſic alibi dixert̄. ſ. viij. d. Nemini ſeruiuimꝰ vnꝙ̄: ⁊ ex fornicatiōe nati nō ſumꝰ: Ita hic de cecitate corporali intellexerūt: ⁊ in hac verecūdant̄ ſolū. p Dixit eis ieſus/ oſtēdens/ qm̄ meliꝰ eſt cecos eſſe ꝙ̄ vidētes. q Si ceci eſſetis .i. ſi cecos ⁊ inſipiētes vos reputaretis: r Non haberetis peccatū: q2 curreretis ad medicū ꝗ venit tollere peccata mūdi. s Nūc ꝟo dicitis: q2 videmꝰ .i. de ſapiētia vos iactatis ⁊ iuſticia. Et ita/ t Peccatū veſtrū manet .i. ceci ꝑmanetis i infidelitate. Chryſ. Nō dixit/ videtis/ ſed dicitis q2 videtis: ſicut. ſ. viij. g. Quē dicitis/ q2 deꝰ noſter ē. Hic aūt qď eſtimabāt laudē eſſe magnā: hoc oſtēdit eis ſuppliciū ferre: ⁊ de ꝑori cecitate ꝯſolatꝰ ē eū cecū. q. d. ad bonū tuū fuiſti cecꝰ: ⁊ illi ad detrimētū ſuū vidētes.

Moraliter

Chryſ. Mordent vos verba mea hec: ⁊ ego volo vos deti-neri a dolore ꝗ ꝑ verba: vt ab ea ꝗ ꝑ res eſt deformitate eruamini.

✱ quid ope hoc turpiꝰ? Filꝰ a patre docet̄ deformare ſeipſū. Itē Chryſ. Sed aiūt: ꝗ iactura eſt vl' qď nocumētū ē ludos videre? Propt̄ea gemo/ qm̄ neqꝫ damnū eſtimatis rem hanc: neqꝫ ſenſum accipitis maloꝝ: dedit tibi vite terminū deus ad currendū eum: tu ꝟo inaniter conſumis eā ⁊ vane ⁊ in nullo vtili. Scrutaris adhuc qď eſt damnū? Et ſi argentū paucū cōſūpſeris/ ſimplicit̄ damnū reuocas: dies aūt tuos ꝯſumēs integros in ſathanicas pompas/ nullū putas facere incōueniēs/ cōgruo exiſtēte in letanijs ⁊ orōnibꝰ ꝯſumere vitā tuā oēm: Tu ꝟo i clamoribꝰ ⁊ tumultibꝰ ⁊ turpibus ꝟbis ⁊ pugna ⁊ iocūditate intēpanea ⁊ oꝑibꝰ laſciuis vitā tuā ꝯſumis ⁊ i malo tuo: ⁊ poſt h̄ oīa infrogas qď ē damnū: neſciēs ꝙ nulli rei magl' ꝑcere oporteret ꝙ̄ tp̄i. Itē Chryſ. Aurū ſi ꝯſūpſeris/ poteris rurſus recuꝑare: tempꝰ ꝟo ſi ꝑdideris difficile id reſumes: paruū em̄ tp̄us ē nobis vita ꝑſens. Sequit̄: h In iudiciū ego i hūc mūdū veni ⁊c̄. In iudiciū diſcretiōis .i. ad diſcernēdū hūiles a ſupbis. Iaco. iiij. b. Deꝰ ſupbis reſiſtit: hūilibꝰ aūt dat gratiā. Dn̄s em̄ diſcernit bonos a malis: his dādo gratiā/ illis nō: ſic̄ mulier diſcernit oues ꝑ ſignationē quarūdā tīn. Un̄ Pſ. Iudica me deus et diſcerne cauſā meā ⁊c̄. Itē: Signatū ē ſup nos lumē vult' tui dn̄e. Sic ſumit̄ hic/ In iudiciū veni .i. dando gratiā diſcreui. Un̄ ſubdit: i Ut ꝗ nō vidēt .i. ſe nō videre reputāt/ videant lumie gratie illumiari. Un̄. j. Cor. j. d. Que ſtulta ſunt mūdi elegit deꝰ vt cōfundat ſapiētes. Et hoc eſt: l Et qui vidēt .i. videre ſe reputāt: m Ceci ſiāt. Eſa. xxij. g. Aperiet ⁊ nō erit ꝗ claudat: claudet ⁊ nō erit ꝗ apiat. Apit em̄ humilibꝰ/ ⁊ claudit ſupbis. Itē Eſa. viij. c. Erit vobis i ſanctificationē: i lapidē aūt offenſiōis ⁊ i petrā ſcādali ⁊c̄. Luc. x. d. Cōfiteor tibi dn̄e pater celi ⁊ terre: q2 abſcōdiſti ea paruulis. Pſ. Declaratio ſermonū ⁊c̄. Prouer. ix. a. Si ꝗs eſt paruulus veniat me ⁊c̄. Eſt aūt multiplex iudiciū: De quo habes ſ. vij. c. Nolite iudicare ſm̄ faciē: ſed rectū iudiciū iudicate. Ibi req̄re. Sequit̄: q Si ceci eſſetis peccatū nō haberetis. Ceci .i. ſimplices ⁊ ꝑ ignorātiā peccātes/ nō habēt tantū peccatū: q2 ſciētia multū aggrauat pctm̄. Pſ. Deſcen-

Pſ. 42. Pſ. 4. Pſ. 118. Pſ. 54.

* dant in infernū viuentes: id eſt ſciētes. ij. Pet. ij. d. Melius eſſet eis viam veritatis non agnoſcere / ꝙ̄ poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo quod eis traditum eſt ſancto mandato. Unde Gregori⁹. Ubi maius eſt donum ſcientie: ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpe. ¶ Expo. Ca.X.

A
1.q.1.§.ordinationes
23.q.4.c.tres perſonas
De iurepatro. c.relatum

Amen amē dico vob: q̄ nō itrat p oſtiū ꝛc̄. Iſtud capitulum diuidit̄ in duas partes principales. In prima agitur de paſtore. In ſecunda de dedicatione templi. Prima ps diuidit̄ in tres partes. Primo ponitur metaphora paſtoris ⁊ furis / oſtij ⁊ ouilis ouium. Secundo aperit ꝙ ipſe eſt oſtiū ⁊ paſtor: et ponit proprietates paſtoris ⁊ furis ⁊ mercēnarij: ibi: Ego ſum oſtium ꝛc̄. Tertio ponit̄ diſſenſio populi: ibi: Diſſenſio iterum facta eſt ꝛc̄. Et ſic terminatur hec prima pars. Alia ſuo loco ſubdiuidet̄. Dicit ergo: a ¶ Amē amen dico vobis: qui non intrat per oſtium ꝛc̄. Et cōtinuat̄ ſic. Supra arguerat phariſeos de cecitate / qui ipſū non cognoſcebant: ne ergo dicerent ipſi phariſei / non eſt hoc a noſtra cecitate ꝙ ad te non accedimus: ſed te vt erroneū et ſeductorem fugimus: ideo ponit differentiam paſtoris ⁊ laceratoris ſiue furis: et cōcludit per hoc ꝙ nō eſt erroneus ſiue fur / ſed paſtor. Dicit ergo: b ¶ Qui non intrat p oſtium in ouile / vel in atrium ouium: id eſt qui non ſcripturis vtitur. d ¶ Sed aſcendit aliunde: hoc eſt / aliam et non legitimā incedit viā: e ¶ Ille fur eſt ⁊ latro. Chryſoſtomus. Oſtium eſt ſcriptura: atrium autem vel ouile ouium eſt earum ꝓuidentia. Scripturas autem vocat oſtium: He enī adducunt ad deum / ⁊ dei cognitionem aperiunt: he oues faciunt: he cuſtodiūt oues / ⁊ lupos arcēt: id eſt hereticos. Per hoc oſtium: id eſt per ſcripturas cognoſcimus eos qui paſtores / ⁊ eos qui non paſtores. Unde adhuc ſubdit: f ¶ Qui autē intrat per oſtium: id eſt per ſcripturas in ouile ouiū ⁊ quaſi ad oues et earū ꝓuidentiam: id eſt qui ſcripturis vtitur / ⁊ ſm̄ eas viuit ⁊ docet: g ¶ Paſtor eſt ouium. q.d. ego ſum paſtor: qui ſm̄ ſcripturas venio ad docēdum. Unde ꝓpter hoc dicit. ſ. v. f. Scrutamini ſcripturas ꝛc̄. Et nota ꝙ cum dixit: Qui non intrat per oſtium ꝛc̄. duas poſuit oſtenſiones latronis. Primam / quoniam aperte nō intrat. Secundā / quoniam non ſm̄ ſcripturas: hoc eſt non per oſtium. Item in hoc ꝙ dicit: Sed aſcendit aliunde: ſeruat metaphoram furis. Furis enim eſt ſuperſalire ⁊ cum periculo omnia agere. Per hoc autem enigmatice inſinuat eos q̄ ante eum fuerūt: ⁊ qui poſt eum futuri erāt / antichriſtum ⁊ pſeudo ☞ chriſtos ⁊ iudam

Alia expoſitio

Aliter: a ¶ Amen amen dico vobis: qui non intrat per oſtium ꝛc̄. Phariſei iactabant ſe eſſe ſapientes ⁊ ſcientiam legis habere: ⁊ propter hoc dicebant ſe dignos eſſe paſtores aliorum: Sed dominus oſtendit non eſſe paſtores niſi illos qui intrant per oſtiū: id eſt per ſe: in quo percutit / tam iudeos ꝙ̄ gentiles ꝙ̄ hereticos: qui gloriant̄ de magiſterio: qꝛ nec ſapientia nec obſeruātia legis / nec bona vita valet quicꝙ̄ p̄ter chriſtū / in quocūꝙ̄ fuerit ſiue pħo ſiue phariſeo qui docent beate viuere: ſiue heretico ſub nomine chriſti p̄dicante: ſed omnes ſine eo rapiūt ⁊ occidūt. Dic̄ ergo: b ¶ Qui nō intrat per oſtiū. i. p me in fide. ſ. ⁊ charitate. c ¶ In ouile ouiū: id eſt ad curam et ꝓuidentiam ouium. Duplex eſt ingreſſus in ouile domini ſiue in eccleſiā. Unus eſt ouis: vt. ſ. ſit de eccleſia. Alter eſt paſtoris ad culmen p̄lationis ⁊ regiminis: de quo loquit̄ hic. d ¶ Sed aſcēdit aliūde: quoquo modo preter chriſtum / vel non bene de eo ſentiendo / vel non eius gloriā querēdo / ſed ſuā: e ¶ Ille fur eſt ⁊ latro. Fur: quia qđ alienum eſt / ſuū dicit. i. oues dei ſuas facit: ⁊ cōmodū ꝓpriū de eis querit / non dei honorē. Latro: quia qđ furatus eſt occidit. Oſee. vij. a. Fur ingreſſus ē ſpoliās / latrūculus foris. Eſa. j. f. Principes tui infideles ſocij furū. Et nota ꝙ dicit / aſcendit: Querūt enī aſcenſum / ex alto caſuri grauius.

a Mēn amen ¶ Ca. x.
b dico vobis: qui nō in
c trat per oſtium i ouile
d ouiū: ſed aſcendit aliūde ille
e fur eſt ⁊ latro. Qui aūt intrat
g per oſtium / paſtor eſt ouium:

Chryſoſtom⁹. Furis eſt ſupſalire ⁊ omnia cum periculo agere. Hieronym⁹. Letamur ad aſcēſum / timeam⁹ lapſum: Nō eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe: quāti meroris ē de excelſo cecidiſſe. Job. xxx. c. Eleuaſti me ⁊ quaſi ſuper ventum ponēs eliſiſti me valide. Gregori⁹. Fugitiue ꝓſperitatis aura ſubleuat vt deterius in infimum ſternat. Pſ. Deiecisti eos dū alleuarentur. Unde tollunt̄ in altū: vt lapſu grauiore ruant. Pſ. Uidi impium ſuper altatum ꝛc̄. Eſa. xliij. d. Aſcendam in celum ꝛc̄. verūtamē in infernū detraheris. Abdie. j. b. Si exaltat⁹ fueris vt aqla ꝛc̄. d ¶ Aliūde: nō ꝓpter chriſtū: neꝙ̄ a chriſto vocat⁹. Heb. v. a. Nemo aſſumit ſibi honorē ꝛc̄. Matth. xxij. b. Amice quomodo huc intraſti nō habens veſtem nuptialem: id eſt quem non introduxit mea charitas / ſed ꝓpria cupiditas. Phil. ij. c. Omnes que ſua ſunt querūt. f ¶ Qui autem intrat p oſtiū: id eſt qui recte de chriſto ſentit: ⁊ non ſua ſed chriſti querit: g ¶ Paſtor ē ouiū / ab officio paſcēdi oues: Cōtra illos qui ſe / non oues paſcunt: ſicut dicit̄ Ezech. xxxiiij. b. Nota ꝙ chriſtus eſt oſtium. Pſ. Hec porta domini / iuſti intrabunt in eam: id eſt p eam. Hec porta ſiue hoc oſtium humile eſt: ideo repelluntur ab eo ſuperbi. Unde Jaco. iiij. b. Deus ſuperbis reſiſtit. Item anguſtū eſt: ideo arcet diuites diuitijs ſarcinatos. Matth. xix. c. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire ꝙ̄ diuitem intrare ꝛc̄. Itē artum eſt: ideo artat carnales et delitioſos. Matth. vij. b. Anguſta eſt porta ⁊ arta eſt via que ducit ad vitam: ⁊ pauci ſunt qui inueniūt eā. e ¶ Ille fur ē ⁊ latro: Sed mercēnari⁹ aliūde aſcēdit: ergo fur eſt et latro. Sed cōtra ſup illud. j. eodē. b. Mercēnari⁹ aūt ⁊ q̄ nō eſt paſtor ꝛc̄. dicit Glo. Mercēnarius tolerandus eſt: fur ꝓo cauendus: ergo mercēnarius nō eſt fur. Solutio. Nomen furis large ſumit̄ ⁊ ſtricte. Large dicit̄ fur omnis ille qui querit ſuum cōmodū ⁊ peruertit per malū exemplū: ⁊ ſic ſumit̄ hic. Stricte ꝓo dicit̄ fur / qui infert damnū / ⁊ peruertit per doctrinam ⁊ exemplum: ſic hereticus eſt fur ⁊ non mercēnarius: et ſic ſumit̄ in Glo. inferius. f ¶ Qui autē intrat per oſtiū / chriſtum / paſtor eſt ouium. Auguſtin⁹. Omnes qui veritatem tenent ⁊ docent / ⁊ in chriſto paſtore ſunt vnus paſtor. Unde nota ꝙ loquēs de paſtoribus / loquit̄ in ſingulari: quia ☞ omnes gerūt typum f ¶ Qui autem intrat ꝛc̄. Item nota ꝙ quattuor ꝑſone hic diſtinguunt̄ a domino. Paſtor / fur / mercēnarius / lupus. Paſtori autē bono ſe comparans chriſtus / formam officij ſui prebet omnibus paſtoribus. Et tangit ſex in quibus conſiſtit ꝑfectio paſtoris. Primo / Intrat p oſtiū: in quo diſtinguit̄ a fure qui aſcendit aliūde. Secūdo / ꝓprias oues cognoſcit: Unde / Et cognoſco oues meas ꝛc̄. Tertio: quia oues educit ⁊ antecedit: Un̄: Et cū ꝓprias oues emiſerit an eas vadit. Quarto ad paſcua duc̄ ⁊ reducit: Un̄ / Per me ſi quis introierit ſaluabit̄: ⁊ ingrediet̄ ⁊ egrediet̄ ⁊ paſcua inueniet. Quinto vitā ſuam ponit p ouib⁹: Unde / Bonus paſtor animam ſuā ꝛc̄. et in hoc diſtinguitur a mercēnario qui fugit. Sexto gregē ſuum cōgregat / ſociat ⁊ coniungit: Unde dicit / Alias oues habeo ꝛc̄. in h̄ diſtinguit̄ a lupo / qui rapit ⁊ diſpergit. Primum igitur ē ꝙ bonus paſtor intrat p oſtiū: id eſt per chriſtū qui dicit: Ego ſum oſtium. Qui ergo nō intrat per chriſtū / nec per oſtium intrat. Item chriſtus ſpiritus eſt: qui ergo intrat per carnem ⁊ ſanguinem: id eſt per preces carnales vel carnale obſequium: vel aliquo modo carnaliter / nō intrat per chriſtum. Tales ſignificantur per petrum. j. xviij. c. quem introduxit ancilla oſtiaria in atrium pōtificis: id eſt in p̄lationē vel beneficiū: Et hi neſciunt generare in eccleſia dei niſi ſimiles. Unde. ſ. iij. a. Qđ natum eſt ex carne caro eſt: qꝛ nepotes ſuos ⁊ cognatos inducūt in eccleſiā. Sed dicit̄ Mich. iij. d. Ue qui edificatis ſion in ſanguinib⁹. Propter h̄ Exo. xij. d. preceptū eſt / vt poſtes domus liniant̄ ſanguine agni: qꝛ p agnū debent intrare. i. nō * per alienū ſanguinē

Pſ. 72.
Pſ. 36.
Pſ. 117.
Doctrine

ꝗ chriſtos ⁊ iudã ⁊ theodã: Actſ.v.f. Itẽ in h qõ dic̃: Aſcẽdit aliũde/iſinuat ſcribas ⁊ phariſeos:q̃ docebãt mãdata ⁊ doctrinaſ hoim:⁊ legẽ ꝑuaricabãt: vt dr̃ Matth.xv.a. a Huic .i. paſtori: b Oſtiari⁹ apit. Chryſ. Nihil ꝓhibet oſtiariũ hic vocari moyſen: illi em̃ tradita ſunt eloquia dei: Ro.iij.a. Hic apit paſtori:q2 chriſtũ oñdit ⁊ recipit. c Et oues vocẽ ei⁹ audiũt.i.paſtorſ: q2 q̃ ex deo ẽ ꝟba dei audit. Jo.viij.f. Per h ſignificat:ꝙ nõ ſũt de ouiũ ordie ipſi ſcribe ⁊ phariſei q̃ eũ nõ audiũt. d Et ꝓprias oues vocat nomiatim.i.vocat ad gr̃atiã quos elegit. Et ꝑ hoc iſinuat cecum/quem quaſi ouiculam ſuam vocauerat ad ſe de iudeis. Unde ſequitur: e Et educit eas: ad paſtum verbi. Et nota ꝙ in hoc ꝙ dicit: ꝓprias oues/ ꝗ oſtendit ſe omnia

a Huic oſtiãrius aperit: et
b oũes vocem eius audiunt.
c Et prõprias oues vocat
d nominatim: ẽt educit eas.

✱ oẽs gerũt typũ chriſti: de ouib⁹ aũt ĩ plurali: q2 duo ſunt genera ouiũ. Quidã em̃ ſunt oues eccl'ie tm̃ ꝑ ꝑſentẽ iuſticiã: q̃dã ꝑ ꝑdeſtinationẽ. a Huic oſtiari⁹ apit.i.chriſt⁹/qui ſe apit: vł ſcriptura q̃ duc̃ ad chriſtũ: vł ſpũſſanct⁹ q̃ docet omnẽ veritatẽ. J.xvj.c. Aug⁹. Caueam⁹ ne oſtiariũ faciam⁹ maiorẽ oſtio. Oſtiari⁹ idẽ eſt ⁊ oſtiũ.ſ.chriſt⁹: ipſe ſe nobis apit/et ſcripturã/⁊ celũ. Eſa.xxij.f. Dabo clauẽ dom⁹ dauid ſup humerũ ei⁹ ⁊ apiet. Apoc̃.v.b. Uicit leo de tribu iuda/radix dauid apire librũ ⁊c̃. c Et oues vocẽ ei⁹ audiũt: a q̃cũq3 ꝓferat vox/chriſti ẽ. Un̄ Matth.x.c. Nõ vos eſtis q̃ loq̃mini/ ſed ſpũs ⁊c̃. Chryſ. Que ẽ vox chriſti: Beati paupes ſpũ ⁊c̃. Matth.v.a. Et oues vocẽ ei⁹ audiũt: q2 chriſto nõ ſolũ viuẽti obediũt/ ſed ⁊ mortuo. Et nota ꝙ dic̃/ oues audire: q2 ſimplices libẽter audiũt ꝟbũ dei/⁊ obediẽtes ſũt. Prouer.iij.d. Cũ ſimplicib⁹ ſmocinatio ei⁹. Et q2 dixerat/audiũt/ ſubdit quõ loquit vocãdo. Et hẽ: d Et ꝓprias oues vocat nomiatim ⁊c̃. Tria dic̃ h ꝑ ordinẽ de paſtore. Uocat ad ꝑmia: educit vel emittit a culpa ⁊ ignorãtia: añ eas vadit/ oſtendẽs exẽpla. Itẽ vocat/ q̃ſi de peccato ad gratiã reuocat ꝑ penitentiã. Educit de gr̃a ad ampliorẽ gr̃as: ſm illud Pſ.

Pſ.83. Ibunt de virtute in virtutẽ ⁊c̃. Ante eas vadit ꝑparando in celo mãſionẽ eternã: ſm illud: Uado vobis pare locũ. Itẽ chriſtus vocauit oues ĩ vita ſua ꝑdicãdo: ſm illud Pſ. Laborauí clamãs/rauce ⁊c̃. Cañ.vj.d. Reuertere/reuertere ⁊c̃. Eduxit eas in morte redimẽdo de lacu miſerie ⁊ de luto fecis: ſm illõ Zach.ix.c. Tu dñe ĩ ſãguie teſtamẽti tui eduxiſti vinctos de lacu in q̃ nõ eſt aqua. Ante oues iuit in aſcẽſiõe/iter ĩ celũ pandendo: ſm illud ✱ ꝑ alienũ ſanguinẽ: ſic illi q̃ ꝑ cognatos ⁊ ꝯſanguineos habent acceſſũ ad patrimoniũ crucifixi. Cõtra qõ dr̃ Gal.j.a. Paulus apl'us nõ ab hoib⁹ neq3 ꝑ hoiem: ſed ꝑ ieſũ chriſtũ. Sũt aũt quidã q̃ ſe ſpũales eẽ ſimulãt: Un̄ ſpũales in ꝑncipio vocant: ſ poſtea cõuertũt ſe ad carnẽ et ſanguinẽ.i.ad nepotes.

Jo.14.a.

Pſ.94.

Ecc̃i.xx.b. Eſt ꝓpter gr̃iaꝝ minoratio. Itẽ Ecc̃i.xij.c. Si humilia tus vadat curu⁹/abijce aim tuũ et cuſtodi te ab illo. Prouerb.xxvj.d. Qñ ſubmiſerit vocẽ ſuã/ne credideris ei: qm̃ ſeptẽ nequitie ſũt in corde illi⁹. Ezech.xiij.a. Quaſi vulpes in deſerto ⁊c̃.

Cõtra q̃s dr̃ Gal.iij.a. Sic ſtulti eſtis vt cũ ſpũ cepitis/ nũc carne ꝯſũmami. Sed reuera nunq3 ſpũales fuerũt/ſ renardi fuerũt: Un̄ nũc ꝑmo q̃les añ fuerũt oſtẽdũt. Un̄ Ecc̃i.xiiij.a. In nouiſſimis manifeſtant maliciã ſuam. Hiere.xvij.b. In nouiſſimis ſuis erit inſipiẽs. Silẽs quibuſdã mõſtris marinis faciẽ hũanã ꝑtendẽtib⁹: ſed ĩ piſces deſinũt: ſicut ⁊ ſimia q̃ hʒ faciẽ ſimilẽ homi: ſed nõ poſteriora. Item chriſtus ſpiritus ⁊ ſpirituale.i. ſubtile corp⁹ habet: ſpũs aũt ⁊ corp⁹ ſpũale ſine omi leſiõe ⁊ violẽtia ⁊ corruptiõe ingredit: ſic dñs ianuis clauſis ad diſcipulos. J.xx.e. Et ſic lux ꝑ vitrũ. Si ğ corrũpant vitrũ eccl'ie/oſtẽdũt facto ꝙ nõ ſunt lux: nec ꝑ chriſtũ ingrediunt ſi ꝑ violentiã ĩtroducunt. Et ſignificant ꝑ ſodomitas/ Geñ.xix.c. Iã ꝓpe erat vt infringerẽt fores loth: Et h ad polluendũ angelos: qui ꝓpt ſpũalitatẽ ſignificãt ſacerdotiũ vł ipſos ſacerdotes. Malach.ij.b. Labia ſacerdotſ cuſtodiũt ſciaʒ: ⁊ legẽ de ore ei⁹ reqrent: q2 ãgel⁹ dñi exercituũ ẽ. Itẽ.j.Corſ.xj.b. Debet mulier velamẽ hr̃e ſup caput ſuũ ꝓpt angelos. Illi volũt oſtiũ infringere: q̃ ꝑ ſuã vel ſuoꝝ poteſtatẽ ꝑlationẽ vł aliqõ bñficiũ eccleſiaſticũ ſibi volũt vſurpare. Hi ãgelos polluere volũt: q̃ dignitatẽ ſacerdotij ñ verent infamare: ⁊ hec vera ſodomia ẽ. Cũ em̃ gr̃a nõ ſit gr̃a/niſi q2 gratis data: q̃d magſ cõtrariũ ẽ gratie q̃3 id qõ gratis accipiendũ ⁊ gratis cõcedẽdũ eſt/ꝑ violẽtiã carnis vel carnaliter rapere vł emere. Quidã em̃ rapiũt/vt chore: de q̃b⁹ Numeri.xvj.b. Idcirco fec̃ te accedere ad ſe dñs et oẽs frẽs tuos filios leui/vt vob etiã ſacerdotiũ vẽdicetſ: ⁊ ois glob⁹ tuus ſtet ꝯ dñʒ. Quidã vſurpãt/vt rex ozias: q̃ iõ ĩ fronte lepra ꝑcuſſus ẽ: ⁊ expulſus a regno. iiij. Regſ.xv.a.et.ij. Paral.xxvj.d. Quidã per poteſtatẽ intrudunt: vt alchim⁹ ꝑ bachidẽ cõſtitut⁹ eſt in ſacerdotiũ. j. Machab.vij.b. Quidã ꝑ ſeruitiũ corꝑale vel pecuniale: ſic iaſon: q̃ ambiebat ſummũ ſacerdotiũ: ⁊ adito rege promiſit ei talenta argenti trecenta ſexaginta: vt dr̃.ij. Machab.iiij.a. Unde hodie ſolent dicere epis: ſi cõcedatis illi decanatum illũ ruralẽ/ magis ſeruiet vobis q̃3 iſte. Et ſic feciſſe legitur menelaus iaſoni.ij. Machab.iiij.d. Iaſon cõmẽdat⁹ regi/cũ magnificaſſet faciẽ poteſtatis ei⁹/ in ſemetipſũ retorſit ſummũ ſacerdotiũ ſupponẽs iaſoni talẽta argẽti trecẽta. Itẽ chriſt⁹ charitas ẽ: q̃ nõ q̃rit q̃ ſua ſũt: vt dr̃ j.Cor̃.xiij.b. Quicũq3 ğ nõ q̃rũt lucrũ aiaꝝ ſed ꝓpriũ/ꝑ chriſtũ nõ ingrediunt. Phil̃.ij.c. Oẽs q̃ ſua ſunt q̃rũt. Iſti poti⁹ ſunt tõſores q̃3 paſtores. Iacob erat paſtor: laban tõſor. Un̄ iacob.i.chriſt⁹ fugit: cũ labã ad tõdẽdas oues iuit: Geñ.xxxj.c. Matth.xxij.b. Amice quõ huc intraſti ⁊c̃. Berñ. Ter dictũ eſt petro/paſce: ſ nec ſemel dictũ eſt/tonde vł mulge. Itẽ chriſt⁹ ẽ ꝟitas. Qui ğ intrat ꝑ ſimulationẽ/nõ ĩtrat ꝑ chriſtũ: ſic hypocrite q̃ ſimulãt religionẽ habitu ⁊ ꝯuerſatiõe vt ꝓmoueant. Ecc̃i.xxxvij.a. O ꝑſumptio neq̃ſſima vnde creata es coopire aridã malicia ⁊ doloſitate illi⁹: Zach.xiij.b. Cõfũdẽt ꝓphe vnuſq̄ſq3 in viſione ſua cũ ꝓphauerint/ nec opient veſte pallio ſaccino vt mẽtiant. Alij ꝑ alios q̃ſi ꝑ lr̃as cõmẽdaticias intrãt/ vel impetrãt bñficia.ij. Corſ.iij.a. Nũquid idigem⁹ cõmẽdaticijs epiſtol̃/ſic q̃dã. Itẽ alij ꝑ lr̃as ꝑcatorias itrãt: vt curiales per ꝑces magnatoꝝ. Pſ. De poſt fetãtes accepit eũ. Nõ dicit/de poſt reges: vel poſt epõs. Itẽ aliqui eligunt ꝓpter pulchritudinẽ ſue ꝑſone. j. Regſ.xvj.b. dixit dñs ad ſamuel: Ne reſpicias vultũ ei⁹ neq3 altitudinẽ ſtature eius: qm̃ abieci eũ: nec iuxta intuitũ hois ego iudico. Et poſtea ſequit: Ad huc reliqu⁹ ẽ paruul⁹ ⁊ paſcit oues. Item alij/quia largi ſũt in donis/⁊ ſupflui in cõuiuijs. Unde Daniel̃.xiiij.b. Nõne videtur tibi bel eſſe viuẽs de⁹: an nõ vides quãta comedit ⁊ bibit quotidie: Item q2 dant veſtes ⁊ equos ⁊ talia. Unde Eſa.iij.a. Ueſtimentum eſt tibi/princeps noſter eſto. Item alij propter alios comprimẽdos: vt filij iſrael elegerunt hieroboam vt cõculcaret roboam.iij. Regſ.xij.e. Itẽ aliq̃ eligũt alios ꝓpter ſocietatẽ vel ſubiectionẽ: quia credũt eos futuros ſibi ſociales vel ſubiectos: ſicut elegerũt abimelech ſpurium: Iudicſ.ix.a. Itẽ q̃ñq3 tales eligũt ꝑ q̃s ꝓmoueant ipſi vel eorũ parẽtes: vt Iudic̃.xvij.a. Impleuit vni⁹ filij ſui manũ: et fact⁹ ẽ ei ſacerdos.i.ad vtilitatẽ ſuã. Oẽs iſti nõ intrãt ꝑ oſtiũ: ⁊ ideo fures ſũt rẽ alienã iuito dño cõtrectãtes. Sed vtinã ſaltẽ vxores ide paſcerẽt: ſic iudas. Sʒ ipſi paſcũt cõcubinas de bonis chriſti raptas ab ouib⁹: De quib⁹ Mich.iij.a. Qui violenter tollitis pellẽ eoꝝ deſuꝑ eos ⁊c̃. Et h eſt qõ dicit: Fur non venit niſi vt furet pelles.i.tꝑalia: ⁊ mactet corpa/ ⁊ ꝑdat aias. Secũdũ ẽ/ ꝙ bon⁹ paſtor cognoſcit oues ſuas: vt diximus: qõ tãgit ibi: d Et ꝓprias oues vocat noiatim.

Pſ.77.

Itẽ chriſt⁹ ẽ vnitas: q̃ ğ ꝑ ſciſſurã vł diſſẽſionẽ optinẽt ꝑlationẽ vł bñficia/ ꝑ chriſtũ nõ intrant: ſ diuidũt veſtẽ chriſti incõſutilẽ/ dũ ſibi ptes faciũt: qõ nõ fecẽt milites. Ideo eccl'ia ſignificat ꝑ thamar: Geñ.xxxviij.g. q̃ interp̃tat amaritudo: ⁊ eccl'ia ĩ amaritudie ẽ: ĩ cui⁹ vtero luctant ꝯtendẽtes frẽs q̃ prior naſcat: et plerũq3 ꝑor egredit de q̃ nõ erat opinio: cui dicit: Qm̃ ꝓpt te diuiſa eſt materia. Phares em̃ prior nat⁹ eſt.i. illi q̃ diuidũt vnitatẽ eccleſie: poſtea carã: cui obſtetrix ligat filum coccineũ ĩ manu: q2 q̃ paſſionẽ dñi ope imitant/tardi⁹ ꝓmouẽt.

a Et cũ ꝓprias oues emiſerit
b ante eas vadit: et oues illum
c ſequunt: quia ſciunt vocem
d eius. Alienum autem non ſe-
e quunt: ſed fugiunt ab eo: q2
f nõn nouerunt vocẽ alienoꝝ.

ostendit ſe omnia poſſidentẽ cum patre. a Et cũ ꝓprias oues emiſerit: de ouili legis ⁊ figurarũ ad lumen euangelij ⁊ paſtũ verbi diuini: vel de cõſortio maloꝝ/ vel de maſſa perditoꝝ. b Ante eas vadit: dans exemplũ/ vel ad regnũ/ vel ꝓmus cõtra lupum/ primus ad patibulũ. c Et oues illũ ſequũtur: q2 ſciunt vocẽ eius: ſicut cec⁹ audiuit ei⁹ vocẽ ⁊ cognouit. Et nota ꝙ contrariũ ei⁹ faciũt/ ad litterã/ paſtores: quia ſequunt oues/ non ꝑcedunt. Unde ꝑ hoc vt dicit Chryſoſtom⁹/ oſtendit ꝙ de ſpũali paſtu loquit: ſicut dicit Matth. x. b. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Oues em̃ ad lupos non ſolent mitti. e Alienũ autẽ nõ ſequunt: ſed fugiunt ab eo: quia nõ nouerunt vocẽ alienoꝝ: id eſt non recipiũt ꝓ voce paſtoris. Hoc autẽ dicit propter eos qui circa theodã ⁊ iudã fuerũt: Oẽs enim quicũq3 crediderũt eis diſperſi ſunt ab eis: vt dicit Act. v. f. Aut ꝓpter illos q̃ poſt hoc futuri erãt ⁊ pſeudo chriſti. Ut em̃ nõ dicerẽt ꝙ ipſe chriſtus eſſet vn⁹ taliũ/ ꝓpter hoc ſeipſum ab illis diuidit. Et ꝓmã quidẽ ponit ad

Alia expoſitio * dendo: ſm illud Mich. ij. d. Aſcendet iter pandẽs añ eos. Et Heb. vj. d. Ubi ꝑcurſor ꝓ nobis introiuit ieſus ſm ordinem melchiſedech. Et nota ꝙ dicit/ ꝓprias oues: q2 eas creauit/ redemit/ ⁊ reformauit. Eſa. xlvj. b. Ego feci et ego ferã. Pſ.

Pſ. 94. Nos aũt oues paſcuę eius. Alia lra: Oues man⁹ ei⁹. j. Pet. j. c. Nõ corruptibilib⁹ ⁊c. j. Cor. vj. d. Empti eſtis ꝓcio magno. Aug⁹. Tanti emit vt ſolus poſſideat. Uocat nomiatim. Dñs dr̃ iuſtos vocare ex noĩe: q2 eos noſcit ꝑ approbatione. Uñ Pſ. Qui numerat multitudinẽ ſtellaꝝ: ⁊ omib⁹ eis nomia vocãs. Uñ Luc. xvj. e. diues non nominat: ſed paup laçar⁹. Pſ. Nec memor ero nomis eorũ ꝑ labia mea: q2 vocauerũt noĩa ſua in terris ſuis: et ideo nõ vocant i celis. Gregori⁹. In ꝑplo plus ſolẽt nomia diuitũ q̃ pauperꝝ ſciri: quid eſt ergo ꝙ dñs in euãgelio nomẽ paupis ⁊ nõ diuitis dicit: niſi ꝙ deus hũiles nouit atq3 approbat ⁊ ſupbos ignorat. Unde Luc. xiij. e. Neſcio vos vnde ſitis ⁊c. At ecõtra moyſi dicit: Noui te ex nomie: Exo. xxxiij. d. Item Exo. xxxv. d. Uocauit ex noĩe beſeleel ⁊c. Et. ij. Timoth. ij. c. Nouit domin⁹ qui ſunt ei⁹. Luc. x. c. Nomia veſtra ſcripta ſunt i libro vitę. Idẽ Phil. iiij. a. et Apoc. xiij. b. Et educit eas de peccato ad gratiã: de virtute in virtutẽ: de exilio in patriã. Pſ. Deduxiſti ſicut oues populũ tuũ. Itẽ Pſ. Educ de cuſtodia aiam meã: alia littera: de carcere.

Pſ. 146.
Pſ. 15.
Pſ. 48.
Pſ. 76.
Pſ. 141.

a Et cũ ꝓprias oues emiſerit/ de egypto. i. de tenebris ignorãtię ⁊ culpę/ ad lucẽ fidei ⁊ gratię. b Ante eas vadit/ in columna ignis ⁊ nubis: Exo. xiij. d. ad illuminandum cõtra ignorantiã: ⁊ refrigerandum cõtra ęſtũ peccati. Ante eas vadit/ dans exemplũ/ faciẽs qð docuit. Act. j. a. Cepit ieſus facere ⁊ docere. Uel ad regnũ ꝓcedit: Mich. ij. d. Aſcendet iter pandens ante eos. Uel/ Ante eas vadit: prim⁹ ad tormentũ/ dans exemplũ pęnitẽtię vel patientię. Unde. j. Pet. ij. d. Chriſt⁹ paſſus ẽ ꝓ nobis vobis relinquẽs exemplũ. Greg⁹. Prior bibit medic⁹ ne medicinã abhorreret ęgrot⁹. Unde. j. xix. d. primo crucẽ ſuã baiulauit: deinde alter. c Et oues illum ſequunt/ quocũq3 ierit: Apoc. xiiij. a. Et ꝑſeuerãdo vſq3 in finẽ: Matth. x. c. et. xxiiij. b. Ita et hodie ſi paſtor ꝑiret/ grex ſequeret: ⁊ ducẽ ſequeret miles: ⁊ caput mẽbra. Unde. j. Machab. v. e. Tranſfretauit iudas ꝑor ⁊ oĩs popul⁹ poſt eũ. d Quia ſciunt vocem ei⁹. Popul⁹ em̃ ſequit vocẽ ſcitã nõ auditã. Scit autẽ ꝑ viſum cũ transformat in opus. Exo. xx. c. Popul⁹ videbat voces. e Alienũ aũt nõ ſequunt: furẽ. ſ. q̃ alien⁹ ẽ a deo vita et doctrina: vt hereticus/ vel antichriſt⁹/ vel doctor malus. f Sed fugiũt ab eo: id eſt ab eius ſuaſione ⁊ imitatione. g Quia non nouerũt vocẽ alienoꝝ: noticia approbationis. Hoc ꝓuerbiũ *

Moraliter * Et itex ibi: Et cognoſco oues meas. S3 multi ſũt ſicut ſtult⁹ auriga phaetõ: de q̃ dr̃: Nec retinere valet: nec noĩa no

Ouidi⁹. li. 2. Metamorpho.

uit eq̃rũ. Sic nec ipſi niſi ſint i martyrilogio ꝓ memoratiõe alicui⁹ bñficij. S3 ſi diſpẽſator dom⁹ ſũmas rerũ tenet ſcire: quãto magis ſacerdos aiaꝝ: cũ ei dicat illud. iij. Reg. xx. g. Erit aia tua ꝓ aia illi⁹. Itẽ Prouer. xxvij. d. Diligẽter agnoſce vultũ pecoris tui: omneſq3 greges tuos cõſidera: non em̃ habebis iugiter poteſtatẽ. q. d. erit quãdo dicet tibi: Redde rationẽ villicationis tuę. Prouerb. xij. b. Nouit iuſt⁹ aias iumentoꝝ ſuoꝝ: qð nõ tm̃ dr̃ de exteriori noticia: ſed magis de interiori. i. de ꝯſciẽtia cui⁹ eſt videre. Sed multi ſacerdotes faciẽ exteriorẽ mag intuent/ cũ nihil ad eos de illa. Cõtra quos dr̃ Eccl. ix. a. Uirginẽ ne cõſpicias/ ne forte ſcãdaliçeris i decore illi⁹. Sed de interiori noticia itelligit: vt ſm qualitatẽ aioꝝ ſciat ſe ꝯformare. Alij em̃ indigent increpatiõe: alij ꝯſolatione: alij cõminatiõe ſuppliciorꝝ: alij dulcedine ꝓmiſſoꝝ. Uñ Zach. xj. d. Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti ⁊c. Ibi Glo. Perã/ baculũ/ fiſtulã/ ⁊ ſibilũ. Uaſa iſta prudẽtis ⁊ boni paſtoris ſunt. Sed tũc dicunt eſſe ſtulti: cũ q̃s dignitatẽ habet ⁊ ei⁹ officiũ nõ exercet. Uſus iſtoꝝ vaſoꝝ explanat aplus. j. Theſſal. v. c. Corripite inq̃etos/ icrepatiõe ſacrę ſcripturę: Et hoc ad perã ꝑtinet. Uñ dauid quinq3 lapides limpidiſſimos tulit de torrẽte in perã: quib⁹ goliã ꝓſtrauit. j. Reg. xvij. e. Cõſolamini puſillanimes: Hoc ꝑtinet ad ſibilum. Uñ Zach. x. c. Sibilabo eis ⁊ cõgregabo eos. Suſcipite infirmos: Ecce bacul⁹ q̃ ſenes et itinerãtes ⁊ infirmi appodiant ⁊ fulciunt. Nõ ſit ꝗ arũdine⁹: quia maledicti qui baculũ arũdineum ponũt in eccleſia dei q̃ ſuſtentare nõ poteſt: ſed manũ ꝑforat innitentis: Eſa. xxxvj. b. Hic eſt ſacerdos vel ꝓlatus carne fragilis: q2 caro eſt ⁊ non os vel ſpũs/ virtute ⁊ ſciẽtia vacuus. Manũ ꝑforat/ dũ corrũpit ſubditoꝝ opa: dũ per tales eccliaſtica dignitas diffamat. Unde Ro. ij. d. Nomen dei ꝑ vos blaſphemat inter gentes. Et ſumit hoc de Eſa. lij. b. et Ezech. xx. b. ⁊ xxxvj. c. vt dicit Glo. Patientes eſtote ad oẽs: Ecce fiſtula cui⁹ ſolatio labores releuant. Fiſtula ꝗ eſt patiẽtia vel ſpes in patiẽtia: q̃ omnes tribulatiões cum gaudio ſuſtinet: vt iſaac copulet rebecce. Uñ Ro. xij. c. Spe gaudẽtes/ in tribulatiõe patiẽtes. Hec fiſtula ſonat paſtorale carmẽ ⁊ amatoriũ. Unde Pſ. Et cantent i vijs dñi/ q̃m magna eſt gloria dei. Et alibi: In voce exultationis ⁊ cõfeſſionis/ ſonus epulãtis: qð eſt dũ vitã ęternã ꝓmittit. Per ſonũ hui⁹ fiſtulę complet illud: Ipſeq3 balantũ grex oblitus eſt eſum. Ipſa ſonuerat in aurib⁹ apľoꝝ: q̃ obliti ſunt accipere panes. i. delectatiões: vel neceſſitates etiã corporales ꝓ ęternoꝝ meditatione: Matth. xvj. a. Tertium eſt: quia oues ꝑcedit: qð tangit ibi: a Et cũ ꝓprias oues emiſerit/ ante eas vadit: qð eſt/ quãdo vita ⁊ doctrina ꝓcellit/ ſicut ⁊ dignitate. Uñ. j. Reg. x. d. Stetit ſaul in medio populi ⁊ altior fuit vniuerſo ꝑplo ab humero ⁊ ſurſum. Itẽ in eodẽ: Ecce videtis quẽ elegerit domin⁹: q̃m nõ ſit ei ſimilis i omni populo. Hinc dicit gadditis: Joſue. j. d. Uos tranſite armati ante fratres veſtros. Item Geñ. xlix. c. Gad accinct⁹ ꝓliabit ante eum. Sed heu hodie qui deberẽt ꝑcedere/ ſubſequunt/ imo ⁊ ꝓſequunt. Et ſic dicit Hiero⁹: Nihil intãtum deſtruit eccleſiã dei/ ſicut clericos laicis eſſe deteriores. Eſa. xxiiij. a. Erit ſicut populus ſic ſacerdos. Et dicit Berñ. Et vtinã ſic/ ⁊ nõ peior ꝑplo ſacerdos. Immo iã ẽ ꝓuerbiũ populi: Nõne poſſũ hoc facere cũ hoc faciat ſacerdos me⁹: Uñ Hiere. xliiij. c. Qð ſi nos ſacrificam⁹ reginę cęli ⁊ libamus ei libamina: nũquid ſine viris noſtris faciem⁹ ei placẽtas ad colendũ eam: Cęlũ ẽ eccleſia vel cler⁹: regina cęli prudẽtia carnis ⁊ mũdi ⁊ diaboli: q̃ hodie in clero/ ſicut in foro dominat. Quid ꝗ eſt reginę placẽtas libare/ niſi ꝗ carni/ mũdo/ diabolo placẽt facere: Sed mulieres. i. infirmi laici dicunt: nũquid ſine viris noſtris hec facim⁹. q. d. a ꝓlatis hmõi exẽplũ ſumim⁹: hi ſũt mercẽnarij q̃ nõ ꝑcedũt armati: nec exponũt ſe pro ouib⁹: hi ſũt ſacerdotes cõducti mercede/ falſas nuptias facientes: ſacramẽta vẽdẽtes: a faucibus lupi. i. diaboli oues nõ * extrahũt clamore

Luc. 16. a.

Pſ. 117.
Pſ. 41.

quidem ponit ad differētiam/ eam que a ſcripturis doctrinā: Nam ipſe quidem per eas eos adducebat: illi vero nō hinc eos attrahebant. Secundā ponit differentiā/ ouium obedientiam: Nam eius vocem oues audierunt: quia ei non ſolum viuenti ſed et mortuo omnes crediderunt: alios autem confeſtim reli/querunt: ſicut iudam z theodam: Actu. v. f. Tertia differentia eſt: quia illi vt tyranni omnia faciebant: iſte vero vt paſtor non tyrannus vel domi/niū querens: Unde fugit ne fieret rex. Jo. vj. b. Et iuſſit dari

B

a Hōc puerbiū dixit eis ieſus:
b Illi aūt nō cognouerūt qd lo/
c qret eis. Dixit ḡ eis iterū ieſ⁹:
d Amē amē dico vobis: qr ego
e ſum oſtiū ouiū. Omēs quot/
f g quotvenerūt/ furēs ſunt z la/
h trones: ſed nō audierunt eos
i k oues. Egō ſū oſtiū. Pēr me ſi
l m qs introierit ſaluabit: et ingre
n o diet z egrediet z paſcua inue/

cenſum ceſari: Matth. xxij. c. Et dedit ipſe: Matth. xvij. d. Quarta differentia eſt: quia ipſe p ſalute ouium venit/ vt vi/tam habeant z ſuperabundanter habeāt/ ait: illi vero z preſen/ti eos priuauerūt vita. Unde dicit poſtea: Fur non venit niſi vt mactet. Unde ipſi pdiderunt eos qui crediderunt eis z fu/gerūt: ipſe vero ita ſtetit generoſe p ſuis vt animā ſuam daret. Vñ dic: Bon⁹ paſtor aīam ſuā ponit p ouib⁹ ſuis. Item hi quidē inuiti z coacti z fugiētes paſſi ſūt q̄ paſſi ſūt: hic vero vo/luntarie z deſiderant. Et has differētias inferi⁹ dicit in textu. a Hoc puerbiū: id eſt hūc obſcurū ſermonē: vel hūc cō/munē ſmonē/ ſiue hāc metaphorā paſtoris: dixit eis ieſus. b Illi aūt/ phariſei/ nō cognouerūt qd loqueret eis. In quo oſtendūt ſe non eſſe oues. Chryſoſtom⁹. Cuius gra/tia obſcure loquit eis hoc? Solutio. Per hoc attētiores face/re volens. Vel ſm Glo. vt conuincat eos eſſe cecos qui ſe vi/dere iactabant. Jo. ix. g. c Dixit ergo eis iterum ieſus: ea que dixerat obſcure et imanifeſte/ aperiens. d Amen amen dico vobis/ quia ego ſum oſtium ouiū. Chry/ſoſtom⁹. Ne turberis ſi ſe dicit oſtium: ſed z ouem dicit ſe et paſtorem. Cum adducit nos ad patrem/ oſtium vocat: cū pro/curat/ paſtorē. Item ſupra diximus ſcripturam eſſe oſtium: hic autem dicit ſe oſtium: quia ipſe eſt in quo implete ſūt ſcriptu/re. Vel ſcriptura eſt oſtium chriſti: quia per ſcripturam quaſi per oſtium receptus eſt z introductus ad oues. Chriſtus aūt eſt oſtium ouium: quia per chriſtū habent introitum ad fidem vel eccleſiam vel patrem. Item oſtium dicit ſe: quia omnes p eum: id eſt per eius fidē z volūtatem debent intrare ad ouile ouium: id eſt ad curam animarū z ad prelationem: ſicut apo/ſtoli fecerūt. e Omnes quotquot venerunt: z non p me: f Fures ſunt z latrones: quia venerunt ad rapi/endum et occidendum. h Sed non audierunt eos oues: id eſt nō ſecuti ſunt eos. Chryſoſtom⁹. Nō de pphe/tis hoc: ſicut dicūt heretici: Illos enim audierunt et per illos crediderunt chriſto quotquot crediderunt: ſed de theoda et iuda loquit z de aliis ſeditioſis. Item chriſtus laudando di/cit hoc: Et nō audierūt eos oues. Nuſq̄ aūt videt lau/daſſe eos qui non obedierunt pphetis: ſed magis redarguiſſe. Unde patet q hoc dicit non de pphetis ſed de ſeditioſis. i Ego ſum oſtiū. Repetit qd dixerat vt addat: k Per me ſi quis introierit ſaluabit. q. d. illi furant z occidunt ſed ego ſaluo. Unde hic oſtendit differentiam ſui et illorum a fine. Ipſe enim eſt oſtium per quod intrant oues ad ſalutem tutam. Unde ſubdit: m Et ingrediet z egredietur et paſcua inueniet. Chryſ. Hoc in apoſtolis factū eſt: q cū ocio z ſecuritate introierūt z exierūt/ vt toti⁹ domini facti orbis terrarū: z nullus tionis. a Hoc puerbium dixit eis ieſus: id eſt hanc parabolam ſiue hunc obſcurum ſermonem vel cōmunem de paſtore. Et nota puerbiū eſt locutio generalis z breuis: aliud in ſentētia: aliud i ſuperficie verborū cōtinēs. Baſilius. Pro/uerbium eſt moralis eruditio z emēdatio vitiorum/ vite pro/babilis regula: hūanos actus lineas dirigens cautiore. Et po/ſtea dicit: Prouerbiorū nomen in verbis vulgaribus habere conſuetudo hominū ſolet: id eſt ea que ex traductiōe antiqui/tatis loquunt. Sed hec vulgi eſt opinio z cōmunis: nobis au/tem prouerbiū eſt ſermo vtilis habēs aliqd vtilitatis in aper/to: plurimū aūt ſenſum cōtegens in occulto. b Illi au/tem non cognouerūt quid loqueretur eis: quia ceci erant. c Dixit ergo eis iterum ieſus: quia ceci erant: exponens quod di/xerat: d Amen amē dico vobis: qr ego ſum oſtiū ouium. i. per quod intrant oues per fi/dem. ſ. vel p quod in/tratur ad oues/ ad cu/ram. ſ. ouium/ et pre/lationem. Item ad oſtiū tabernaculi offerunt hoſtie: Leuit. j. a. Ita ad chriſtū vota z orationes. Unde finiunt orationes: Per dominū no/ſtrū. e Omnes quotquot venerūt. Rñdet ad id qd poſſet ei obijci: Nōne fuerūt boni doctores/ patriarche z p/phete/ p quos multi intrauerūt: z ita fuerūt oſtiū? Et ad hoc dicit q ſi boni fuerunt ab eo habuerunt. Unde dicit: Om/nes quotquot venerunt/ preter me: id eſt preter fidem meā: f Fures ſunt/ rerum vel bonorū: g Et latro/nes: id eſt occiſores animarū z pſeudo prophete: z alij ſedu/ctores. Hiere. xiiij. c. Falſo pphete vaticinantur in nomine meo: nō miſi eos z non p̄cepi eis. Item in eodem. Uiſionem mendacem z diuinationē fraudulentam et ſeditionem cordis ſui pphetant vobis. h Sed non audierūt eos oues/ vere: id eſt non crediderunt eis veri fideles. Et nota q ex hoc textu obijciūt heretici q moyſes fuit fur z latro z pphete: z ideo nec legem nec pphetas recipiunt. Sed de iſtis non lo/quit: quia iſti venerunt per oſtium/ chriſtum. i Ego ſum oſtium. Repetit vt addat: k Per me ſi quis introi/erit/ eccleſiam: z in ea pſeuerauerit: l Saluabit/ in futu/ro. m Et/ interim/ ingrediet/ per cōtemplationē: n Et egredietur/ per bonam operationem. o Et paſcua in/ueniet/ per ſtudium z lectionem: vel audiēdo p̄dicationem. Vel/ paſcua: gratie in p̄ſenti: z glorie i futuro. Vel ſm Glo. m Et ingrediet: credendo/ operādo: n Et egrediet/ ad pugnā contra hereticos. Vel/ Ingredietur/ intus bene cogitando. Et egredietur/ extra exemplo aliorum operan/do. Vel/ Ingredietur/ in eccleſiā vt hic viuat per fidem. Unde poſt dicit: Ut vitam habeant. Et egredietur/ de iſta vita ad eternam. Unde poſt: Et abundantius vitā habe/ant. o Et paſcua inueniet: ingrediens. Pſ. In loco paſcue ibi me collocauit. Ezech. xxxiiij. d. In paſcuis vberri/mis paſcam eas: z in montibus excelſis iſrael erunt paſcua Ps. 22. earum. Fur autē extrahunt clamore p̄dicationis. Quartū eſt/ q ad pa/ſcua ducit z reducit: vnde z dicit: m Et ingredietur et egredietur z paſcua inueniet. Prodeſt enim plurimū Moraliter gregibus mutare paſcua. Ad hec ducit z reducit/ quādo ver/bo z exemplo inſtruit: vel quando diuerſa ſanctorum exem/pla quaſi diuerſa fercula pponit. Vñ petro dictū eſt. Jo. xxj. d. Paſce oues meas: id eſt maiores verbo. Itē agnos. i. infir/miores exemplo: quia pueri ſolent dicere: da exemplū: quia in eo qui habet verba ſine vita: complet illud Prouerb. xiiij. c. Ubi plurima verba/ ibi frequēter egeſtas. Verba ſūt folia: opera fruct⁹. Matth. xxj. b. Fic⁹ habuit folia z nō fructū. Et qlibet nutrit ſuo ſimili: magis aūt ſimile ē factū facto q̄ verbo: et ideo facili⁹ ad factū inuitat hō p factū q̄ p verbū. Eccl. iiij. d. In lingua ſapiētia dinoſcit z doctrina in verbo: z firmamētū in operib⁹ iuſticie. Melius etiā inuitat medic⁹ ad bibēdum amarā potionē/ cū ipſe prior bibit q̄ cū dicit/ bibe. Et vulga/riter dicit alicubi hoſpitib⁹: Bibite prius z aſſecurate hoſpi/tes veſtros. Et ad eundū melius inuitat qui dicit/ veni: q̄ qui dicit/ vade. Unde Pſ. Magnificate dominū mecum. q. d. Ps. 33. ego ſum ſocius. Apoc. j. c. Ego iohānes particeps z ſocius in tribulatione z regno. Et Exo. iij. a. dicit q moyſes mina/bat: id eſt manu

a niet. Fur nō venit niſi vt fure
b tur et mactet et perdat. Egō
c d veni vt vitā habeāt/ ⁊ abun
e f dantius habeant. Egō ſum
g paſtoꝛ bonus. Bōnus pa
h i ſtoꝛ animam ſuam dat prō
k ouibus ſuis. Mercēnarius
l autem et qui non eſt paſtoꝛ:

terrarū: ⁊ nullus eos eĳcere potuit. a Fur/aūt/non ve/nit niſi vt furet/dominatū et honoꝛem. b Et mactet/ coꝛpoꝛalit: c Et perdat/q̄ntum ad animā. Quod tūc factum eſt in iuda et theoda/omnib⁹ occiſis ⁊ perditis: Act. v.f.q.d. ipſi ſunt fures et latrones: ego ſum oſtiū: id eſt munimentū ouium. Itē ipſi furantur et occidunt et coꝛpoꝛaliter et ſpiritualiter hic et in pꝛeſenti: ego ſo ſaluo ⁊ hic ⁊ in futuro. Unde adhuc ſubdit: d Ego veni vt vitam habeant/in pꝛeſenti. e Et abundanti⁹ habeant/in futuro. Chꝛyſoſtom⁹. Dic mihi/quid eſt abūdantius vita: Si regnum celoꝝ: ſed nondum dicit hoc: immo nomen vite circūuoluit quod erat eis notū. f Ego ſum paſtoꝛ bonus ⁊c̄. Supꝛa poſuerat differentiam ſui ⁊ furis: hic ponit differentiam ſui et mercēnarij. Et ſicut pꝛimo oſtendit ſe paſtoꝛem et oſtium a fine ⁊ vtilitate ouium: ita oſtendit hic ſe paſtoꝛē a pꝛompta voluntate ſtandi pꝛo ouibus. Unde dicit: g Bon⁹ paſtoꝛ animā ſuā: id eſt vitā tempalē: h Dat/vel/ ponit: non inuitus ſed libens et ſpontaneus: i Pꝛo ouibus ſuis: paſcendis et viuificandis ⁊ eruendis a lupo. Uel aliter poteſt continuari etiam ſm Chꝛyſoſtomū. Superius ꝓmiſerat: Ut vitam habeant/et abundantius habeant: ſed quia hoc in futuro erat implendum: et ideo non credebatur ei: idcirco ponit alterum.ſ. crucem et moꝛtē ſuā: quod cito futurū erat/vt credatur vnum ab altero: id eſt vt credat datur⁹ vitā in futuro qui ſponte dabat vitā tēpoꝛalē: ⁊ pꝛ̄dicebat moꝛtē ſuam: quod non eſt puri hominis. Tertio continuat ſic. Dixerat/vt vitam habeant ⁊c̄. ſed quia vitam dedit nobis per ſuam moꝛtem: ideo ſubdit de moꝛte ſua: g Bonus paſtoꝛ animā ſuam dat pꝛo ouibus ſuis: a moꝛte liberandis. k Mercēnarius autē ⁊ qui non eſt paſtoꝛ ⁊c̄. Chꝛyſoſtom⁹. Ponēs oſtenſiones veri paſtoꝛis/duos ponit laceratoꝛes. Unum qui fur eſt: de quo iam dixit. Aliū qui mercēnari⁹ eſt: de quo modo agit. Fur rapit ⁊ mactat: mercēnarius autē nihil hoꝛum facit: ſed facientibus nō reſiſtit. Per furem iudam ⁊ theodam: ⁊ ſimiles ſeditioſos: per mercēnarium iudeoꝛum magiſtros deſignat. Ab vtriſq; ſe chꝛiſtus diſtinguit. A fure: quia venit vt vitam habeant ⁊ abundantius habeant. A mercēnario: q: oues non deſerit/ſed ꝓ eis vitam ponit. Licz enim cōſiliarent eum interficere: tamē neq; a doctrina ceſſauit: neq; eos qui credebant deſeruit/ſed ſtetit ⁊ elegit moꝛi. Pꝛopter hoc totiens repetit: Ego ſum paſtoꝛ bonus. k Mercēnarius autē ⁊ qui non eſt paſtoꝛ: licz videat/ſed idolū paſtoꝛis.

⁂ Cuius non ſunt

Alia expoſitio ⁂ eaꝛum. a Fur/autem/ non venit niſi vt furetur/alienam rem ſibi vſurpando. b Et mactet: a fide retrahendo: quia fides eſt vita. Abacuck.ij.a. Juſtus in fide ſua viuet. c Et perdat/in eterna damnatione. Hiere.l.a. Grex perditus factus eſt popul⁹ meus. Uel/ Furetur/res: Mactet coꝛpoꝛa: Perdat/animas. Et nota q̄ in iſtis locis habetur de paſtoꝛib⁹ malis/ quos vocat fures. Zach.xj.d. O paſtoꝛ ⁊ idolum ⁊c̄. Ezech.xxxiiij.per totum. Hiere.xxiij.a. Ve paſtoꝛibus iſrael qui diſpergunt. Hiere.iiij.d. Quaſi cuſtodes agroꝛum facti ſunt. Hiere.x.d. Non eſt qui extēdat vltra tentoꝛium meū ⁊ erigat pelles meas: quia ſtulte egerunt paſtoꝛes. Hiere.xij.c. Paſtoꝛes multi demoliti ſunt vineam meā. Hiere. xiij.d. Ubi grex qui datus eſt tibi ⁊c̄. Ezech. xiij.a. Non aſcendiſtis ex aduerſo neq; oppoſuiſtis ⁊c̄. Hiere.l.a. Grex perditus factus eſt populus meus: paſtoꝛes eoꝛum ſeduxerunt eos ⁊c̄. d Ego veni vt vitam habeant: in pꝛeſenti vitam gratie. e Et abundantius habeant: in futuro vitam gloꝛie. Pſ. Gratiam ⁊ gloꝛiam dabit dominus. ſ.j.b. De plenitudine eius nos omnes accepimus: ⁊ gratiam pꝛo gratia. Zach.iiij.c. Exequabit gratiam gratie

Pſ.83.

eius.j.xliij.d. Pacē relinquo vobis.i.pacis reliquias do vobis in pꝛeſenti/ pacem.ſ. pectoꝛis: pacem meam do vobis: id eſt dabo in futuro pacem eternitatis. f Ego ſum paſtoꝛ bon⁹. Sicut aperuit q̄d ſit oſtiū/ quia ipſe eſt oſtium: ita hic aperit quid diterit paſtoꝛ: quia ipſe eſt paſtoꝛ. Item pꝛius poſuit differētiam ſui et furis: hic ponit differentiam ſui ⁊ mercēnarij/ dicens: g Bonus paſtoꝛ animā ſuā ponit/vel/ dat ꝓ ouib⁹ ſuis. Chꝛyſoſtom⁹. Maneamus ſub paſtoꝛe tali/⁊ ſecuri a lupo erimus. Paſtoꝛē enim habemus ita amātem nos vt animā pꝛo nobis det. Cum igitur ⁊ potēs ſit et nos tātū diligat/quid ꝓhibet nos ſaluari: Nihil: niſi noſipſi deſtiterim⁹. Roma. viij.f. Si deus ꝓ nobis quis contra nos. Deus qui iuſtificat: quis eſt qui condemnet.j.xv.b. Maioꝛem hac dilectionē nemo habet ⁊c̄. Eſa.liij. d. Pꝛo eo q̄ tradidit in moꝛtem animā ſuam: ⁊ cum ſceleratis deputat⁹: ⁊ ipſe peccatum multoꝛum tulit. Judic.ix.b. Si recte ⁊ bene egiſtis cum hierobaal et cum domo eius et reddidiſtis vicē beneficijs eius qui pugnauit pꝛo vobis: ⁊ animam ſuam dedit periculis vt erueret vos de manu madian: hodie letemini in abimelech: ⁊ ille letetur in vobis: Sin autem peruerſe/ egrediat ignis et coꝛ et conſumat habitatoꝛes ſichem et oppidum mello. k Mercēnarius autem: qui querit que ſua ſunt. l Et qui nō eſt paſtoꝛ/licz videat. Zach.xj.d. O paſtoꝛ ⁊ idolum. Uel ita dicit: Mercēnari⁹ autē ⁊ qui nō eſt paſtoꝛ: vt per hoc ſignificet q̄ eſt quidam mercēnarius qui vere eſt paſtoꝛ. Eſt enim duplex mercēnarius. Unus bonus: qui ſeruit pꝛo mercede eterna. De quo dicit Luc.xv.d. Quanti mercēnarij in domo patris

Ego ſū paſtoꝛ bonuſ.j. Pet.ij.d. Cōuerſi eſtis nūc ad paſtoꝛem ⁊ epiſcopum animarū veſtrarum. Eſa.xl.c. Sicut paſtoꝛ gregem ſuū paſcet.j. Pet. viij.a. Cum apparuerit pꝛinceps paſtoꝛum percipietis imarceſſibilē vite eterne coronā.

Ar. ſ ponit 23.q.4.c. [illegible]

⁂ ⁂ bat: id eſt manuducebat oues ad interioꝛa deſerti. Duplex eſt deſertū. Exterius ⁊ interius: quia dupliciter deſerit peccatū: ⁊ dupliciter agit penitētia: vel ſupficialiter/q̄ntum ad verba: vel intime ⁊ veraciter/q̄ntum ad cogitata ⁊ facta. Oues ergo ad interioꝛa deſerti ducere/ eſt non ſolum verbo ſed etiā exemplo ſubditos infoꝛmare/ ⁊ in veram penitentiā coꝛdis ⁊ operis/nō ſolū oꝛis inducere. Et hoc ē qd̄ dicit: Et ingredietur ⁊ egredietur ⁊ paſcua inueniet. Ingrediunt ꝑ factū: ⁊ egrediunt per verbū: ⁊ paſcua inueniūt/tam verbi q̄ facti. Act.j.a. Cepit ieſus facere ⁊ docere. Luc.viij.c. Potens in opere ⁊ ſermone. Uel triplex eſt paſt⁹/ſm beatū Bern. Pꝛedicatiōis/ operis ⁊ oꝛatiōis. Unde petro dictū eſt ter: paſce: exemplo.ſ. cōuerſationis: verbo pꝛ̄dicationis: fructu oꝛatiōis. Quintum eſt q̄ paſtoꝛ debet animā ꝓ ouib⁹ ſuis ponere: ⁊ lupo ſe exponere ꝓ eis: qd̄ tangit ibi: g Bonus paſtoꝛ animā ſuā dat ⁊c̄. id eſt vitā tempoꝛalē ꝓ ſalute animaꝝ. Sed quomō hoc faciūt qui ꝓ lucro tempoꝛalium ponunt: ⁊ animas pꝛopꝛias ꝓ quib⁹ ſe exponūt: Debent etiā eſſe canes ad arcēdos lupos: ſed canes muti ſunt nō valētes latrare: vt dr̄ Eſa.lvj. d. Immo qd̄ peius eſt facti ſūt lupi veſpertini: qui in veſpere nō diſtinguunt a canib⁹. Uñ tempoꝛib⁹ nr̄is nō eſt diſtiguere inter lupum ⁊ canē: ⁊ ideo magis damnoſi: q: credunt eſſe canes ⁊ ſunt lupi. Ezech.xxij.f. Pꝛincipes ei⁹ in medio eius q̄ſi lupi rapiētes pꝛedā. Soph.iij.a. Judices eius lupi veſpe nō relinquebāt in mane. Abacuk.j.c. Velocioꝛes lupis veſpertinis. Et ſm Aug. dicit lupus aphꝛican⁹: q̄ ſimulat vocē canis paſtoꝛis: ⁊ ſic rapit oues. Siſr iſti habēt vocem iacob: ſed manus eſau ad rapiendū: Gen.xxvij.c. Itē ipſi deberent eſſe galline ad fouendū pullos: ⁊ ſunt vulpes. Uñ Ezech.xiij.a. Quaſi vulpes in deſerto ꝓphete tui iſrl' erāt. Thꝛen.viij.d.

⁂ Abtenebꝛati ſunt

G a Cuius non ſunt oues proprie: per curam ⁊ ſollicitudinem ⁊ amorem. b Videt lupum venientem: id eſt tyrannum vel damnũ/ vel aliquod incõmodum imminens. c Et dimittit oues. i. expoſitas malo relinquit: et fugit: Et eo fugiente/ lupus rapit et diſpergit oues. Et ſubdit rationem quare fugit/ dicens: f Mercenarius autẽ fugit/ quia mercenarius eſt: id ẽ quis querit que ſua ſunt: Phil. ij. c. g Et non pertinet ad eũ de ouibus: id eſt quia non curat de damno ouium vł morte: vel nõ

C

a cuius nõ ſunt oues proprie/ b videt lupum veniẽtẽ/ et dimittit oues/ et fugit: et lupus rapit ⁊ diſpergit oues. Mercennarius autem fugit: quia mercenarius eſt: et non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum paſtor bonus/ et cognoſco meas: et cognoſcunt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnoſco patrem: et animam meam pono pro ouibꝰ meis. Et alias oues habeo que non ſunt ex hoc ouili:

rus ⁊c. In hoc capitulo primo agitur de reſuſcitatione laçari. Secūdo de quorūdam iudeorum fide viſo miraculo: et de quorūdam aliorum machinatione in chriſtum: ibi: Multi ergo ex iudeis venerant. Tertio de ꝓphetia caiphe: ibi: Unus autem ex ipſis caiphas nomine ⁊c. Quarto de fuga chriſti ⁊ receſſu: ⁊ qualiter in hieruſalem requirebant eum ante diem feſtum: ibi: Ieſus ergo iam nō palā ambulabat ⁊c. Dic ergo: g ¶Erat autē quidā/ nobilis ⁊ magne opinionis ⁊ domus ei⁹. Et notificat eū a fama/ cū dicit: Quidā. Et a noīe/ cū dicit: Laçar⁹. Et ab infirmitate/ cum dicit: Languens: vel ſm Chryſ. infirmans. Multū enim diffundit' rumor qn̄ magni infirmantur. Et a loco/ cum dicit: A bethania. Et quia duplex fuit bethania. Una circa iordanem: de qua habetur. ſ.i.d. Alia prope hieruſalem: ideo determinando/ ſubdit: h ¶De caſtello marie et marthe ſororum eius. Et iſta erat prope hieruſalē ſtadijs quīdecim: vt dicit'.j.eodē.c. Et nota: ꝙ q2 iſte mulieres familiariores erāt chriſto/ ⁊ notiores erāt in euangelio: quia alij euangeliſte agunt de eis: ideo iohannes euangeliſta notificat hic laçarum per eas. Unde ſubdit: k ¶Maria autē erat q̄ vnxit dominū vnguento. Luc. vij.f. l ¶Et exterſit pedes ei⁹ capillis ſuis: ſicut habetur in eodem Luc. vij. Quia enī multe erant hui⁹ nominis/ ne errem⁹ ꝓ nois ſimilitudine oñdit euangeliſta q̄ ſit iſta ex notiſſima actione. ¶Cui⁹ frat' laçar⁹ A

Moraliter: g ¶Erat autē quidam languens ⁊c. Moraliter
Tres tangunt' perſone in bethania: Laçarus: martha/ ⁊ maria: que ſignificant tria genera hominū in eccleſia: Infirmos ſiue incipientes/ ꝓficientes ⁊ perfectos. Uel prelatos/ coniugatos ⁊ deo dicatos: qui ſignificant' per noe et iob et daniel: Ezech. xiiij.c. Et per petrum/ iacobum ⁊ iohannē: qui interſunt reſuſcitationi puelle: Marci.v.d. Et transfigurationi: Matth. xvij.a. Itē ſignificant' per illos qui ſūt ī agro ⁊ mola ⁊ lecto: Matth. xxiiij.d. Et nota ꝙ laçarus infirmat' ⁊ moritur: Sic prelati frequētius magis torpent in bono et moriunt' in malo. Unde loth inebriat': Geñ. xix.g. Et petr⁹ negat: Matth. xxvi.g. Et nota ꝙ ſorores eius rogant pro eo reſuſcitando/ ⁊ reſuſcitatur: Sic debēt plebes rogare ꝓ prelato ſuo. Quarū duo ſunt genera: aut virgines: aut cōiugati: vel actiui ⁊ contemplatiui: quas prelatus debet habere ꝓ ſororibus: vt ſororie et caſte eas diligāt: ⁊ ſe non extollat/ ſed quaſi coequalis ſit: ſm illud Eccl. xxxij.a. Rectorem te poſuerūt ⁊c. Uel aliter: g ¶Erat autē quidem languens/ per torporē ignauie ⁊ accidie: vt aliquis clauſtralis. De quo languore dicit' Eccl. x.b. Languor prolixior grauat medicū: id eſt priorem ſiue prelatum. Apoc. iij.c. Utinam frigidus eſſes aut calidus ⁊c. Prouerb. xviij.b. Qui mollis et diſſolutus eſt in opere ſuo/ frater eſt ſua opera diſſipantis. Laçarus quidem interpretatur adiutus domini ſiue auxiliatus a domino: Et ideo mirum eſt ꝙ clauſtrales torpent cum preſto ſit eis dominus auxiliari. Pš. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiā eum/ cū ipſo ſum in tribulatiōe ⁊c. Eſa. xlix.c. In tem- Pš.90.
pore placito audiui te.i. qn̄ intraſti religionē. Pš. Tempus Pš.68.
beneplaciti deus: Et ī dieb⁹ ſalutis auxiliat⁹ ſum tui. Unde dñs talibus cōmemorat quod pluries abrae recitat: Ego ſū Geñ.15.b.
dñs q̄ eduxi te de hur chaldeoꝝ.i. de igne ferociū.i. demonū. Uñ ſignificant' ꝑ pueros: Daniel. iij.e. h ¶A bethania: q̄ interpretat' domus obediētie: ⁊ ſignificat clauſtrum. i ¶De caſtello marie ⁊ marthe ſororum eius. In clauſtro ſunt quidam cōtemplatiui: quidam actiui. Maria enim que ſedet ad pedes domini et audit verbum eius: vt dicit' Luc. x.g. ſignificat cōtemplatiuos. Martha autem que ſatagebat circa frequēs miniſteriū/ ſignificat actiuos: qui olim conquerebant' de cōtemplatiuis. Et ſicut dicit Bern. Felix illa domus in q̄ martha cōqueritur de maria: ſed hodie fere infelices ſunt omnes: quia maria conquerit' de martha. Et nota ꝙ laçarus eſt de domo: q2 in omni domo eſt aliquis infirm⁹ ſupportand⁹ inter bonos: ⁊ iſte debet eſſe frater marie ⁊ marthe: quia boni infirmos et puſillanimes debēt diligere fraterne ⁊ ꝓ eis orare. Gal. vj.a. Si ꝓoccupat⁹ fuerit hō ī aliq̄ delicto/ vos q̄ ſpirituales eſtis ⁊c. k ¶Maria aūt erat q̄ vnxit dñm vnguento. Cōtemplatiui vngūt triplici vnguento: Cōtritiōis: deuotiōis/ ⁊ cōpaſſiōis ſiue pietatis. l ¶Et exterſit pedes eius capillis ſuis: quod eſt/ quando diuites ſua ſuperflua dant pauperibus: qui ſunt membra chriſti.

* Cuius frater laçarus

G a Cuius frater laçarus infirmabat. Maria famoſior erat: ideo ſine martha hic ponit. Et nota q̃ de iſta maria cõ/munit habet eccleſia/ q̃ ſit illa peccatrix: de qua habet Luc. vij.f. que vnxit pedes ieſu. Et de qua etiam habet Matth. xxvj.a. Et hoc vult Auguſtin⁹ ⁊ Rab. Chryſoſtom⁹ tamen ſuper hunc locum di cit: Hic quidam du/bitant qualiter chri/ſtus ſuſtinuit mulie/rem vngentẽ eum: et capillis tergentem. Igitur primũ quidẽ illud neceſſarium eſt diſcere: quoniã non hec fuit meretrix illa

mãſit in eodẽ loco: vbi nũcij eũ inuenerũt trãs iordanẽ. G. n Duob⁹ dieb⁹: nũcios interĩ remittẽs q̃ dicerẽt: Infir/mitas hec nõ eſt ad mortẽ. Sed q̃re manſit? Reſpõdet Aug⁹. Diſtulit tũc ſanare vt poſſet reſuſcitare. Chryſ. plenĩ⁹ dic: Mãſit chriſt⁹ vt expiraret interĩ laçar⁹ ⁊ ſepeliret: ne q̃s dicere poſſit: q̃m ſtu/por fuit.i. epileſia: vel q̃m diſſolutio fuit.i. palyſis: vel ſubductio fuit.i. apoplexia ⁊ nõ mors: ꝓptea tãtũ mã ſit vt dicãt q̃m fetet. G Deinde poſt

a cuius frater laçarus infirma/
b bat. Miſerunt ergo ſorores
c eius ad eum/ dicentes: Do/
mine ecce quẽ amas infirma/
d tur. Audiens autẽ ieſus dixit
e eis: Infirmitas hec nõ eſt ad
f
g mortẽ: ſed ꝓ gloria dei: vt glo/
h rificet fili⁹ dei ꝑ eam. Dilige/
i bat aũt ieſus marthã ⁊ ſororẽ
k ei⁹ mariã ⁊ laçarũ. Ut ergo audi/
l
m uit: q̃ infirmabat tũc q̃dẽ mã
n ſit i eodẽ loco duob⁹ diebus.

* a Cui⁹ frater laçarus infirma/bat/ pctõ vel corpore. b Miſerũt ergo ſorores ei⁹ ad eũ dicẽtes: Dñe/ ecce quẽ amas infirmat. Sic ⁊ boni clauſtrales ꝓ fratre q̃ eſt in accidia vel peccato debẽt mittere nũciũ ad dñm.i. deuotã orõnẽ: q̃ ſic dic Caſſiodor⁹ ſup illud Pſ. Intret in conſpectu tuo oratio mea: Magna eſt virtus pure orationis: q̃ q̃ſi quedã pſona ad deũ intrat ⁊ mandata ꝑagit quo caro ꝑuenire nequit. Eccl. xxxv.c. Oratio hũilian/tis ſe nubes penetrabit. Jaco. v.c. Infirmat q̃s i vobis in/ducat pſbyteros eccl̃ie: ⁊ orẽt ſup eũ/ vnguẽtes eũ oleo i nõie dñi: et orõ fidei ſaluabit infirmũ. Eccl. xxxviij.b. Ipſi enim dñm depcabunt vt dirigat requiẽ eoꝝ ⁊ ſanitatẽ ꝓpter cõuer/ſationẽ eorũ. Pro ſe etiã debet orare accidioſus. Vñ Jaco. v.c. Triſtat aliq̃s veſtrũ oret ęquo aĩo ⁊ pſallat. Itẽ Eccl. xxxviij.a. Filĩ in tua infirmitate ne deſpicias teipſũ: ſed ora dñm ⁊ ipſe curabit te. Et nota q̃ dicũt: Ecce quem amas ⁊c̃. Dñs enĩ etiã pctõrẽ ferentẽ diligit. Matth. ix.b. Nõ ve/ni vocare iuſtos ſ3 pctõres. Luc. xv.b. Gaudiũ eſt i cęlo ſup vno pctõre ⁊c̃. Sap. xj.d. Nihil odiſti eoꝝ q̃ feciſti ⁊c̃. Et no/ta q̃ ẽ triplex amor maxim⁹: ⁊ q̃libet eoꝝ maior eſt amor quẽ h3 de⁹ ad pctõrẽ. Eſt enĩ amor ſpõſi ad ſpõſã: ſ3 maior dei ad nos. Vñ Hiere. iij.a. Uulgo dr̃: Si dimiſerit vir ⁊c̃. tñ reuer/tere ad me dic dñs: ⁊ ego ſuſcipiã te. Eſa. xxx.c. Erũt aures tue audiẽtes ꝟbũ poſt tergũ monẽtis. Itẽ ẽ amor matr' ad filiũ: q̃ etiã maior dei ad nos pctõres. Vñ Eſa. xlix.d. Nũq̃d põt obliuiſci mater ⁊c̃. Pſ. Memor ero raab ⁊ babylonis ſciẽti/um me.i. illi q̃ me cognoſcũt hoc ſciãt. Per raab intelligunt peccãtes ex fragilitate: ꝑ babylonẽ illi q̃ ex certa malicia. Itẽ eſt amor corꝑis ad animã: quo maior ẽ amor dei ad peccato/rem. Unde Hiere. xij.b. Dedi dilectam animã meã i manus inimicoꝝ meoꝝ. Item. ĩ. x.b. Animã meã pono pro ouibus meis. Roma. v.c. Cõmendat deus ſuam charitatẽ in nobis: quia cum adhuc peccatores eſſemus pro nobis mortuus eſt. d Audiens autẽ ieſus dixit eis: Infirmitas hec nõ eſt ad mortẽ: ſed ꝓ gloria dei: vt glorificet fili⁹ dei per eam. Itẽ domin⁹ dat ſpem orãtibus ꝓ peccatori/bus: q̃ eis cooperat infirmitas in bonũ: ſicut dicit Roma. viij.c. Omnia eis cooperant in bonũ ⁊c̃. Et dicit Glo. Etiã caſus mortalis peccati. h Diligebat autẽ ieſus mar/tham: id eſt actiuos: i Et ſororem eius mariã: id eſt cõtemplatiuos: k Et laçarum: id eſt peccatores ⁊ infir/mos: ideo dominus libenter bonos exaudit pro eis rogãtes. l Ut ergo audiuit/ quia infirmabat/ tũc quidem manſit in eodem loco duob⁹ diebus: Audiuis nun/cijs: id eſt orationib⁹ non ſtatim liberat domin⁹ peccatorem vel temptatum: ſed differt quãdoq̃: vt ipſa dilatio ſtimulet peccatorem ad conuerſionem. Roma. ij.a. An ignoras: quia benignitas dei ad pęnitẽtiam te adducit? Baruch. ij.g. Po/pulus enim durę ceruicis eſt in terra captiuitatis ſuę/ redi/bunt ad cor ſuum. Pſ. Multiplicatę ſunt infirmitates eorũ. Item quia gratior eſt ſanitas poſt longam infirmitatem. Pſ. Statuit procellas eius in auram: et ſiluerunt fluctus eius: id eſt temptationes: et letati ſunt: quia ſiluerunt. Item vt homo alias ſit cautior contra caſum: quia facilitas venię incentiuum eſt delinquẽdi. Eſa. xxvj.b. Miſereamur impio et non diſcet facere iuſticiam. Item in eodem.c. Induſiſti domine genti/ induliſti genti: Nunquid glorificatus es?
* Deinde poſt hec

que in Matth. xxvj. neq̃ illa que in Luca. vij. Etiam ille qui/dem meretrices fuerunt mulieres ⁊ multis plenę malis: hec autem honeſta ⁊ ſtudioſa: Etenim ⁊ circa ſuſceptionẽ ſtuduit chriſti. Igitur quoniã quidem non fuit hec illa manifeſtũ eſt: ſed cuius gratia aut quis illam que Matth. xxvj. vel Luc. vij. ſuſcepit chriſtus vt vngeret ſe: vt ſoluat maliciam eius: vt oſtendat miſericordiã ſuam: vt diſcas quoniã non eſt egri/tudo vincens eius bonitatem. Hieronym⁹ ſuꝑ Matth. xxvj. dicit: Nemo putet eandem eſſe que ſuper caput effudit vn/guentum: Matth. xxvj. et que ſuper pedes: Luc. vij. Illa enim ⁊ lachrymis lauit ⁊ crine tergit: ⁊ manifeſte meretrix ap/pellat: de hac autem nihil tale ſcriptum eſt. b Miſerũt ergo ſorores eius ad eum: vt ſe a dolore liberarent ⁊ fra/trem ab ęgritudine. Sed Chryſ. querit: cur non ipſe relicto fratre venerunt ſicut centurio: Matth. viij.a. et regulus. ĩ. iiij.g. ſed mittunt? Reſpõdemus: quia confidebant vehemẽ/ter de chriſto: ⁊ multã ad eum familiaritatem habebãt. Item quia mulieres erant infirme ⁊ a luctu detinebant. Or enim ex contemptu hoc nõ fecerunt/ poſtea oſtenderũt. Tertia ra/tio eſt: quia nõ debent mulieres diſcurrere neq̃ vagari. Sed quo miſerũt? Auguſtin⁹ dicit q̃ trans iordanem in locum vbi fuerat: ſicut dicit ſupra ꝓximo capitulo. c Dicẽtes: Do/mine/ ecce quem amas infirmatur. Auguſtin⁹. Non dixerũt/ veni. Amãti enĩ tantũmodo nũciandũ fuit: Nõ auſę ſunt dicere/ veni ⁊ ſana/ ſicut ⁊ regul⁹: nec auſę ſunt dicere/ ibi iube/ ⁊ hic fiet/ ſicut centurio: Matth. viij. cu⁹ fides cõmẽ/dat. Nihil hoꝝ iſtę dixerũt/ ſed tãtũmodo: Dñe/ ecce quẽ amas infirmat: ſufficit vt noueris: nõ enĩ amas ⁊ deſeris. Chryſ. Nõ dixerũt: Ecce laçarus infirmat: ſed/ ecce quẽ amas infirmat: in ꝓpitiationẽ volẽtes attrahere chriſtũ ꝑ hec verba. Adhuc enĩ ei vt homini attẽdebãt: Qđ patet ex h q̃ dicũt. ĩ. eodẽ: Dñe ſi fuiſſes hic ⁊c̃. d Audiens autẽ ieſus dixit eis.i. mãdauit eis ꝑ nũcios. Uel/ eis.i. nũcijs. e Infirmitas ⁊c̃. Chryſ. Quia debebat illic duob⁹ dieb⁹ manere: interĩ nũcios remiſit hec annũciãtes: Infirmitas hec nõ eſt ad mortẽ: ita.ſ. vt remaneat in morte: f Sed ꝓ gloria dei.i. ipſi⁹ chriſti vt manifeſtet eſſe de⁹. Unde ſe/quit: g Ut glorificet fili⁹ dei ꝑ eã/ infirmitatẽ vel mor/tẽ a qua ſuſcitauit eũ. Glo. Augſ. Dei. Cui⁹ dei? Ut.ſ. glori/ficet fili⁹ dei. Ecce ſe deũ dicit: cõtra illos qui dicunt filiũ dei nõ eſſe deum. Chryſ. Iſtud/ vt/ non eſt cauſale/ ſed euẽtus: nã euenit quidẽ aliunde infirmitas. Uſus eſt autẽ ea in gloriã dei. Chryſ. Unã gloriã dicit ei⁹ ⁊ patris. Dicẽs enim/ dei: ⁊ patris induxit vt glorificet fili⁹ dei. In hoc aũt admirandę ſũt ſorores eius/ q̃m audiẽtes q̃ nõ eſt ad mortẽ: ⁊ vidẽtes eũ mortuũ nõ ſcãdaliçatę ſunt in cõtrariũ re facta: ſed acceſſerũt ad dñm: ⁊ nõ ęſtimauerũt eũ eẽ mẽtitũ. h Diligebat aũt ieſus marthã ⁊ ſororẽ eius mariã: quas tamẽ permiſit triſtari. k Et laçarũ: quẽ voluit infirmari ⁊ mori. Chryſ. Hoc dicit euãgeliſta/ erudiens nos nõ triſtari ſi qua infirmi/tas facta fuerit circa ſtudioſos viros ⁊ deo amicoſ. Multi enĩ cũ viderint aliquos ex his q̃ deo placẽt pati aduerſa: vt infir/mitatẽ vel inopiã vel aliq̃d tale/ ſcandaliçant: neſciẽtes q̃ eorũ qui deo maxime ſunt amici eſt hoc.i. pati: q̃ ⁊ laçarus ex ami/cis erat et infirmat⁹ eſt. Vñ. ĩ. Ecce quẽ amas infirmat. l Ut ergo audiuit/ a nũcijs: m Q: infirmabat/ tũc q̃dẽ

2. Timoth. 3.c. Oẽs q̃ volunt pie viuere ⁊c̃. Et Tob. 12.c. Et q̃m accept⁹ eras deo ⁊c̃.

Bl. t. mo

Doctor

Pſ. 17.

Triplex amor

Pſ. 86.

Pſ. 15.

Pſ. 106.

F a Deinde poſt hec: id eſt poſt duos dies. b Dicit
diſcipulis ſuis: eamus i iudeam iterũ. Eos inuitat ad
eundum: quia timidi erant diſcipuli: quia eum ibi pauloante
lapidauerunt. c Dicunt ei diſcipuli: rabbi nũc: id ē
pauloante: d Querebant te iudei lapidare: τ iterũ
vadis illuc? Sic
loquunt̃ ac ſi pro ip-
ſo formidarent: tota
autem formido erat
et pro ſeipſis: nõdũ
enim erant firmati.
e Reſpondit ie-
ſus: confortãs eos
B et audaces conſtitue
re volens. f Nõ-
ne duodecim ſũt
hore diei? Qð ſic
exponit̃ ſm Aug.
quia ſe diẽ dicit/ il-
los autẽ horas diei

a Deinde poſt hec dicit diſci-
b pulis ſuis: Eamus in iudeã
c iterum. Dicunt ei diſcipuli:
d Rabbi nunc querebant te iu-
dei lapidare: τ iterum vadis
f illuc? Reſpondit ieſus: Non-
ne duodecim ſunt hore diei?
g Si quis ambulauerit i die nõ
h offendit: quia lucem hui9 mũ
k di videt. Si autem ambula-

que diem ſequunt̃/ nõ illas dies. q. d. dies continet horas/ nõ
hore diem: ita τ vos non mihi detis conſilium/ ſed me ſeqmi-
ni τ in me ambulate τ non offendetis. Vel alit̃. Nõne duo-
decim ſunt hore diei/ artificialis in equinoctio? q. d. va-
rie τ mutabiles ſũt hore diei: ſic τ affectus hominũ: et etiã ſe-
pius in die mutatur cor hominis ꝙ̃ hore: ſic et iudei poſſunt
eſſe mutati a voluntate me lapidandi: et ſicut poſſum tempo-
ra mutare: ita τ iudeorum corda. Eamus ergo ſecuri: Quia
g Si qs ambulauerit in die: id eſt i pace ſic ego τ vos:
h Non offendit/ aliquem: et ideo ſecuri ſumus. Chryſ.
legit ſic. f Nonne duodecim ſunt hore diei/ ad litte-
ram: et i illis ſecure vadũt homines τ ſine offenſa/ ad litterã.
Lux eñ illuminat τ ſecuros reddit. g Si quis ambu-
lauerit in die/ ad litteram: nõ offendit. Dies eni pellit
tenebras τ latrones. Et hoc ē: i Quia lucem hui9 mũ-
di videt. Per qð vult ſignificare: ꝙ eodẽ modo qui nihil ſi-
bi ꝑpſi cõſcius nequitie/ ſed ambulat in luce conſcientie bone:
nihil patiet̃ verſutum. k Si autẽ ambulauerit in no-
cte offendit: quia lux nõ eſt in eo: id eſt ſi male egerit:
mala patietur. q. d. non oportet nos formidare: nihil eni geſſi-
mus dignum morte. Secundo exponit Chryſ. ſic: g Si
quis ambulauerit τc. q. d. ſi ille qui lucem huius mundi
videt/ in cautela ē τ ſecure incedit: multo magis q̃ mecũ ē/ niſi
forte ſe ſubtraxerit. n Hec ait/ ad ſecurãdũ eos: o Et
poſt hec dicit eis: vt oſtẽdat cauſã neceſſariã ſui aduent9.
p Laçar9 amic9 noſter dormit/ ſed vado vt a ſom-
no excitem eum. In quo etiam confortat eos: quia nõ in
hieroſolymam ſed in bethaniam ſignificat ſe iturum. q. d. nõ
vado rurſus in hieruſalem diſputatur9 contra iudeos: ſed in
bethaniam amicum excitaturus: et ideo non eſt timendum
vobis. Mortẽ autem laçari vocat ſomnũ: ſicut Matth. ix. c.
Non eſt mortua puella ſed dormit. Mortuus eni erat homi-
nibus: ſed ſibi dormiebat. Simile. j. Theſſal. iiij. c. Nolum9
vos ignorare de dormiẽtib9. r Dixerũt ergo diſcipu-
li eius: ad id vt intellexerunt reſpondentes: s Dñe ſi
dormit ſaluus erit. Aug9. Qz ſolet ſomn9 eſſe egrotantiũ
ſalutis indicium. Chryſ. Hoc dixerunt volentes eum detine-
re ne iret illuc: q̃ſi ſi dormit nõ oportet ire. t Dixerat aũt
ieſus de morte eius: illi aũt putauerũt quia de dor-
mitione ſomni diceret. Chryſ. Sed vnde putauerũt diſ-
cipuli ꝙ de ſomno diceret? Ab eo ꝙ dixit: vado vt excitẽ eũ.
Etenim amentie. i. ſtulticie erat/ ſi putabãt ſtadia q̃ndecim eũ
F ire vt excitaret illum.
Aliter * a Deinde poſt hec dicit diſcipulis ſuiſ: eam9
in iudeam iterum. In quo cõmendatur frequentia confeſ-
Ps. 74. ſionis. Unde Ps. Confitebimur tibi deus ꝯfitebimur. Bis
dicit: quia ſepe eundum eſt ad confeſſionem. Unde τ ad hoc
monet hic dñs diſcipulos/ nec debẽt timere: qz dñs9 ſemꝑ
ſocius eſt eorum in via. c Dicunt ei diſcipuli: rabbi
nunc querebant te iudei lapidare τ iterum vadis

illuc? Ita multi ſunt qui timent ire ad ꝯfeſſionẽ propt̃ diſla-
pidationẽ iudeorũ: id eſt adulatorꝫ vel detractorꝫ: qui adulan-
do vel detrahẽdo bonos impugnãt. e Reſpõdit ieſuſ:
nõne duodecim ſũt hore diei: ſi qs ambulauerit in
die: id eſt in me ſiue mecũ: h Nõ offendit. q. d. non ti-
meatis alios: qz ego
vobiſcum ſum. i

l uerit in nocte/ offendit: quia
n lux non eſt in eo. Hec ait/ et
p poſt hec dicit eis: Laçarus
q amicus noſter dormit: ſed va
do vt a ſomno excitem eum.
r Dixerũt ergo diſcipuli eius:
s Domine ſi dormit ſalu9 erit.
t Dixerat autem ieſus de mor-
te eius: illi autem putauerunt
quia de dormitione ſomni di-

Quia lucẽ huiuſ
mũdi videt. s. viij
b. Ego ſũ lux mũdi
τc. Chriſt9 ē dies vel
lux: de qua dr̃ i Ps
Hec dies quã fecit †Ps. 117.
dñs. Ante aduentũ
eni eius erãt tenebre
in mũdo. Uñ in nati
uitate ei9 cantat̃: Di
es ſanctificat9 illuxit
nobis. Et ſolet que-
ri: q̃re ḡ i natiuitate
nõ cantat̃: Hec dies quã fecit dñs: ſed in reſurrectione? Sol.
qz in natiuitate illuxit/ q̃ſi aurora: ſed in reſurrectiõe q̃ſi mag-
na dies τ ꝑclara. De hac dicit̃ Iohel. vlt. d. In die illa ſtilla-
bunt montes dulcedinẽ. Duodecim hore: ſũt duodecim apo
ſtoli quos illumiauit: et ꝑ quos etiam mũdũ illuminauit. Hi
ſunt duodecim fõtes helim. Exo. xv. d. De qbus Eſa. xij. b.
Haurietis aquas in gaudio de fõtib9 ſaluatoris. Hi ſũt duo-
decim boues. iij. Reg. vij. d. deferẽtes mare. i. baptiſmũ: in
quo oportet lauari eos qui volũt itrare eccleſiã. Hi ſũt duo-
decim porte ciuitatis de ſingulis margaritis: Apoc. xxj. f.
Per doctrinam eni apoſtolorꝫ τ exemplũ lucidum vite eorũ
ingredimur paradiſũ. k Si aũt ambulauerit. i. vixerit
vl' operat9 fuerit: l In nocte: in tenebris ignorantie vel
peccatorꝫ/ m Offendit: quia lux nõ eſt in eo. i. ego
vl' gratia mea. Ps. Uia illorum tenebre τ lubricum. Et alibi. Ps. 34.
Neſcierũt neq3 intellexerũt: in tenebris anbulãt. j. xij. f. Qui Ps. 81.
ambulat in tenebris neſcit quo vadat. Prouerb. iiij. c. Uia
impiorũ tenebroſa. n Hec ait τ poſt hec dicit: laça-
rus amic9 noſter dormit. Ita ꝯquerit̃ dñs de pctõrib9:
qz dormiũt ſomno peccati vel torporis: vocat eni eos nec au
diũt. Eph. v. d. Exurge qui dormis. Prouerb. vj. b. Uſq3 q̃
piger dormis. Dormiẽs ſibi fingit multa mirabilia: diuitias
ptãtes τ honores: ſed oĩa ſomnia ſunt: ita pctõr. Unde Ps. Ps. 75.
Dormierũt ſomnũ ſuũ τ nihil inuenerũt τc. q Sed va-
do vt a ſomno excitẽ eũ. In h potest ꝑcipi qui verũ ami
cum habẽt/ ſi eos a pctis excitet i qbus dormiũt cũ diabolo. Multiplicit̃ ex-
Unde τ chriſt9 venit excitare amicũ ſuũ laçarum. Et nota ꝙ citatur peccator
multiplicit̃ excitat̃ pctõr a ſomno peccati. Qñq3 ad ſtrepitũ a ſomno peccati
. i. turbationẽ τ tribulationẽ mũdi. Ps. Turbati ſunt τ moti Ps. 106.
ſunt ſicut ebri9. Itẽ clamore. i. exhortatiõe τ ꝑdicatiõe. Eſa.
lviij. a. Clama ne ceſſes. Sic dauid excitauit ſaul. j. Reg.
xxvj. c. clamãs abner: Nunqd nõ vir tu es? τ qs alius ſimilis
in iſrael? quare ergo nõ cuſtodiſti dñm tuũ regẽ? Clamor eſt
ꝑdicatio que debet fieri ad abner/ qui interꝑtat̃ pater lucerne
. i. ad rationẽ: que debet redargui qz non cuſtodit dñm ſuũ: id
eſt ſpiritũ. Tertio excitat̃ in pulſu flagellorum vl' punctione.
Act. xij. a. Percuſſoq3 latere petri excitauit eum. Ps. Con Ps. 31.
uerſus ſũ in erũna mea dũ configit̃ ſpina. Sz mlti ſũt lethar-
gici: de qbus dicit̃ Prouerb. xxiij. d. Et eris ſicut dormiẽs i
medio mari/ τ q̃ſi ſopitus gubernator amiſſo clauo/ et dices:
verberauerũt me τ nõ dolui: traxerũt me τ ego nõ ſenſi. Ta-
les ſomnũ morti ſociant. i. pctm̃ vſq3 ad ſupplicium ꝯtinuant.
r Dixerũt ḡ diſcipuli ei9: dñe ſi dormit ſalu9 erit.
Sicut dicũt qdã de magnatib9 q̃n dormiũt in pctis: Nolite
ita dure increpare dñm meũ de ꝑbendis ſuis: qz ſi dormit ſal
uus erit. i. ex quo quieſcit in h: nec malã ꝯſciẽtiam habet/ non
erit ei ad dãnationẽ. Tales ſignificant̃ ꝑ abner/ q̃ dicit ad da-
uid. j. Reg. xxvj. c. Quis es tu q̃ clamaſ τ inqetas dñm meũ
regẽ? Dicũt eñ: Mlti fuerũt apud dñm meũ/ q̃ nõ imputabãt
ei h ad peccatũ. Tales ſũt ſerui diaboli: cuſtodientes ne qs eũ

FF * excitet dormiẽtẽ

ire vt excitaret illū. Utiq; vt itaq; dicem⁹ q̄ ēſtimabāt hēc ni gna eſſe/q̄lia multa loquebat̄. a Tūc ḡ dixit eis ieſus manifeſte: laçar⁹ mortu⁹ ē. Et dixerat obſcure: vado vt excitē eū ꝓpt̄ docēdā humilitatē. Noluit enī ſe laudare aperte quaſi de potētia reſuſcitādi. Sed q̄ illi rudes ⁊ tardi erāt: nūc aperte dicit: b Mortu⁹ ē/⁊ gaudeo/ de morte ei⁹: c Propt̄ vos. i. ꝓpt̄ vtilitatē vr̄am. d Ut. ſ. credatis: amplius et robuſtius me eſſe deū quē nihil latet. Credatis dico ꝓpter hoc vel occaſione hui⁹: e Qm̄ nō erā ibi: ⁊ tn̄ ſcio ⁊ p̄dico qm̄ mortu⁹ eſt: et ita ꝑ hoc poteſtis credere me eſſe deū: q̄ abſens p̄dixi eius mortē.

a ceret. Tūc ergo dixit eis ie-
b ſus manifeſte: Laçarus mor-
c tuus eſt/ ⁊ gaudeo propt̄ vos
d e vt credatis quoniam non erā
f ibi: Sed eamus ad eum. Di-
g xit ergo thomas qui dicit̄ di-
h i dym⁹ ad cōdiſcipulos: Eam⁹
k et nos vt moriamur cū eo. Ue-
nit itaq; ieſus/ ⁊ inuenit eum
quattuor dies iam in monu-
l mento habentem. Erāt aūt
bethania iuxta hieroſolymā
m q̄ſi ſtadijs quindecim. Mul-
ti autem ex iudeis venerant
ad martham et mariam/ vt cō-
ſolarentur eas de fratre ſuo.

f Sed eam⁹ ad eū: q̄ modo tp̄s eſt/ vt videatis miraculū per qđ firmi⁹ credatis. g Dixit ḡ thomas q̄ dr̄ didym⁹. i. gemin⁹. h Ad cōdiſcipulos: eamus ⁊ nos vt moriamur cū eo. Glo. Ecce ver⁹ amantiū affectus/ vel cum eo vincere/ vel cū eo mori. Chryſ. tamē dicit q̄ iſte thomas infirmior erat cēteris ⁊ īfidelior. Formidabant quidem omnes iudeorum inſultum/ magis autē thomas: idcirco ⁊ dicebat: i Eamus ⁊ nos vt moriamur cum eo. Quidam quidem aiunt: quoniā cupiebat ⁊ ipſe mori. Nō eſt aūt verum: Formidinis enī fuit verbum hoc. Sʒ nō increpat⁹ eſt: ſupportabat enī adhuc chriſtus eius infirmitatem: poſtea vero omnibus fortior fact⁹ eſt ⁊ irreprehenſibilior et calidior. Tanta eſt virtus chriſti: Qui enī cū chriſto in bethaniā nō audebat abire ſolus: poſtea totū orbē percurrit ⁊ ī medijs plebibus occiſionē meditantib⁹ voluebat̄. k Uenit ⁊c̄. Chryſ. Uenit: non per ſe/ vltro iuit: vt nō quis ſuſpicetur qđ factū eſſet: et neq; ipſe acceſſerūt que diligebant̄/ ſed alij mittuntur ad vocandum eum. Uenit itaq; ieſus ⁊ inuenit eum quattuor dies iam in monumēto habētem. Illa enim die qua nuncius venerat ad chriſtū mortuus fuit: poſtea vero ꝑ duos dies mānſit/ ⁊ ī quarta die venit. Una aūt die potuit venire ī bethaniā: q̄ parꝝ diſtat a hierl̄m. Uñ ſubdit: l Erat aūt bethania iuxta hieroſolymā q̄ſi ſtadijs quindecim: q̄ ſunt duo miliaria min⁹ vno ſtadio. Chryſ. Hic oſtenditur qm̄ multos a hieroſolymis congruū erat adeſſe ibi. Uñ confeſtim ſubdit euangeliſta m Multi autem ex iudeis/ hieroſolymitanis/ venerāt ad martham et mariam vt conſolarent̄ eas de fratre ſuo. Hoc dicit euangeliſta/ credere faciens quoniam laçarus erat mortuus: cuius mortis teſtes fuerunt tot iudei qui aderant. Sed queritur: quomodo cōſolabantur iudei dilectas a chriſto/ et nimirum conſpirauerāt vt extra ſynagogā fierent confitentes eum? Reſpondem⁹: aut propter neceſſitatem charitatis/ aut propter nobilitatem earum reuerentes: aut quia non mali erant iudei qui aderant: multi enim ex ipſis credebant.

Martha ergo vt

Moraliter * excitet dormientem in cordibus talium. Job. xl. c. Sub vmbra dormit in ſecreto calami. Sed econtra boni excitant eū. Unde Job. iij. b. Qui parati ſūt ſuſcitare leuiathan. Sequit̄: a Tūc ḡ dixit eis ieſus: laçar⁹ mortu⁹ ē. Sic debet dici aperte magno peccatum ſuum. Sequit̄: i Eamus ⁊ nos vt moriamur cū eo. Pauci hoc dicunt: ſed tn̄ paulus hoc dicit. ij. Cor. xj. g. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor? quis ſcandaliçat̄ ⁊ ego non vror? Item petrus dicit/ Luc. xxij. d. Dñe tecum paratus ſum ⁊ in carcerem ⁊ in mortem ire. Apoc. j. c. Socius in tribulatiōe ⁊ regno. ij. Timoth. ij. c. Si cōmortui fuerimus ⁊ conuiuemus. Sed multi ſunt ſicut filij çebedei: qui volunt honorem ⁊ nō dolorem. k Uenit itaq; ieſus ⁊ inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem. Quattuor dies mortis ſunt quattuor grates: in quibus peccāt etiam in decrepita ęta-

te. Unde Eſa. xlvj. b. Uſq; ad ſenectam ego ipſe ⁊ vſq; ad canos ego portabo. Uel quattuor dies: peccatū cordis/ oris/ operis/ ⁊ conſuetudinis. Uel quattuor dies ſunt ſm̄ Glo. contractio peccati originalis. Omnes enī naſcunt̄ filij ire: Eph. ij. a. Tranſgreſſio legis naturalis/ moſaice et euangelice. l Erat autē bethania iuxta hieroſolymam quaſi ſtadijs q̄ndecim. Per hoc ſignificatur/ q̄ obediētia eſt prope pacē: Soli enī obedientes habent pacem pectoris et expectant pacem eternitatis. Uel per hoc ſignificat̄ q̄ clauſtralis vita propinqua eſt et ſimilis cęleſti ⁊ angelicę vitę: ſicut dicit Hiero⁹: In carne pręter carnem viuere/ angelicę vitę potius eſt q̄ⁿ humanę. Quindecim autem gradus per quos itur de bethania ad hieruſalem: id eſt de mundo vel clauſtro ad cęlum: ſunt q̄ndecim virtutes: quę per quindecim pſalmos graduum deſignantur: Uidelicet ſeptem donis: de quibus habetur Eſa. xj. a. Requieſcet ſuper eum ſpiritus dñi: ſpiritus ſapientię ⁊ intellectus ⁊c̄. Et quattuor cardinalib⁹: de quib⁹ habet̄ Sap. viij. b. Sobrietatem ⁊ prudentiam docet ⁊ iuſticiā ⁊ virtutē. Deinde tribus theologicis: Fide/ ſpe/ et charitate: de q̄bus habet̄. j. Cor. xiij. d. Et ita habem⁹ quattuordecim v̄tutes: Et q̄ndecima eſt humilitas: quę eſt caput ⁊ cuſtos omniū: vt dicit Amb. ſuper Pſ̄. Et Greg⁹ ſuper. j. Reg. xv. Qui ſine humilitate virtutes congregat: quaſi puluerem in ventum portat. Uel quindecim ſtadia ſunt veteris ⁊ noui teſtamenti obſeruantia. Eccſ. xj. a. Da partes ſeptem necnon et octo. Uel q̄ndecim ſtadia: ſeptem opera miſericordię/ quātū ad actiuam: et octo opera ſpiritualia quantum ad contemplatiuā: quoꝝ quattuor pertinent ad intellectum. ſ. cognitio/ meditatio/ contemplatio/ reuelatio: et quattuor ad affectum. ſ. mentalis oratio/ laudatio/ contritio/ delectatio ſiue guſtatio quę paucis conceditur. De qua dicit Pſ̄. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. Ps. 33. m Multi autem ex iudeis venerāt ad martham ⁊ mariam vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Per martham ⁊ mariam ſignificant̄ boni actiui et contemplatiui: qui lugent de morte peccātium: ⁊ nolunt conſolari niſi reſurgant et habeant ſignum Tau in frontibus: Ezech. ix. b. De his dicitur Hiere. xxxj. c. Uox in rama audita eſt/ plorat⁹ ⁊ vlulatus multus ⁊c̄. Oſee. xiij. d. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis. Hiere. ix. a. Quis dabit capiti meo aquā ⁊c̄. Judei qui volunt eas cōſolari ſūt adulatores: qui cōſolatiōes vanas ꝓponunt iuſtis. Ul' alit̄. Aliter Per martham et mariam ſignificant̄ duo quę ſunt in anima etiam peccatoris. Martha/ interp̄tat̄ dominās: ⁊ ſignificat animoſitatem ſiue generoſitatē animę/ qua dedignat̄ quaſi naturaliter eſſe ſub ſeruitute diaboli ⁊ vilitate peccati. Maria ſtella maris: et ſignificat rationē ſiue ſyndereſim remurmurantē contra peccatum: ad quam recurrēs anima ſcit vtrum errauerit: ſicut nautę per ſtellam. Hęc rogat deū. Unde Roma. viij. c. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Per iſtos iudęos ſignificant̄ adulatores ⁊ conſolatores mundi/ et quędam vanę cogitatiōes. Quādo enim plangit ⁊ dicit generoſitas: Tu facta es ad imaginem dei: tu habes hęreditatem cęli. Conſcientia etiam dicit: Tu offendiſti deum: tu meruiſti pęnam inferni/ et huiuſmodi: Tunc econtra dicūt vanę cogitatiōes: Non oportet ita terreri: quia multi maiores peccatores q̄ⁿ tu fuerūt: ⁊ ita eneruant̄ cōminationes dei ⁊ leniunt̄ timores cordis. Sed Geñ. xxxvij. g. dicitur: Congregat̄ autem cūctis liberis ei⁹ vt lenirēt dolorem patris/ noluit ꝯſolationē accipe. Tales ſignificant̄ ꝑ cōſolatores iob: de q̄b⁹ habet̄ Job. ij. d. Ipſe tn̄ dixit: Hęc ſit ꝯſolatio mea: vt affligēs me dolore ñ parcat: Job. vj. b. Pſ̄. Renuit ꝯſolari aīa mea. Ps. 76.

* Martha ḡ vt audiuit

F a Martha ergo vt audiuit qꝛ ieſus venit/occur/
rit illi. Sed cur non aſſumit ſecū ſororem ad obuiationē chri
ſti vadens: Reſpondem⁹. Uult. ſ. ſine turba: qd̄ non poſſet ſi
ſororem duxiſſet/ que i domo tenuit turbā: ſingulariꝫ chriſto
loqui: et qd̄ factū eſt annūciare: quādo vero i ſpem bonā eam
duxit dicendo: Re/
ſurget fraꝫ tuus: tūc
abijt ꝛ vocat mariā.
b Maria autem
domi ſedebat.
Chryſ. Non qꝛ pi/
grior eſſet vel mar/
tha callidior ea: ſꝫ nō
audierat maria chri
ſtū aduenire. Qꝛ eni
infirmior eſſet mar/
tha/ patet: quia poſt
tot audita dicit: Do
mine iam fetet. Ma
ria aūt nihil tale locuta ē/ ſed credidit. Hec ē maria: de q̄ dicit
Lucas. x. g. Maria optimā partē elegit ꝛc. d Dixit ergo
martha ad ieſū: dn̄e ſi fuiſſes hic/ fraꝫ me⁹ nō fuiſſet
mortu⁹. Idē dicit maria. j. eodē. Chryſ. Uide quāta phi/
loſophia mulierum/ q̄uis infirma adhuc ſit mēs earū: Nos
eni i luctu cū aliquos notos viderim⁹/ clamam⁹/ ploram⁹/ in/
cidim⁹: ſed nō iſte mulieres ita/ ſed ꝯfeſtim magiſtrū admirā/
tur. Et nota ꝙ iſte credebāt in chriſtum/ ſed nō vt oportebat.
Nondū eni cognoſcebāt ꝙ eſſet deus: qd̄ patet/ cum dicunt:
Si fuiſſes hic ꝛc. Nec ꝙ ꝓpria virtute ꝛ auctoritate face/
ret ſigna q̄ faciebat: qd̄ patet ibi: Sed ꝛ nūc ſcio: qꝛ que/
cūqꝫ popoſceris a deo dabit tibi de⁹: vt de ſtuoſo em
quodā homie ꝛ approbato loquunꝫ/ ꝙ orone poſſit obtinere
ſuſcitationē fratris. Chriſt⁹ aūt vtrunqꝫ eas docet. ſ. ꝙ tanq̄
deus ſit vbiqꝫ/ et ꝙ ꝓpria ꝟtute oīa faciat. Un̄ ſequiꝫ: k Di
cit illi ieſus: reſurget fraꝫ tu⁹. Illud euertit qd̄ dixerat:
Quecūqꝫ popoſceris ꝛc. Nō eni dic̄ petā: ſꝫ/ reſurget
fraꝫ tu⁹. Nec dicit ei in p̄ma frōte/ o mulier adhuc deorſū vi
des/ nō indigeo adiutorio alio/ a meipſo oīa facio: nō ita ex/
preſſe dic̄/ ne obſtaret illi adhuc hominē tm̄ credēti/ ſꝫ mediū
ſermonē facit: Primo. ſ. nec nimis altū/ vel nec nimis humi
lem: hoc. ſ. Reſurget frater tu⁹. Poſtea ſo apert⁹ ſuā
deitatē ꝛ auctoritatē inſinuat cū dic̄: Ego ſū reſurrectio ꝛ
vita ꝛc. Et nota ꝙ ābigue dixit: reſurget: n̄ eni determina/
uit qn̄. Et iō reſpondēs/ l Dicit ei martha: ſcio qꝛ re
ſurget i reſurrectiōe/ q̄ erit/ i nouiſſimo die. q. d. de illa
certa ſū: ſed de hac de q̄ peto incerta. Chryſ. Un̄ nouerat re/
ſurrectionē mulier: Reſpondem⁹: audierat de h̄ chriſtum lo/
quentem/ vel prophetas audierat et opinioni eorum adhe/
rat. m Dicit ei ieſus: ego ſum reſurrectio ꝛ vita.
Per hoc manifeſtius oſtendit ſuam auctoritatē: et ꝙ non in/
diget alio adiutorio ad ſuſcitandū: quia ipſe vita. Dicit ergo:
n Ego ſū reſurrectio: id eſt cauſa reſurrectiōis. q. d. poſ/
ſum eum reſuſcitare ſine adiutorio. p Et: id ē qꝛ q Ui/
ta/ ſum oīa viuificās. Hoc autem non ita expreſſe dixit/ ſꝫ in/
ſinuauit his verbis. Uel/ n Ego ſū reſurrectio. i. cau/
ſa reſurrectiōis omniū. p Et vita/ bonoꝝ. Uel/ o Re
ſurrectio: qꝛ reddo eſſe. p Et vita: qꝛ ꝯſeruo i eſſe. Uel/
o Reſurrectio/ corpoꝝ. p Et vita/ aīarū. Et eſt argu
mentū ꝙ reſurrectio nō erit oīno naturalis/ nec pure opus na
ture/ ſed diuine potētie. Et ſubdit quomodo eſt vita anima/
rum dicens: r Qui credit in me/ vitam. s Etiam ſi
mortu⁹ fuerit/ vt modo eſt laçarus: t Uiuet: vt viuit
abraam/ iſaac et iacob: quorum deus dicitur/ Matth. xxij. c.
Et ne intelligāt hoc ſolum de laçaro/ ſubdit de omni. v Et
oīs q̄ viuit/ carne. y Et credit: et ita viuit mēte. Ut/ x
Uiuit ꝛ credit. i. credēdo viuit. Abacuk. ij. a. Juſtus ex fi/
de ſua viuit. z Nō morieꝫ i eternū: etſi ad tpus moriaꝫ
ſm carnē. Et notaꝫ duplex fruct⁹ fidei. Adeptio vite/ cū dꝛ:
Uiuet. Et euaſio pene/ cū diciꝫ: Non morieꝫ. Et nota ꝙ
dn̄s ad id qd̄ mulier dixerat: Scio quia reſurget ꝛc. reſpon/
det: Ego ſum reſurrectio. q. d. etiam modo per me poteſt re/
ſuſcitari. Ad id autē qd̄ dixerat: Quicquid petieris a deo ꝛc.
reſpōdet: Qui credit in me etiā ſi mortuus fuerit viuet. q. d.
ego ſū tributor bonoꝝ/ a me oportet petere ꝛ i me credere: nō
me petere ab alio vt tu credis. Itē errabat mulier i duob⁹/ vt
dictū ē. In h̄ ꝙ ipſū
nō eē vbiqꝫ tāq̄ deū
eſtimabat: Et ad h̄
dic̄: Ego ſū reſurre/
ctio ꝛ vita: Si em̄ re
ſurrectio ē ꝛ vita: nō
loco circumcludiꝫ/ ſꝫ
vbiqꝫ aſſiſtēs poteſt
ſanare. Item erra/
bat in hoc ꝙ nō cre/
debat ꝙ ꝓpria virtu
te ꝛ auctoritate face
ret ſigna/ vel poſſet
reſuſcitare fratrē/ ſed
oratione. Et ad h̄ r̄ndet dicēs: Qui credit in me ꝛc. Itē nota
ꝙ dn̄s dedit mulieri ſpem de futuro/ cum dixit: Reſurget:
ſed pleniorem/ cum dixit: Ego ſū reſurrectio: quia p h̄ in/
nuit ꝙ et tunc poſſet ſuſcitare. Item dedit ei ꝯſolationē de fa
cto/ cum dicit: Etiam ſi mortu⁹ fuerit viuet. q. d. nō tur
beris ſi mortuus eſt frater tuus: non ē eni hec mors/ ſed vita:
Spem eni dās de futuro/ interim in eo qd̄ contigerat ꝯſolaꝫ.
Sequiꝫ: a Credis hoc. Aug⁹. Sciens fidem ei⁹ q̄rit cō
feſſionē. Roma. x. b. Corde crediꝫ ad iuſticiā ꝛc. b Ait illi:
vtiqꝫ dn̄e. q. d. oīa illa que dixiſti credo. Quia/ c Ego
credidi/ qꝛ tu es chriſt⁹/ meſſias ꝓmiſſus. d Fili⁹ dei
ab eterno. e Qui i hūc mūdū veniſti/ ex tempe miſſus
ad ſalutē mūdi. Ecce vtranqꝫ naturā confiteꝫ/ diuinā ꝛ huma
nam. Chryſ. tn̄ dic̄: Uide mulierē adhuc deorſum inuolutā.
Audiēs eni: Ego ſum reſurrectio ꝛ vita: nō dixit: ergo reſuſ/
cita vel viuifica. Sed qd̄: Credo quia tu es chriſt⁹ fili⁹
dei viui q̄ in hūc mūdū veniſti. Uidetur mihi non in/
tellexiſſe mulierem quod dictum eſt: ſed qm̄ magnū quid erat
intellexit/ nō tn̄ cognouit quid: ꝓpterea aliud interrogata/ ali/
ud reſpondit. Interim quidem hec lucrata eſt. ſ. diſſoluere lu
ctū: Talis eni chriſti ſermonū virtus: deuotio em̄ que erat ad
magiſtrū p̄ſentem/ dolorem non valde ſentire concedebat.
Oblita eſt ergo luctus propter deuotionem: propter ſermo/
nū virtutem: et propter ſpem datam de fratre. Unde ſequitur
Et cū hec dixiſſet

a Martha ergo vt audiuit qꝛ ieſ⁹
b venit/ occurrit illi: maria autē
c domi ſedebat. Dixit q̄ mar/
e tha ad ieſū: Dn̄e ſi fuiſſes hic
f g fraꝫ me⁹ nō fuiſſet mortu⁹. Sꝫ
h et nunc ſcio: qꝛ q̄cūqꝫ popo/
i ſceris a deo dabit tibi de⁹. Di/
k cit illi ieſus: Reſurget fraꝫ tu
l us. Dicit ei martha: Scio qꝛ
reſurget i reſurrectiōe i nouiſ/
m n ſimo die. Dicit ei ieſus: Ego
o p ſū reſurrectio et vita. Qui cre
q r dit i me/ etiā ſi mortuus fuerit
s t viuet: et oīs q̄ viuit et credit i
v x me nō morieꝫ in eternū. Credis
y z h: Ait illi: Utiqꝫ dn̄e: Ego
a b credidi: qꝛ tu es chriſt⁹ filius
c d dei viui: qui i hūc mūdū ve/
e

B

* a Martha ergo vt audiuit qꝛ ieſus venit/ oc/ Moraliter
currit illi. Animoſitas occurrit ieſu/ cū audit ꝙ preſto ſit ie
ſus. i. ſal⁹. Spes eni hos rumores affert
ei. b Maria aūt. i. ſynderesis ſi/
ue ratio: c Domi ſedebat: qꝛ do/
mū cordiſ circūſpicit/ ꝯquerēs ꝛ lugēs.
d Dixit q̄ martha ad ieſū. Ani/
moſitas eni ꝓponit ṽbū. e Dn̄e ſi
fuiſſes h/ p grām: f Fraꝫ me⁹. i.
ſpūs. g Non fuiſſet mortuus:
Uel ſm Glo. Acti/
ua vita p̄mo occur/
rit p miſcōie opera:
maria aūt domi ſe/
det: qꝛ ꝯtemplatiuꝫ
quietē deſiderāt.
qꝛ tu es vita. j. xiiij. a. Ego ſū via/ veritas ꝛ vita. Eſa. xliij. a.
Cū trāſieris p aq̄s tecū ero ꝛ flumia nō operiēt te. i. ꝓſpera:
et flāma nō ardebit i te. i. aduerſa nō nocebūt. Ps. Trāſiui/ Ps. 65.
mus p ignē ꝛc. Itē Daniel. iij. g. Pueri illeſi remāſerūt: quia
quart⁹ erat inꝫ eos ſimilis filio dei. h Sed ꝛ nunc ſcio
quia quecūqꝫ popoſceris a deo: id eſt feceris poſce/
re: i Dabit tibi de⁹: q̄ſi etiā mortuos i petis potes reſuſ
citare. ſ. v. d. Sicut paꝫ ſuſcitat ꝛc. k Dicit illi ieſus: re
ſurget fraꝫ tu⁹: qd̄ eſt/ qn̄ dn̄s dat peccōri aliquā ſpem venie
et melioris vite. l Dicit ei martha: ſcio qꝛ reſurget i
reſurrectiōe i nouiſſimo die. i. in ſenectute vel decrepita
etate: qd̄ ē/ qn̄ aīa ſperat ad vltimū penitere. Sed non ſufficit
ei hoc/ ſed vult ſtatim reſurgere. Unde ſequiꝫ: m Dicit ei
ieſus: ego ſū reſurrectio ꝛ vita. i. cauſa ſū reſurrectiōis
et vite ſpūalis: q̄ eſt p fidē. Un̄ ſequiꝫ: r Qui credit in
me etiā ſi mortu⁹ fuerit viuet. Abacuk. ij. a. Juſtus ex

 * fide viuit. Cetera

a Et cũ hec dixiſſet abijt: iam ſpe exhilarata. b Et vocauit mariam ſororẽ ſuam ſilentio: id eſt ſuppreſſa voce: ne alij audirẽt ⁊ recederẽt propter odiũ chriſti. d Dicens: magiſter adeſt / ⁊ vocat te. Aug⁹. Hoc qđ prius cauſa breuitatis ſubticuerat euangeliſta: hic ſupplet. ſ. ꝙ dñs mariã vocauerit. f Illa vt audiuit ſurrexit cito ⁊ venit ad eũ. Chryſ. Solent lugẽtes hũc honorem accipe vt ad ipſas veniant cõſolantes: ſed hec nõ expectat venire ad ſe magiſtrũ / neq; dignitatem ſeruat neq; a luctu detẽta ẽ. h Nondũ eni venerat ieſus in caſtellum: ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Tardantius eni ⁊ moroſius ibat / vt non videat ſe ingerere ſigno / ſꝫ rogari ab eis. Vel hoc dicit euãgeliſta / vt inſinuet feruorẽ marie: q. ſ. cito currebat / vt anticiparet eũ venientẽ. Venit autẽ non ſola / ſed omnes trahẽs iudeos: ⁊ valde prudenter. Propterea et occulte dixit ad eam ſoror ꝙ magiſter eam vocabat: vt nõ perturbaret conciliũ cõſidentiũ. Sed neq; cauſam ipſa dixit quare iret: in veritate eni multi receſſiſſent: nũc ꝓo vt ploraturã ad monumentũ omnes ꝓſequebant eam: et per hoc credibilius factum ẽ miraculũ / ⁊ mors ipſius lazari certior. Et hoc eſt qđ ſequit: k Iudei igit q̃ erant cũ ea i domo ⁊ ꝯſolabant eam / cũ vidiſſent mariã q: cito ſurrexit / de loco ſuo. l Et exijt / de domo: ſecuti ſũt eam / dicentes: quia vadit ad monumentũ vt ploret ibi. Ex hoc autẽ videt ꝙ hec maria non fuit illa / de qua Luc. vij. f. quia ſi fuiſſet meretrix / non tot ſequerentur eam. Itẽ illa nõ de bethania: ſed de illa erat ciuitate / ſicut ibi ſcriptum eſt / Luc. vij. Cõmunior tñ opinio eſt ꝙ eadẽ / ⁊ verior vt puto. n Maria ergo cũ veniſſet vbi erat ieſus: multis comitata. o Vidẽs eũ / cecidit ad pedes ei⁹. Hoc non fecerat ſoror. Chryſ. Calidior hec ſorore: quia non ob turbã verecũdata eſt ad pedes cadere / nec dimiſit propter ſuſpicionẽ quam habebant iudei de chriſto. Multi tñ aderãt inimicoꝝ: qui dixerũt. i. eodem. c. Non potuit hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt ⁊ hic non moreret: ſed omnia perficit humana / pñſente magiſtro. p Et dixit ei: dñe ſi fuiſſes hic / nõ eſſet mortu⁹ frater me⁹. q. d. te pñſente nulla infirmitas auſa eſſet apparere. Et nota ſicut dicit Chryſ. ꝙ nihil loquit ei chriſtus / ſicut ad ſororẽ: turba eni aderat / ⁊ nõ erat tempus verboꝝ illoꝝ / ſed condeſcẽdit ⁊ humiliat lachrymans / humanã naturã denudans. Quia eni miraculũ magnũ facturus erat condeſcenſione teſtes attrahit / vt non venationem perdat. Si eni magna dixiſſet tũc de ſe / omnes abijſſent: et ſic ſignũ non vidiſſent. Monſtrat ergo interim humanam naturã: Unde ſequitur: q Ieſus ergo vt vidit eã plorantẽ: ⁊ iudeos q̃ venerat cũ ea plorãtes / infremuit ſpũ: id eſt interius doluit / nõ ficte exteri⁹ dolorẽ ſimulauit. Vel / Spiritu: id eſt volũtate: quia. ſ. voluit. s Et turbauit ſemetipſũ / quem alius turbare nõ potuit. Et intellige de turbatione propaſſione: Nam de turbatiõe paſſionis dicitur Eſa. xlij. a. Nõ erit triſtis neq; turbulẽt⁹. Chryſ. dicit / ꝙ fremuit ſiue rugijt ſpiritu: id eſt retinuit ſiue cohibuit confuſionẽ ſiue lachrymationem. Hoc enim ſonat in greco: καταστεράλτο. Cohibuit eni ſe vt nõ cũ luctu fieret interrogatio: de q̃ ſubdit: t Et dixit: vbi poſuiſtis eũ: Sed cur interrogat: Reſpondemus ſm Chryſ. quia non vult ſe ingerere miraculo faciendo: ſed omnia ab illis diſcere ⁊ rogat⁹ facere: vt ab omni ſuſpiciõe eripiat ſignum. Aug⁹ dicit / ꝙ nõ

ignorans querit / ſed

a niſi. Et cũm hec dixiſſet / ab-
b ijt ẽt vocauit mariam ſororẽ
c d ſuam ſilẽtio / dicẽns: Magi
e f ſter adeſt / ẽt vocat te. Illã vt
g audiuit / ſurrexit cito: ẽt venit
h ad eum. Nondum eni vene-
i rat ieſus i caſtellum: ſed erat
adhuc in illo loco vbi occur-
k rerat ei martha. Iudei igit q̃
erant cum ea in domo ⁊ con-
ſolabant eam / cum vidiſſent
l mariam quia cito ſurrexit ẽt
m exijt: ſecuti ſũt eam / dicẽtes:
Quia vadit ad monumentũ
n vt ploret ibi. Maria ergo cũ
veniſſet vbi erat ieſus / vidẽs
o p eum / cecidit ad pedes ei⁹ / ẽt
dixit ei: Dñe: ſi fuiſſes hic / nõ
q eſſet mortuus frat meus. Ie-
ſus ergo vt vidit eam ploran
tem ⁊ iudeos qui venerant cũ
r ea plorantes / infrẽmuit ſpi-
s t ritu: ẽt turbauit ſemetipſũ / ẽt
dixit: Ubi poſuiſtis eum:

* fide viuit. Cetera nõ mutant vſq; ibi: b Et vocauit mariam ſororem ſuã. Animoſitas eñ ſiue generoſitas anime excitat ſynderesim vel rationem. c Silentio: q; nemo nouit hec niſi ſpiritus hominis. Unde dicit: d Dicẽs magiſter adeſt: id eſt pñſto ẽ gratia ⁊ eruditio diuina. Heb. xij. b. Tanq̃ filijs vobis offert ſe de⁹. Apoc. iij. d. Ecce ſto ad oſtium et pulſo ⁊c. e Et vocat te / beneficijs / flagellis / doctrinis / creatur / ⁊ alijs modis. Pſ. Laboraui clamans ⁊c. f Illa vt audiuit ſurrexit cito / declinando a malo. g Et venit ad eũ / faciendo bonum. Et dicit / Cito: qđ expedit: q: ſicut dicitur Prouer. iiij. b. Currens non habebis offendiculũ. Eccl. v. c. Ne tardes conuerti ad dñm. h Nondum enim venerat ieſus in caſtellum: id eſt in mentem per gratiam gratum facientem: quando enim dat gratiam gratis datam: tunc vadit ſynderesis ad eum quadã volũtate imperfecta. i Sed erat adhuc i illo loco vbi occurrerat ei martha. Donec maria venit / chriſt⁹ nõ pcedit: ita donec amando venerit / non intrat chriſtus ad cor donec amor venerit. Per martham eñ que ſignificat timorem paratur via: ſed per amorem adducitur deus in animã. k Iudei igit qui erant cum ea in domo ⁊ conſolabant eam / cum vidiſſent mariam quia cito ſurrexit ⁊ exijt / ſecuti ſũt eam. Sic carnalia hominis ſequuntur ſpiritualia / ⁊ obedit caro ſpiritui: quãdo ſpiritus velox et promptus fuerit ad eundum ad deum. Sic etiã carnales homines ⁊ adulatores qui volunt retrahere a bono ⁊ vane conſolari in malo / aliquando conuertunt quando vidẽt alacritatem bonorum. m Dicentes / quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Ad monumẽtum debet anima vel conſcientia ire ⁊ alios ducere: id eſt ad memoriam peccatorũ vel mortis etiam corporalis: ⁊ lugere ibi pro peccatis ⁊ pro pñſentibus miſerijs. Hiere. vj. g. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum: quia repente veniet vaſtator ſuper vos. Exo. xij. e. Ortus eſt clamor maximus in egypto: quia non erat domus in qua non erat mortuus primogenit⁹: id eſt anima. Sap. xviij. b. Omnes vno genere mortis mortuos habebant innumerabiles: quia per peccatum omnia bona ⁊ pñſentia ⁊ pterita moriunt vel mortificant. n Maria ergo cũ veniſſet ⁊c. Hoc patet vſq; ibi: r Infremuit ſpiritu ⁊ turbauit ſemetipſum. In hoc oſtenditur compaſſio domini erga peccatores. Ezech. xviij. g. Nolo mortem peccatoris. Hiere. xxxj. d. Adhuc recordabor ei⁹: idcirco turbata ſũt viſcera mea. Vl' alit. Dominus dicit fremere ⁊ turbari et lachrymari in peccatore: qñ facit eũ fremere pro horrore pcti: turbari pro dãno: et lachrymari pro macula vel pro dei offenſa. Vel fremere toto corpore: turbari mẽte: lachrymari oculis. t Et dixit: vbi poſuiſtis eũ: Ubi / dicit. qđ ſignificat / q: neſcit peccatorem. Math. vij. d. et. xxv. a. Non noui vos. Vel / Ubi poſuiſtis eum: id ẽ in quo vili loco: quaſi conſidera in quantis flagitijs poſuiſti cor tuum. Simile Gen. iij. b. Adam vbi es: Hiere. iij. a. Vide vbi nunc proſtrata ſis meretrix. Vel / Ubi poſuiſtis eum: quaſi ego quero eum / ⁊ ideo dic mihi. Domin⁹ enim querit nos quaſi ouem perditam. Pſ. Quere ſeruum tuum ⁊c. Vel / Ubi / dicit plangendo: ſicut mater requirit de filio vnico: ⁊ ſponſa de marito mortuo. Unde ſequitur ꝙ lachrymat⁹ eſt. Vel / Ubi dicit / cõmiſſum exigendo. Nobis enim commiſit cuſtodiam fratris: id eſt cordis. Prouerb. iiij. d. Omni cuſtodia ſerua

* cor tuum ⁊c.

Moraliter

Pſ. cl.

Pſ. cxl.

ꝩ ignorãs querit/ſed propter myſteriũ. Unde Glo. Qui abſens ſciuit mortuũ eſſe/ſcit vbi ſepult⁹ ſit: ſed ſic querẽs ſignificat ſe quaſi neſcire perditum hominem. Unde dicitur: Non noui vos: Matth. vij. d. et. xxv. a. Et Geñ. iij. b. Adam vbi es? a Dicunt ei/ iudei qui aderant: b Ueni & vide: non trahentes eum ad locum quaſi reſuſcitaturꝫ/ſed quaſi ploraturum. Unde ſequit᷑: c Et lachrymat⁹ eſt ieſus/humanit⁹: vt dic̃ Aug⁹. i. ex humana compaſſione. Uel vt ſignificaret quantum peccator pro ſe debet plorare. Uel ſm beatum Berñ. ideo plorat: quia reuocaturus erat eum ad erumnas pñtis vite. d Dixerũt ergo iudei/ benigniores: e Ecce quõ amabat eũ/pro quo ita plorat. f Quidam autem ex ipſis dixerunt/ maligniores: g Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati &c̃. Jo. ix. b. Et nota ſicut dicit Chryſ. Nõdũ aliqđ reſurrectiõis a ſe faciende ſignũ monſtrauerat chriſtus. Nec enim ita venit ad monumẽtũ tanq̃ reſuſcitatur⁹/ſed tm̃ lachrymatur⁹: qđ ſignificat euãgeliſta/cũ dicit ꝙ quidam dixerũt: Ecce quomodo amabat eũ. Alij autẽ: Nõ poterat hic q̃ aperuit oclos ceci nati facere vt & h̃ nõ moreret᷑. Aug⁹. Potuit quidem/ſed noluit: qꝛ plus ẽ mortuũ reſuſcitare q̃ȝ ne moreret᷑ facere. Chryſ. Ubi neq̃ȝ ĩ calamitatib⁹ malitias remittebãt. Et nimirũ/multo mirabili⁹ & maius eſt ingreſſam & dominãtem abigere mortem/q̃ȝ ſiſtere vententẽ. Et nota ꝙ cõfitentur ꝙ aperuit oculos ceci/ et congruo exiſtente pro illo admirari inde detrahunt vt neq̃ȝ vllo facto ſigno. Item nota ꝙ euangeliſta corruptos eos eſſe oſtendit: quia anteq̃ȝ chriſtus oſtenderet ſe reſuſcitaturũ eum/preueniunt eum accuſationibus non expectantes rei finem. Chriſtus autem non reſpondet eis per verba/ſed per opera diuinitatis vt malignis maiorem verecũdiam inferat/et alios ad fidem ꝯuertat. Unde ſequitur: h Jeſus ergo rurſum fremẽs in ſemetipſo: ex compaſſione/et vt oſtendat veritatem humane nature. Uel/ Fremens: id eſt luctum refrenãs & reprimens: ſm Chryſ. i Uenit ad monumentũ/ oſtenſurus per miraculum veritatem diuine nature. k Erat autem ſpelũca/ipſum monumentum. l Et lapis ſuperpoſit⁹ erat ei: id eſt ſpelunce. m Ait ieſus: tollite lapidem. Sed cur non abſens vocauit eum? Item cur non lapide iniacente fecit reſuſcitari: etenim ſola voce valuit lapidem amouere qui corpus mortuũ potuit mouere. Sol. Hoc fecit vt eos teſtes faceret miraculi: vt nõ hoc dicãt qđ et in ceco dixerãt: Quoniam hic eſt/ non eſt hic. Jo. ix. b. Manus eñi leuantes lapidẽ et ipſe acceſſus eorum ad monumentũ/ teſtabantur quoniam ipſe eſt lazarus non alius. Nam illi quidem phantaſma eſtimaſſent aut aliud quid pro illo: nunc autẽ hoc ꝙ acceſſerunt ad locũ & lapidem leuauerũt & faſciatum exire viderunt & vincula ſoluerunt & veſtimenta cum quibus ſepultus erat recognouerunt/ & ꝙ ſorores ſemper aderant/quarũ vna dixit: Dñe iam fetet: quatriduan⁹ em̃ eſt: omnia hec ſufficiẽtia erãt probare ſignũ & obſtruere ora indeuotorũ. Propterea dicit eis: n Tollite lapidem/a ſepulchro. ſ. per hoc oſtendens q̃m eum ſuſcitabit veraciter. Ideo etiã ſupra iterrogat: Ubi poſuiſtis eum: vt illi qui reſpõderũt: Ueni & vide: et duxerũt eũ ad monumentum/non poſſent dicere/quoniam alium ſuſcitauit. Uox enim & manus/auditus & viſus ſimul & odorat⁹ teſtantur miraculo. Uox quidem dicẽs: Ueni & vide. Manus autem tollẽtes lapidem & faſcias ſoluentes. Auditus qui vocem audiuit: Lazare veni foras. Uiſus qui videt exeuntẽ de monumẽto. Odorat⁹ qui ſenſit fetorem quatriduani. Sequitur: o Dicit ei martha ſoror eius qui mortu⁹ fuerat: dñe iam fetet quatriduan⁹ eñi eſt. Anſelm⁹. Ti‑

Al. ioh̃e · s.9.b.

ꝩ mebat remoto

a Dicũnt ei: † vẽni & vide. Et lã‑
b chrymatus eſt ieſus. Dixẽrt
c ergo iudei: Eccẽ quomodo
e amabat eum. Quĩdam autẽ
f ex ipſis dixerunt: Nõn pote‑
g rat hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt & hic nõ more‑
b retur? Jẽſus ergo rurſum fre‑
i mens in ſemetipſo/ vẽnit ad
k monumentum. Erãt autem
l ſpelũca: ẽt lapis ſuppoſitus
m n erat ei. Ait iẽſus: Tollitẽ lapi‑
o dẽ. Dicit ẽi martha ſoror ei⁹ qui mortu⁹ fuerat: Domine

* cor tuum &c̃. Ul᷑ ad litterã/etiam cũſtodiam primi. Ecc̃ĩ. Moraliter xvij. b. Unicuiq̃ȝ mandauit de proximo ſuo.

Ubi vox eſt {
Neſcientis.
Improperantis.
Rem ſollicite querẽtis
Plangentis.
Rem cõmiſſam inſtãter exigentis.
}

Ps. 47. ui ſupedificamini i domos ſpirituales. Ps. Deus in domibꝰ eiꝰ cognoſcetur. Quomodo? Per predicta ſigna: ꝑmo. ſ. qn̄do crux: id eſt iugis penitentia ē ſuppoſita in corpore ꝓprio: qn̄ homo habet exterius ſigna humilitatis ꝛ ſobrietatis. Et ſic in guerris raptores non audent violare domos ſuper quas vident cruces: ita demones timent accedere vbi vident ſignū penitentie. Unde Exo. xij. b. Erit vobis ſanguis in ſignum i edibus in quibus eritis: ꝛ videbo ſanguinem ac tranſibo vos nec erit i vobis plaga diſperdēs. Ezech. ix. c. Sup quos videritis tau ne occidatis. Hoc ē ſignū qd̄ dedit dn̄s paſtoribꝰ: Luc. ij. b. Hoc vobis ſignum: inuenietis infantem. Unde in quibus nullum eſt ſignum penitētie / ſignū eſt ꝙ non habent ſignū in ſe. Diabolus enim i ſuis ponit ſigna ſua. In aliquibus ponit aquilam. Unde Oſee. viij. a. Aquila ſuper domū dn̄i: id eſt ſignum rapacitatis. Super alios ponit porcum: id eſt luxurie ſignum: ſicut eſt ſuperfluus ornatus in mulieribus

Ps. 143. que ſunt phanū diaboli. Unde Ps. Filie eorum compoſite circūornate vt ſimilitudo templi. Ideo conquerunt viri ſan/cti ꝛ angeli cuſtodes animarū per Ps. Signa noſtra non vi/ Ps. 73.
dimus. q. d. demones poſuerunt ſua ſigna: et per hoc ſibi vendicauerunt poſſeſſionē. Sed hoc non aduertunt miſeri: ſi eni ſcirent vere ꝛ crederent ꝙ per hoc acquirunt in ſe dn̄ium demones / ipſi nunqꝫ ſuſtinerent: ſicut nō ſuſtineret aliquis ꝙ hoſpitalarij ponerent crucem ſuper domū ſuam: qꝛ per hoc poſſent eam vēdicare. Et hec eſt etiam ratio quare demones nō ſuſtinent prout poſſūt ꝙ dn̄s ponat ſignum ſuum: id eſt ſignum penitentie ſuper ſuos: quia per hoc ſciūt ſe eos amittere. Crux autem dn̄i non ſolū debet eſſe exteriꝰ ſuper domū dei per carnis maceratiōnē ſed et interiꝰ debet crux eſſe vel crucifixus ꝑ cōpaſſionē. Cant. viij. b. Pone me vt ſignaculū ſuper cor tuū ꝛc. Gal. vj. d. Stigmata dn̄i ieſu in corpore meo porto. Itē imagines: id eſt exempla ſanctorū debēt ibi eſſe depicta ꝛ deſcripta. Unde Eſa. xlix. e. In manibus meis deſcripſi te: vel depinxi muros tuos / ſcdm aliā litterā Ecōtra diabolus in templo dn̄i depingit abominatiōes: lampadem fidei ꝛ doctrine extiguit: altare deſtruit et ſacrificium eius et oīa ſubuertit ſuggerendo: ꝛ nos ipſi faciendo. Ezech. viij. d. Et ingreſſus vidi / et ecce omnis ſimilitudo reptilium et animalium abominatio. j. Machab. ij. a. Templum eius ſicut homo ignobilis: id eſt plenum ſordibus. Daniel. xj. e. Polluent ſanctuarium fortitudinis: id ē cor hominis: quo nihil fortius ſi habeat charitatem: et aufe/
rent iuge ſacrificium: id eſt cōtritionem. Ps. Cor contritū ꝛ Ps. 50.
humiliatum ꝛc. Uel iuge ſacrificium eſt confeſſio: quia iugiter debemus confiteri ꝛ conteri. Sed multi ſunt in quorum templo non fit ſacrificium vel officium / niſi ſemel in anno tn̄ confitentur ꝛ redeūt ad ſe. Sed dicit Daniel. xj. ꝙ quando iuge ſacrificium deficiet / tunc deſtruetur templum. Item quorundam templum videtur eſſe interdictū vel excōmunicatum: qꝛ
non fiunt ibi orationes. Ps. In ſalicibus in medio eius ſuſ/ Ps. 136.
pendimꝰ organa noſtra. Sed ecōtra dic Ps. Adorabo ad tē/ Ps. 5.
plum ſanctum tuum in timore tuo. Item quidam vident excōmunicati: quia nuſqꝫ ſunt in templo: id eſt in corde ſuo: etiam quando fiunt ibi orationes / non eſt ibi animus: quia neſciunt quid dicunt. Matth. xv. a. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt a me. Item nota ꝙ quorundam templum ſordidatur ꝛ prophanatur multis modis. iiij. Reg. x. f. legitur ꝙ hieu violauit templum baal ꝛ fecit ex eo cloacas. Nuſqꝫ aliquis ſic fuit iniquꝰ vt hoc faceret de templo dn̄i materiali: ſed nos quotidie hoc facimꝰ de templo domini ſpirituali: id eſt de nobis per gulam vel per maliuolentiam: Sicut detractores ꝛ inuidi / qui ſtercora aliorꝫ: id eſt peccata recipiunt per aures et reponunt in corde: et reddunt per ora / ſicut ſcabrones ſemꝑ habent os in ſtercoribꝰ. Oſee. viij. b. Factus eſt iſrael in nationibus quaſi vas immundum. Itē narrat ioſephus ꝙ pompeiꝰ fecit de tēplo dei ſtabulū equorum: ꝛ nos facimus de nobis ſtabulum demonum per luxuriam. Johel. j. d. Computruerunt iumenta i ſtercore ſuo. Idē etiam Joſephus narrat / ꝙ Aelius hadrianus poſuit idolum iouis in templo: qd̄ nos facimus / quando ſimilitudinem diaboli ponimus in nobis: id eſt ſuperbiam et inuidiā. Ezech. viij. d. Uniuerſa idola domus iſrael depicta erant in circūitu per totum: que ſunt diuerſa ſigna ſuperbie: tam in geſtibus ꝛ ornatibus exterioribus ꝛ mentibus interioribus. Item Hiere. vlt. c. et. iiij. Reg. vlt. c. legitur ꝙ nabuzardan ſuccendit templum: qd̄ nos facimus per auariciam. Michee. vj. e. Adhuc ignis in domo impij: et theſauri impietatis vel iniquitatis. Multi ergo ſūt incendarij eccleſiarum dn̄i: id eſt ani/
marum ſuarum. Ps. Incenderunt igni ſanctuarium tuū ꝛc. Ps. 73.
Sequitur: a ¶ Qui non diligit me / ſermones meos non ſeruat. Greg. Ad voſmet ergo fratres chariſſimi introrſus redite / ꝛ ſi deū vere amatis exquirite: nec tn̄ ſibi ali/
qs credat qcquid ſibi animꝰ ſine † operis atteſtatiōe rn̄derit de Al. tois
dilectiōe ꝯditoris / lingua / mēs ꝛ vita requirat: nūqꝫ ē dei amor ocioſus: operat eteni magna / ſi ē: ſi ꝓo renuit operari / amor nō ē.

* Et ſermonem quem

a Et ſermonem quem audiſtis
b nō eſt meus/ ſed eius qui mi
c
d ſit me patris. Hec locutus ſū
e vobis apud voſ manēs. Pa
f racletus autem ſpirituſſan/
g ctus quem mittet pater in nō
h
i mine meo/ ille vos docebit
k omnia: et ſuggeret vobis oia
l
m quecunqꝫ dixero vobis. Pa
n cē relinquo vobis: pacē meā
o
p dō vobis. Nōn quō mūdus
q dat ego do vobis. Nō turbet
r coꝛ veſtrum neqꝫ formidet.

a Et ſermonem/vel/ſermo quem audiſtis/ a me: nō eſt meꝰ: id eſt mei hominis: vel ego qui ſum verbū ⁊ ſermo patris non ſum a me. b Sed eius qui miſit me patris: qꝛ ſum a patre. Et ne dicant: nos neſcimus quos ſermones dixeris: ideo dicit/ ꝙ immo bene ſcitis quia iam audiſtis eos a me: et poſtea ſpirituſſanctus docebit eoſ/ dem/ et cōmemoꝛabit. Et hoc eſt qđ ſub/ dit: c Hec locutus ſum vobis apud vos manens/ coꝛpoꝛali preſentia/ hec. ſ. mandata que volo vt ſeruetis. e Paracletus autē ſpirituſſanctus: quaſi ne obliuioni tradatiſ: Paracletꝰ ⁊c. Vel ſic. Etſi auferat preſentia mea coꝛpoꝛalis/ ne timeatiſ: quia/ paracletus ſpirituſſanctus quem mittet pater: quia apud eum eſt auctoꝛitas pꝛincipij. Sed ne ꝓpter hoc eſtimet minoꝛitas in filio/ ſubdit: g In nomine meo: id eſt ad nomen ⁊ gloꝛiam meam: vel mittet vobis ad inuocationē mei nominis. h Ille vos docebit omnia/ a vobis non intellecta. k Et ſuggeret vobis omia/ oblita. l Quecunqꝫ dixero vobis: id eſt cōmemoꝛabit vobis/ ſiue ad memoꝛiā reuocabit. Quedam enim intellecta obliuioni tradiderūt que dominus dixerat: quedam autē nec dicēdo itellexerūt: Et ideo dic: Docebit et ſuggeret. Vel/ i Docebit: vt ſciatis. k Et ſuggeret: id eſt excitabit ⁊ monebit vt faciatis. m Pacem relinquo vobis: quaſi ſic vado ad patrē vt ſpiritūſanctū miſſurus ſim: Sed interim etiam/ pacem relinquo vobis. Augꝰ. Iturus ad patrem: pacem. ſ. pectoꝛis in preſenti. n Pacem etiam/ meam: pacem eternitatis. o Do vobis. Augꝰ: perducturus ad patrem. Et ne intelligat de pace tempoꝛis ⁊ pꝛoſperitatis mundialis/ ſubdit: p Non quomodo mundus dat/ ego do vobis. Mundꝰ enim dat pacem turpiter: quia impꝛoperat ⁊ ſepe eam violat: Et illa etiā pax quā dat/ nō eſt pax. q Non turbetur: quaſi cū ſpiritū/ ſanctū vobis ꝓmittā/ tn̄ pacē etiā relinquā: Nō turbetur coꝛ vr̄m/ interiꝰ. r Neqꝫ formidet/ caro exteriꝰ. q. d. ſi vadā nō turbemini: qꝛ nō vos deſerā/ ſic aliaſ dixi vob. Et h ē

Audiſtis qꝛ ego dixi

Aliter ⁂ a Et ſermo quem audiſtis non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris. q. d. non me ſolum non amat ſed neqꝫ patrem amat: qui hunc non audit ſermonem. Si enim argumentum amoꝛis eſt ſeruare mandata: hec autem mandata etiam patris ſunt: Igitur qui ſeruat ea/ non ſolum filiū ſed ⁊ patrem amat: et qui nō ſeruat non ſolum filium ſed ⁊ patrem nō amat. Sed nota ꝙ dicit pꝛimo: Sermones meos: et poſt dicit: Non eſt meus: Qualiter igitur ſuus eſt ⁊ non ſuus? Reſpondemus. Suus eſt quia loquitur. Non ſuus: id eſt nō pꝛopꝛius: quia nihil pꝛopꝛium et ſeparatum ⁊ alienum a doctrina patris loquitur. c Hec/ mandata patris. d Locutus ſum vobis apud vos manens: ſed vos omnium capaces non eſtis. f Autem/ pꝛo ſed. e Paracletus ſpirituſſanctus quem mittet pater in noīe meo ille vos docebit omnia et ſuggeret vobis omnia quecunqꝫ dixero vobis. q. d. manifeſta ſunt vobis nūc ea que dicta ſunt a me: ſed ſpirituſſanctus eoꝛum erit manifeſtus magiſter. Hoc autem dicit pꝛeparans animas eoꝛum vt ferant generoſe receſſionem/ vt magnoꝛum cauſam futuram eis bonoꝛum: quia nihil magnum ⁊ excelſum poterāt ſcire do nec eo recedente ſpiritus veniret. Spiritūſanctū autē vocat paracletū. i. cōſolatoꝛē ꝓpt cōtinētes eos tūc tribulatiōes. Et quia adhuc turbabantur excogitātes odia ⁊ pꝛelia et receſſionem eius/ audi qđ ſubdit: m Pacem relinquo/ vel/ dimitto vobis. q. d. quid ledimini a mundi turbatione ꝙdiu pacem habueritis ad me? Vel ſic cōtinua. Pꝛomitto ſpiritū venturum: ſed interim ſciatis vos habituros pacem: quia nō ledent vos nec occident interim iudei. n Pacem meam do vobis. Repetitio eſt confirmatio: vel repetit vt ſignificet ꝙ habebūt interim pacem exterioꝛem ⁊ interioꝛem. p Non quomodo mūdus dat ego do vobis. Pax enim mundana in malo fit multotiens ⁊ inutilis eſt: et his qui habent nihil pꝛofuit eis: ego aūt talem do pacē/ vt adinuicē pacifici ſitis: et ſic omnia vincetis. Et qꝛ dixerat: Pacē dimitto vobis/ qđ erat recedētis: et h poterat eos turbare: iō ſbdit q Nō turbet coꝛ vr̄m/ de mea receſſiōe: r Neqꝫ formidet/ de vēa moꝛte vl' tribulatiōe. Partim eni ab eiꝰ dilectione/ ꝑtim a ꝑlioꝝ formidine patiebant.

⁂ Et ideo debetis nō

✱ a Et ſermonē quem audiſtis non eſt meus ſed eiuſ qui miſit me patris: quaſi non mihi huiuſmodi attribuo qđ loquoꝛ/ ſed deo. Et hoc dicit: qꝛ letatur homo in ſententia oꝛis ſui: vt dicitur Pꝛouerb. xv. c. Ne ergo credatur ꝙ ideo vult ſua madata ſeruari quaſi ſua/ et quaſi inde querens gloꝛiam pꝛopꝛiam: ideo ea non ſibi ſed deo attribuit. Sic et pꝛdicatoꝛ debet facere: ſm illud Pſ. Nō nobis dn̄e nō nobis ⁊c. Unde adhuc ſubditur: c Hec locutꝰ ſum vobis apud vos manēs: paracletꝰ aūt ſpūſſanctꝰ quē mittet pater in nomie meo ille vos docebit ⁊c. Qꝛ ſic dic Gregꝰ: niſi ſpūſſanctus coꝛdi aſſit audientis/ ocioſus ē ſermo doctoꝛis. Nemo ḡ docenti homini tribuat qđ ex oꝛe docentis intelligit: quia niſi intus ſit qui doceat/ doctoꝛis lingua exterius inuanum laboꝛat. Et nota ꝙ dic: Docebit ⁊ ſuggeret. Docet veritatē: ſuggerit: id eſt monet ad bonum: erudit intellectum: accendit affectum. Unde Bern̄. Spirituſſanctus inſtar apis mel ⁊ ceram poꝛtantis habet/ vnde illuminet intellectum ⁊ accēdat affectum. Et nota ꝙ dicūtur tria verba: Paracletus/ ſpiritus/ ſanctus: in quo notantur diuerſi eius effectus. Dicitur em̄ paracletus: id eſt aduocatus: vt dicit Gregꝰ: Quia pꝛo erroꝛe delinquentium apud iuſticiam patris interuenit: id eſt interuenire facit: Scdm̄ illud Roma. viij. c. Poſtulat pꝛo nobis gemitibꝰ inenarrabilibꝰ. Non em̄ dicitur poſtulare tanqꝫ minoꝛ: ſed poſtulat quia ad poſtulandū eos quos repleuit inflammat. Dicitur etiam paracletus: id eſt cōſolatoꝛ: quia de peccati perpetratiōe merētibꝰ/ dum ſpem venie pꝛeparat ab afflictione triſticie mētem leuat. Unde cantat: Conſolatoꝛ optime dulcis hoſpes anime ⁊c. Pꝛouerb. xxxj. a. Date ſiceram merentibus ⁊c. Bern̄. Delicata eſt ſpirituſſancti conſolatio: nec datur admittentibꝰ alienam. Dicitur ergo paracletus: id eſt conſolatoꝛ/ contra temptationem et tribulationem. Dicitur ſpiritus: quia ſpirituales facit/ contra carnalitatem. Dicitur ſanctus: quia firmat/ cōtra puſillanimitatem. Sequitur: m Pacem relinquo vobis: id eſt pacis reliquias do in pꝛeſenti. Pſ. In reliquijs tuis pꝛeparabis vultū eoꝛum. n Pacem meam do vobis/ in futuro. Glo. Hoc eſt qđ dicit pꝛopheta: Pacē ſuper pacem. Et ſumit foꝛte de Eſa. lvij. d. vbi dicit: Creaui fructū labioꝝ pacem: pacem ei qui longe eſt et qui pꝛope. Vel de Eſa. xxvij. b. Pacem faciet mihi/ pacem faciet mihi. Vel de Eſa. vlt. g. Erit ſabbatum eternitatiſ ex ſabbato pectoꝛis. Eph. ij. c. Ipſe eſt pax noſtra. Et nota ꝙ tria reliquit vl' legauit dn̄s ſpecialiter diſcipulis ſuis. Humilitatē. ſ. xiij. b. Exemplū dedi vob ⁊c. Non eſt ſeruꝰ maioꝛ dn̄o ſuo ⁊c. Dilectionē. ſ. xiij. d. Mādatū nouū do vobis ⁊c. Pacem/ vt hic cū dicit: Pacē relinquo vob. Hec tria relinqt eis vt nullo idigerēt/ ſ in oibꝰ abūdarēt: vt humilitaſ. i. humilis opinio ſui eſſet i rōnabili: charitas ſiue dilectio i cōcupiſcibili: pax i iraſcibili. p Nō quō mundꝰ dat ego do vobis. Dn̄s eni dat abundant ⁊ nō impꝛoperat: Iaco. j. a. Sed econtra de mūdo dicitur Eccl. xx. b. Datū inſipientiſ nō erit tibi vtile: pauca dabit ⁊ multa impꝛoperabit. q Nō turbet coꝛ veſtrū/ ad interioꝛes doloꝛes. r Neqꝫ formidet/ ad exterioꝛes afflictiones.

✱ Un in conſolationē

Margin: Al. ſermo — B — 23. q. 1. c. niſi bella — Aliter — Pſ. cxiij. — Pſ. 20. — Tria dn̄s ſpecialiter reliquit diſcipulis

a Audiſtis qꝛ ego dixi vobis:
b vado et venio ad vos. Si di-
c d ligeretiſ me/ gauderetis vtiqꝫ
e f g quia vado ad patrem: quia
h pater maioꝛ me eſt. Et nunc
i k dixi vobis/ priuſqꝫ fiat: vt cũ
l factum fuerit credatis. Jam
non multa loquar vobiſcum.
m Venit enim princeps mundi
n huius/ et i me nõ habet qcqꝫ.
o p Sed vt cognoſcat mundus
q quia diligo patrem: et ſicut
mandatum dedit mihi pater
r ſic facio.

a Audiſtis qꝛ ego dixi vobis. ſ. eodem. a. b Vado ⁊ venio ad vos: quaſi/ ſi vt homo vado/ vt deus ſemper preſens viſito: et cito veniam i morte vł in iudicio. Et qꝛ adhuc remanebãt in turbatione/ arguit eos oſtendens ꝙ hec turbatio non eſt ex pura dilectione/ ſed magis ex formidine: Vñ ſubdit: d Si diligeretiſ me/ pura dilectiõe ⁊ abſtracta ab omni carnalitate. e Gauderetis vtiqꝫ/ qꝛ vado: id eſt de hoc ꝙ vado/ f Ad patrem: id eſt ad pris immortalitatem: vel ad potioꝛa bona patris. g Quia pater maioꝛ me eſt/ homine: a quo habeo immortalitatẽ. Patrem eni dicit maioꝛem ſe ſm illam naturã ſm quam ibat ad ipſũ. Sed ne quererent: quare predicis nobis totiens tuũ receſſum/ cum ſcias nos inde contriſtari: ideo ſubdit: h Et nũc dixi vobis. ſ. ꝙ vado ad patrẽ per mortẽ. k Ut cũ factũ fuerit credatis: ex pſciẽtia mea factũ eẽ ⁊ me volẽte: et ſic credatis deũ. l Jã non multa ⁊c̃. Dixerat ꝙ vado ad patrem: et ne quererent quando/ determinat et dicit ꝙ cito: et hoc eſt/ Jam non multa loquar vobiſcum: id eſt in mortali carne vobiſcum degẽs. Unde ſubdit: m Venit enim princeps mundi huius: id eſt peccatoꝝ/ diabolus. ſ. Glo. vt me tradat in manus iudeoꝛum. n Et/ tñ/ in me nõ habet quicqꝫ/ dignum morte: nullum omnino peccatũ. q. d. ſuggeſtione diaboli tradoꝛ ad penam: licet non habeam culpam. j. Petri. ij. d. Qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in oꝛe eius. Sed quia poſſet queri: cur ergo moꝛieris ſi nõ habes culpam? Reſpondet ꝙ propꝫ amoꝛem patris ⁊ obedientiam. Et hoc eſt: o Sed/ ideo moꝛioꝛ: vt cognoſcat mundus: quia diligo patrem. p Et/ quia/ ſicut mandatum dedit mihi/ homini vt moꝛerer: r Sic facio. i. voluntarie moꝛiens.

* Et ideo debetis nõ turbari: Qm̃/ a Audiſti quia ego dixi vobis/ vado/ ad patrẽ: c Et venio ad vos. i. ad veſtrã cõſolationẽ veniã ad vos: ideo nõ timeatis de imminente tribulatione quia veniam in auxilium ⁊ ſolatium. Item vado ad patrẽ: ideo nõ turbemini de mea receſſione ⁊ moꝛte: quia vado ad patrem. Et hoc eſt qđ ſubdit: d Si diligeretis me/ gauderetis vtiqꝫ quia vado ad patrẽ: quia pater maioꝛ me eſt. q. d. ſi de me foꝛmidatis tanqꝫ inſufficiens ſim mihi opitulari/ ſaltem audientes quia ad patrem vado/ opoꝛtet vos letari: quoniam ad maioꝛem vado: ⁊ qui omnia poteſt ſoluere verſuta: id ẽ aduerſa veſtra. Et loquitur condeſcenſiue. Apoſtoli eni adhuc infirmi erant: nec nouerant reſurrectionẽ nec habebant opinionẽ de eo qualẽ opoꝛtebat: ſed patrem magnum eſſe eſtimabant: ideo ſm opinionẽ eoꝛum loquitur/ conſolans eos: quia ad patrem qui maioꝛ eſt vadit. Sicut etiam Matth. xxvj. e. dicit: An putas quia non poſſum rogare patrem meum et exhibebit mihi pluſqꝫ duodecim legiones angeloꝛum? Hoc autem locutus ẽ ad ſuſpicionem eoꝛum qui audiebant. Nõ enim angelis indigebat/ ſed ſibiipſi poterat auxiliari: ſicut patet. j. xviij. a. quando ad ſolum verbum proiecit omnes retroꝛſum. Vel aliꝫ poteſt dici: pater maioꝛ filio/ qꝛ pater: non eni contradicim⁹ patrem eſſe cauſam filij per generationem. h Et nunc dixi vobis: quia vado ad patrem per moꝛtẽ. i Priuſqꝫ fiat vt cum factum fuerit credatis: quaſi non ſciretis niſi ego predicerem. Nequaqꝫ autem predicerẽ/ niſi conſiderem ⁊ ſcirem me moꝛti preualere. Hoc ẽ etiã qđ dicit. ſ. eodem: Audiſtis qꝛ ego dixi: id ẽ pdixi vobis: vado ⁊c̃. q. d. ita vehemẽter confido in his que fiũt malis/ vt etiam predixerim: et ita omnino parum curo de moꝛte et ſine foꝛmidine ſum/ ꝙ preſciam eam/ et non tñ caueam. Hoc autẽ dixit in conſolatione eoꝛum/ vt ⁊ ipſi infirmi darent poſt conſolatoꝛia. Ergo rurſum dicit triſtia. l Jam non multa loquar vobiſcum. Propter quid? m Venit eñ princeps mũdi huius: id eſt diabolus princeps eoꝛũ q ſe ei tradunt: nõ celi ⁊ terre: quia olim euertiſſet omnia: ſed princeps tenebraꝝ ſeculi hui⁹. ſ. pnceps maloꝝ/ vt dicit: venit/ vt ſuggerat me interfici. n Et/ tñ/ i me ñ habet qcqꝫ: id eſt cauſam moꝛtis. ſ. peccatum: ecce hic triſtia dicit. Poſtea ſubdit mitigatoria o Sed vt cognoſcat mund⁹: qꝛ diligo patrẽ. ſ. et ſicut ⁊c̃. q. d. propter amoꝛem ⁊ obediẽtiam moꝛioꝛ voluntarie/ non propter neceſſitatem vel coactionem: In hoc autem diſcipuloꝛum animos reſuſcitat. Et nota ꝙ nõ ſufficit ei ſemel dicere: Adhuc modicum vobiſcum ſum: ſed continuo reuoluit triſtia vt ex frequentia facile ſuſceptibile apud eos faciat.

* Unde in conſolationẽ ſubdit: a Audiſtis quia ego dixi vobis/ vado vobis parare locum c Et venio ad vos/ vt aſſumam vos ad meipſum. Simile habetur. ſ. eodem in pncipio: Nõ turbeꝫ coꝛ veſtrum. Et ſubdit: quare non debent turbari: quia in domo patris mei multe manſiones ſunt: quia conſideratio premij minuit vim flagelli. Et ſubdit: Si abiero ⁊ preparauero vobis locum/ iterũ venio ⁊ accipio vos ad meipſum. d Si diligereti me ⁊c̃. Hec ſatis expoſita ſunt ſuperius. Sed quia hoc euãgeliũ in die pentecoſtes legitur: quãdo miſſus eſt ſpiritusſanctus qui eſt amoꝛ: ideo in ſumma poſſunt in hoc euangelio notari decem ſigna amoꝛis. Primũ ſignũ ẽ/ qñ homo libẽter audit de illo loqui. Secũdũ/ qñ libenꝫ ⁊ frequenꝫ de illo loquiꝫ. Hec duo exprimunꝫ: ibi: Si qs diligit me ſermonẽ meũ ſeruabit/ memoꝛiter tenẽdo ⁊ libenter loquẽdo de illo ⁊ audiendo. Vñ Bern. Chriſtus eſt mel in oꝛe. i. libenter loquiꝫ de eo: melos in aure: id eſt libenter audit: iubilus in coꝛde: id eſt libenter recolit. Vñ Canꝫ. v. b. Anima mea liquefacta ẽ vt dilectus locut⁹ eſt. Et. ſ. iij. d. Amicus ſponſi qui ſtat ⁊ audit eũ/ gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Tertium ſignum eſt quando frequentat locum ⁊ libenter eſt cum amico: ibi: Et ad eũ veniemus et mãſionem apud eum faciem⁹. Deuꝫ. xxxiij. b. Beniamin amantiſſimus dñi habitabit confidenter in eo quaſi in thalamo moꝛabitur. Canꝫ. iij. b. Tenui eum nec dimittam. Quartum eſt: quando aſſidue cogitat de illo: Ubi eni eſt theſaurus tuus: ibi ẽ ⁊ coꝛ tuũ: Matth. vj. c. qđ notatur ibi: Qui non diligit me ſermones meos non ſeruat: id eſt non ſepe de me cogitat qui non diligit. Vñ Pſ. Proieciſti ſermones meos retroꝛſum. Item Pſ. Poſuerũt me abominationem ſibi. Quintum/ quãdo magis diligit datum propter illum qui dedit qꝫ propter valoꝛem dati: qđ notatur ibi: Et ſermonẽ quem audiſtis non eſt me⁹ ⁊c̃. q. d. non debetis ſermonem diligere propter ipſius vtilitatẽ ſermonis tm̃/ ſiue propter ſe: ſed pter datem. Sextum eſt ſecretoꝝ reuelatio: ibi: Paraclet⁹ aũt ſpũſſanct⁹ ille voſ docebit oĩa ⁊c̃. j. xv. b. Jam non dicã vos ſeruos ſed amicos ⁊c̃. Vos autem dixi amicos: quia quecũqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Septimũ eſt munuſculoꝝ largitio: ibi: Pacem relinquo vobis ⁊c̃. Sicut qñ vadit ſponſus i peregrinationẽ ⁊ dat anulũ ſponſe/ dicẽs: Ob memoꝛiã mei ſeruabis hoc. Octauũ eſt triſticia de amici ſui receſſu: qđ notatur ibi: Nõ turbetur coꝛ veſtrum: quia recedo: neqꝫ foꝛmidet: quia cito redibo. Nonũ ſignum eſt leticia de exaltatione dilecti: qđ notatur ibi: Si diligeretis me gauderetis ⁊c̃. qꝛ pater maioꝛ me ẽ: ad cui⁹ potioꝛa bona vado. Decimũ ſignum eſt: quãdo parũ ſibi videꝫ quãtũcũqꝫ fuerit diu dilect⁹ cũ eo: qđ notaꝫ ibi: Jã nõ multa loquar vobiſcũ. q. d. parum mihi videtur ⁊ vobis etiã.

Moraliter

Nota decem ſigna amoris

Pſ. 49.

Pſ. 87.

¶ Surgite eamus hinc

S Urgite eamus hinc. ¶ Expoſitio Cap. XV.
Hic incipit qntūdecimū capitulū. Et melius eſt vt h̄ incipiatur q̄ infra: q: ibi inciſus eſt ſermo dñi. Pre-dicta eni diſcumbēs dixerat et diſcūbentib9: ſed modo ad aliū locum iuerunt: vbi ſermonem cōſūmauit et oratione fecit ad patrē. Et diuiditur hoc capitulum in ſex partes. In prima parte eos ad alium

A locum traducit. Secūdo metaphorā vitis ꝓponit/ intēdēs eos monere vt maneant/ ⁊ non recedāt a ſe: ibi: Ego ſū vitis ⁊c. Tertio dat preceptum charitatis/ et oſtendit ſigna ſue dilectionis: ibi: Hoc ē preceptū meum ⁊c. Quarto exhortatur eos multis rationibus ad ſuſtinenda odia ⁊ perſecutiones mundi: ibi: Si mūdus vos ⁊c. Quinto de peccato iudeoꝝ inexcuſabili: ibi: Si non veniſſem ⁊c. Sexto de teſtimonio ſpiritusſancti contra iudeos: ibi: Cum aūt venerit paraclet9 ⁊c. Dicit ergo: a ¶ Surgite ⁊c. Et cōtinuat h̄ ſm Aug. ſic. Dixerat: Sic mādatū dedit mihi pater/ ſic facio: vt ergo h̄ cognoſcat mūdus: b ¶ Eamus hinc/ ad locum. ſ. vbi ſum tradendus ad mortem. Sed Chryſ. querit: cur locū mutauit: an timebat ne illuc veniret iudas et iudei anteq̄ finire potuiſſet ſuū ſermonē: et ideo fugit in aliū locū: Abſit: ſed paululum reſpirare dat diſcipulis: tremebāt eni ⁊ formidabāt: et pro tēpore/ q: nox erat: pro loco/ quia in villa manifeſta. Unde et timore ſtupefacti non attendebāt his que dicebant a chriſto: ſed ſemper imaginabant eos qui aggreſſuri erāt ipſos/ et maxime q: vox magiſtri expectare faciebat mala. Dixerat eni: Adhuc modicū vobiſcū ſum. ſ. xiij. d. Et. ſ. xiiij. d. Jam nō multa loquar vobiſcū: venit eni princeps ⁊c. Quia igit hec et alia audientes/ turbabant: ducit eos in aliū locū/ vt quaſi in tuto ſe eſſe eſtimantes/ cum ocio audiant ⁊ animo attēdāt: Eteni debebant magna audituri eſſe dogmata: et ideo dicit: Surgite eamus hinc. Et cum duxiſſet eos i alium locū/ ait: c ¶ Ego ſum vitis vera. Quia iturus erat ad paſſionem: ne ſcandalo paſſionis ſepararent a fide et dilectione ei9: ideo monet eos ꝑ ſimilitudinē vinee: ne ſepararent ſe/ ſed maneant in eo ſicut palmes in vite. Uel ſm Chryſ. Ne dicant: omnibus nos inimicos conſtituiſti/ ⁊ tunc nos deſeris ⁊ recedis: oſtendit q̄ nō dimittit eos/ ſed ita ꝯglutinat9 eis ē vt palmes in vite ſi voluerint. Item quia rudes erant ad intelligendum: ideo parabolam proponit: et ꝑ ipſam parabolam vult oſtendere q̄ eis qui non attendūt his que dicunt/ non eſt viuere ſicut nec palmes ſine vite. Itē q: dixerat ſ. xiiij. b. Qui credit in me/ opera que ego facio ⁊ ipſe faciet ⁊c. ideo oſtendit hic q̄ ſigna que facturi erāt/ ſua virtute facerent: ſicut palmes habet fructū ab humore vitis. c ¶ Dicit ḡ: Ego ſū vitis. Aug9. Uitis dicitur per ſimilitudinē/ nō per proprietatem: quemadmodū dicitur ouis/ agn9/ leo/ petra angularis. Dicit etiam chriſtus vitis ⁊ diſcipuli palmites ſm q̄ eſt caput eccleſie noſq̄ membra eius/ vnius. ſ. nature cum palmitibus. d ¶ Vera/ ad differentiam illius vmbratice vinee: que conuerſa eſt i amaritudinem vitis aliene. Eſa. v. a. et Hiere. ij. d.

¶ Et pater meus

Moraliter Moraliter a ¶ Surgite/ eamus hinc. Surgite de fecibus peccatorū: eamus per viā mādatorū. Surgite d̄ cena:

Ps. 126. eam9 ad celū. Ps. Surgite poſtq̄ ſederitis. Uel Surgite de ſeculari ꝯuerſatiōe/ ad clauſtralē. Michee. ij. c. Surgite ⁊ ite quia non habebitis hic requiē. Labor eñ eſt in peccato. Un̄ Hiere. ix. b. Ut inique agerēt laborauerūt. Eccs. x. c. Labor ſtultoꝝ affliget eos: qui neſciūt in vrbē pergere. Sap. v. a. Ambulauimus vias difficiles. Item in mundo. j. xvj. g. In me pacem/ in mundo preſſuram habebitis. Hiere. viij. c. Quare ſedemus: venite ingrediamur ciuitatem munitam: religionem. ſ. vel penitētiam: ⁊ ſileamus ibi. i. i clauſtro vel i penitentia ſine murmure ſimus: quia dñs noſter ſilere nos fecit: ⁊ potum dedit nobis aquam fellis. Alia littera habet: Et proijciamur ibi: q: in clauſtro debet ꝓpriū velle abijci et non

Ps. 83. extolli. Unde Ps. Elegi abiectus eſſe ⁊c. Hiere. iiij. b. Congregamini/ et ingrediamur ciuitates munitas: nolite ſtare.

Sed de malis Exo. xv. b. Fiāt imobiles quaſi lapis. Sequit c ¶ Ego ſum vitis vera. q. d. eis qui ſurrexerint et iuerint dabo vinū. Uiatores eni ſolent bibere vinū. Mat. xj. d. Uenite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis/ ⁊ ego reficiam vos. Cant. v. a. Comedite amici/ bibite ⁊ inebriamini chariſſimi.

## Capitulum XV

abc S Urgitē eāmus hinc. Egō ſum vitis vēra:

Eccj. xxiiij. c. Uenite ad me oēs q̄ ꝯcupiſcitis me ⁊ a generatiōib9 meis adimplemini. Ipſe eni dicit ſe vitem: ibidē: Ego quaſi vitis fructificaui. Dicit aūt chriſt9 vitis/ multis rationib9. Prima ē: q: ſicut mediāte vite mutat aqua in vinū: ſic per chriſtū factū ē ad litterā. ſ. ij. b. Sic etiam ꝑ ipſum aqua carnalis ſenſus mutat i vinū ſpūalis intellectus: Sic etiā per ipſū aqua tribulatiōis ⁊ anguſtie ꝯuertit in vinū iocūditatis ⁊ leticie. Unde. j. xvj. c. Triſticia vr̄a vertet in gaudiū. Ps. Scdm multitudinē doloꝝ ⁊c. ij. Cor. j. a. Sicut abūdant paſſiones chriſti in nobis: ita ⁊ per chriſtū adundat conſolatio noſtra. De hoc vino dicit Ps. Uinū letificat cor hoīs. Heſter. j. b. Uinū quoq̄ vt magnificētia regia dignū erat abundans ⁊ precipuū ponebat. Eſa. lv. a. Uenite/ emite abſq̄ vlla cōmutatiōe vinū ⁊ lac. Secūda ratio quare dicitur vitis/ eſt abūdantia ſue liberalitatis: Uitis eni totū dat palmiti ⁊ nihil ab eo recipit: Sic chriſt9 dat nobis gratis humorē gratie/ et nihil recipit a nobis. Unde dicit Interlin. j. eodē: Ego ſum vitis: totum vobis dans/ nihil a vobis accipiens. Ps. Bonoꝝ meoꝝ non eges. Job. xxij. a. Quid prodeſt deo ſi iuſtus fueris: Tertia ratio ē: q: ſine ipſo nō poſſumus fructum facere. Uel ſicut dicit. j. eodem. Sine me nihil poteſtis facere. Et de hoc habebit poſtea. Quarta ratio eſt: quia ſicut de vite vinū: ſic de latere chriſti ſanguis q̄ ſub ſpecie vini conficitur in altari: ſicut dicitur. j. xix. f. Ideo non ſolum dicitur vitis/ ſed etiā vua. Uitis eni dicit ſm q̄ ex ipſo naſcit eccłia ⁊ ꝓpagat ſpūaliter. Dicit vua ſiue racem9 ſm q̄ nat9 ē de ſynagoga ſm carnē: q: ⁊ ipſa dr̄ vinea: Eſa. v. c. Uel melius dicit vua/ ſm q̄ beata virgo dicit vinea ex qua ortus eſt ſm carnem. Hec vua preſſa eſt i torculari crucis a iudeis: ſua aūt volūtate: ſm q̄ ipſe dicit Eſa. lxiij. a. Torcular calcaui ſolus. De iſto torculari habet Judic. vij. g. q̄ gedeon duos reges madian/ oreb ⁊ zeb iterfecit. Oreb i petra/ ⁊ zeb in torculari. Per iſtos duos ſignificat diabolus. Dr̄ eni oreb id eſt temptans: et zeb: id eſt rapiens ſiue deuorans. Temptat enim ad culpam ⁊ rapit ad penam. Gedeon: id eſt chriſtus i petra ⁊ i torculari diabolū occidit. In petra notat chriſti patiētia: i torculari ei9 anguſtia. Per patiētiā vicit temptatorē: per anguſtiam depredat9 eſt raptorē. Ad hec eni duo venit ad eū diabolus: vt temptaret eū de horrore mortis: vel forte vt impatientē redderet/ ⁊ vt raperet aīam eius ſi q̄d iuris in eo habere poſſit. Unde ipſe dicit ſ. xiiij. d. Uenit princeps mūdi huius ⁊ in me non habet quicq̄. Sed chriſtus ex patiētia reſtitit temptationi. Unde dicentib9 mēbris diaboli: Si fili9 dei es deſcēde de cruce: Mat. xxvij. e. et Luc. xxiij. e. ipſe nō deſcēdit: ſed patiens ꝑſtitit et ex anguſtia raptorem expoliauit: q: ex anguſtia ſiue preſſura crucis exiuit ſanguis redemptiōis: quo redempta ē preda que a predone tenebat captiua: Scdm q̄ dr̄. j. Pet. j. c. Precioſo ſāguine agni. Et j. Cor. vj. d. Empti eſtis ꝑcio magno ⁊c. Et nota q̄ ex vna pte corporis exiuit vinū tm̄/ vt a pedib9 ⁊ a manib9: ex alia pte exiuit vinū ⁊ aq̄. ſ. a latere. i. ſāguis ⁊ aq̄. Et ꝑ h̄ ſpūalit notatur q̄ dñs q̄buſdā exhibet vinū: quibuſdā vero vinū ⁊ aquā: quia due ſūt partes eccleſie/ vt dic̄ Glo. ſup illud Math. xij. d. Uiri niniuite ⁊c. Una q̄ peccare neſcit: altera q̄ peccare deſiſtit. Primi ſūt innocētes: ſecūdi penitētes. Primi deſignantur ꝑ reginā auſtri/ de cui9 pctō non legit: ſecūdi ꝑ niniuitas. Primi bibūt vinū purū: quia dñs talibus infundit et confert ſpūalius ⁊ puri9 gaudiū. Talib9 dicit: Inebriamini chariſſimi. Alijs aūt dat vinū cū aqua: q: ſicut debēt gaudere de venia/ vt tñ ſemper doleant ⁊ recogitent ꝑterita male acta. Unde Eccj. v. b. De ꝓpiciatu peccatoꝝ noli eſſe ſine metu. Talibus dicit: Bibite amici: Cant. v. a. Ps. Calix i manu dñi vini meri/ quo ad ꝑmos: plenus mixto/ q̄ ad ſecundos. Sequit

Christus dicitur vitis multis rationibus

Ps. 93.

Ps. 103.

Ps. 15.

Cāt. 5. b.

Ps. 74.

* Et pater meus

a Et pater meus agricola eſt.
b Omnē palmitem in me non
ferentem fructum tollet eū: et
c d omnē qui fert fructū purga-
e bit eum/ vt fructum plus affe-
f g rat. Jam vos mūdi eſtis ꝓ-
pter ſermonem quē locutus
b ſum vobis. Manete in me ⁊
i k ego in vobis. Sicut palmes
non poteſt ferre fructum a ſe-
metipſo niſi manſerit in vite:
l m ſic nec vos/ niſi in me manſe-
n o ritis. Ego ſum vitis: vos pal-
p q mites. Qui manet i me ⁊ ego

☞ a Et pater meus agricola eſt: cum quo ipſe filius eſt idem agricola/ inq̄tū deus. Sed de patre dicit cōdeſcenſiue: de quo maiorem habebāt opinionē: in quo dat eis fiduciam/ cū pater habeat eorū curā ⁊ diligentiā. Et cū pater habeat eoꝝ curā/ ⁊ ꝙ faciāt ipſi qđ i ſe eſt ⁊ nō reſupini fiāt: pigris cōminaꝶ preſciſſionē/ dicens: b Omnē palmitem in me non ferentem fructum tollet eum/ vt agricola. In quo inſinuat ꝙ ſine operibus nō poſſunt manere in eo: ſed oportet ꝙ manentes in ſe mandata eius faciāt ⁊ aduerſa ſuſtineant. Item in hoc notat iudam ꝙ ꝓ infructuoſitate ſua ſit abſciſus. Et qꝛ in hoc terruerat/ in ſequēti mulcet/ dicens: c Et omnē qui fert fructū/ operū adherēs viti per fidem et charitatem: d Purgabit eum/ vel/ purgat: id eſt excolit ⁊ germinabiliorē facit circūcidendo ſuperfluitatem. Vel/ Purgabit: hoc q̄ntum ad tribulationes eorum dictum eſt. Auguſtinus. Purgabit mūdando corda/ ſpiritum veritatis ⁊ charitatis infundendo. e Vt fructū plus afferat. Ecce vtilitas purgationis: id eſt tribulatiōis: in quo conſolaꝶ eos/ oſtendens ꝙ tribulatio eorum fructuoſa. Et nota ꝙ nō dicit purgandam vitem/ ſiue radicem excolendam: ſed/ eum: id eſt palmitem: et tamē radices etiam vinearum ſolent excoli ⁊ terra circūfodi: quare ergo non dixit hoc de vite? Solutio. Per hoc oſtēdit ꝙ ipſe ſibi ſufficit: diſcipuli ꝟo indigent purgatione et agricole auxilio. Unde chriſtus non ſe dixit vitē/ quia indigeret cultura: ſed propter hoc tm̄ vt ſciant quoniā ſine eius virtute nihil operari poſſūt: ⁊ quoniā eos ita vnitos eſſe oportet fidei eius vt palmites viti. Sequiꝶ: f Jam vos mundi eſtis ⁊c̄. Quia dixerat metaphoram/ ⁊ non expreſſerat de quibus diceret: ideo vt non dicant de quibus hoc dicis/ ⁊ ita in ſollicitudinem mittanꝶ: ideo metaphoram ad eos aptat/ dicens: Jam vos mūdi eſtis ⁊c̄. quaſi vos eſtis palmites de quibus dixi. Vel ita cōtinua: Dixerat ſe vitem/ ⁊ agricolam patrem: ne ergo crederetꝶ filꝰ indigere cultura ſicut vitis: et non eſſe agricola ſicut pater: f Jam vos mūdi eſtis: id eſt purgati in parte ſicut palmes. g Propter ſermonē quem locutus ſum vobis. q. d. ſi pater ē agricola ⁊ purgator: ⁊ ego purgo/ qui idē deꝰ ſum cū eo. Tertio continuaꝶ ſic. Dixerat ꝙ quidā palmites abſcindūtur/ quidā purgantur: ne ergo credant ſe eſſe de abſciſis dicit: f Jam vos mūdi eſtis: q̄ſi vos eſtis illi purgati ⁊ fructificātes qui tn̄ purgamini adhuc propꝶ ſermonē quē locutus ſum vobis: id eſt eruti eſtis ab errore iudaico ⁊ ab iniquitate ꝑ meā doctrinam: ſcđm Chryſoſtomū: et ſm Auguſtinū loquiꝶ de mūdatione baptiſmi que fit per ſermonem. Nō dicit aquā: qꝛ ⁊ ipſa ſine verbo eſt aqua ſolum: ſed per verbū fit ſacramentū. h Manete in me: id eſt facite qđ in vobis eſt: nō abſcindamini a me per timorē. i Et ego in vobis. q. d. vos eſtis palmites ⁊ poteſtis tolli vel dimitti in vite ſi vultis: ſed ego ſemper maneo ſicut ſtipes manet. Chryſoſtomus. Ut non pro trepidatione abſcindanꝶ ab eo/ laxatam eoꝝ timore animā reſtringit ⁊ ſibiipſi cōglutinare intendit: et ideo benignam oſtendit ſpem/ dicens: Et ego in vobis. q. d. radix quidem manet: tolli ꝟo et dimitti palmitum eſt. Vel/ h Manete in me. q. d. feci qđ in me eſt: facite ergo qđ in vobis. Ego vos purgaui: veſtrū eſt decetero fructificare. Sed vt hoc poſſitis/ oportet in me manere. h Manete/ ergo/ in me: id eſt mihi adherete per fidem: ⁊ ne recedatis ꝑ tribulationē. i Et ego in vobis: id eſt vobis adherebo ⁊ ſubminiſtrabo humorē. Et hoc oportet: quia/ k Sicut palmes non pōt ferre fructū a ſemetipſo niſi māſerit in vite: qꝛ ꝑ adheſionē recipit a ſtipite ⁊ radice vitis humorē. l Sic nec vos/ poteſtis fructū facere: m Niſi in me māſeritis/ fide ⁊ amore. Et hoc patet: quia/ n Ego ſum vitis. i. ad ſimilitudinē vitis: q̄ totū dat palmitibꝰ ⁊ nihil ab eis accipit. o Vos palmites. Hoc dicit/ vt dicit Chryſoſtomꝰ/ ne crederent diſcipuli ꝙ eorū miniſterio chriſtus indigeret. Itē vt ſciant ꝙ miracula nō faciāt niſi eius virtute nec alia bona. Ideo etiā ꝙ dixerat ſupius ſe eſſe vitē/ repetit ꝓpter impreſſionem in mēte eoꝝ ⁊ explanationem: Vñ adhuc ſubdit idē: ſed alijs verbis confirmat in eis qđ dixerat. p Qui manet in me. q. d. non ſolū vos ſpecialiter/ ſed et generaliꝶ quicūqꝫ manet in me/ faciēdo qđ in ſe eſt/ vt a me nō diſiūgaꝶ: q Et ego in eo/ faciēdo qđ in me eſt ⁊ ꝑficiēdo ☞

* a Et paꝶ meꝰ agricola eſt. Ager chriſtus. Hūc agrū coluit pater: Geñ. xxvij. d. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Iſte ager ſiue hec vinea precepto et diſpoſitione patris fuit foſſa in paſſione: ſm illud Pſ. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos ⁊c̄. Eſa. ij. c. Ingredere in petrā/ abſcondere in foſſa humo. iiij. Reg. iij. c. Facite alueū torrētis huius in foſſas ⁊ foſſas. Item paxillata fuit/ quando chriſtus ligatus eſt ad palum ſiue ad columnā. Item putata fuit in palmitum. i. diſcipulorū receſſione ab eo. Ideo diciꝶ Cant. ij. c. Tempus putationis aduenit. Matth. xxvj. f. Tunc diſcipuli relicto eo oēs fugerunt. Iob. vj. c. Neceſſarij mei receſſerūt a me. Et. xix. b. Noti mei q̄ſi alieni receſſerūt a me. Itē fleuit hec vinea in ſudore: vel ad litteram/ in cruce: ſicut dicitur flere vinee. Heb. v. b. Cum clamore valido ⁊ lachrymis offerens exauditus eſt. Item propagines emiſit in manuum extenſione. Unde Eſa. lxv. a. Tota die expandi manus meas ad populū incredulum qui graditur in via nō bona. Item floruit in ſanguinatiōe: Fructū tulit in anime emiſſione. Emiſit enim ſpiritū quaſi noſtre redemptionis precium et fructū. De quo fructu dicit apoſtolꝰ. j. Corinth. j. d. Factus eſt nobis ſapientia a deo et iuſticia et ſanctificatio et redemptio. b Omnē palmitem in me non ferentem fructum/ tollet eum: et omnē qui fert fructū purgabit eum. Quidam enim per tribulationem tolluntꝶ ⁊ abſcinduntꝶ: quidam ꝟo purganꝶ: ſicut vas reprobum in igne crepat: ſed vas bonum ibi conſolidaꝶ. Malach. iij. a. Purgabit filios leui. Non dicit/ filios babylonis: quia bonos probat ⁊ examinat. Prouerb. iij. b. et Heb. xij. b. Flagellat omnē filium quem recipit: Sicut ancilla lauat vas integrum: ſed non confractū/ imo proijcit: ⁊ ſicut agricola curā habet terre fructifere ⁊ non ſterilis: e Ut fructum plus afferat: quia in tribulatione creſcit fructus. Unde Eſa. xxvij. ſm aliam litteram. Tribulatio ſuper tribulationē: ſpes ſuper ſpem. Iaco. j. a. Omne gaudiū exiſtimate fratres mei cum in temptatiōes varias incideritis. Et ſubdit fructū: Scientes qm̄ probatio fidei veſtre patientiam operaꝶ: patientia autem opus perfectū habeat. f Jam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Illi igitur qui non poſſunt agere magnas penitentias/ ſaltem debent libenter audire verbū dei ⁊ facere ꝓ poſſe: quia ſi nō poſſunt purgationē tribulationis/ poſſunt mūdari ꝑ verbū ꝑdicationis. Sermo em̄ dei eſt aqua. Ioh. vij. f. Si q̄s ſitit veniat ad me et bibat. Sed quare nō ſūt mūdi illi qui tot audiūt ſermones/ maxime theologi? Apoſtoli em̄ nō niſi ꝑ tres annos ad plus audierunt. Sed ipſi ſūt ſicut panni in quibus ponunꝶ cineres qui ſordidanꝶ vnde alij lauanꝶ. Item nota ꝙ q̄ntumcūqꝫ ſit bona lixiuia/ nunq̄ ꝓpter hoc lauantur panni niſi ponanꝶ in ea et moueanꝶ ⁊ fricenꝶ. Similiter qꝛ cor: id eſt affectionē nō ponūt in verbis domini nec cōfricant ibi: ideo nō lauanꝶ. h Manete in me ⁊ ego in vobis. i. Ioh. iiij. c. Deus charitas eſt ⁊ qui manet i charitate ⁊c̄. k Sicut palmes ⁊c̄. ſic nec vos niſi i me māſeritis: qꝛ aliꝶ humorē grē nō recipietis. Eſa. lix. a. Peccata vr̄a diuiſerūt inꝶ vos ⁊ deū veſtrū. Ideo di Eph. iij. d. In charitate radicati ⁊ fūdati. n Ego ſum vitis ⁊c̄. Hoc

Moraliter

Pſ. 21.

B eſt ⁊ perficiendo qḋ ſibi deeſt: a Hic fert fructum mul/tum: per me ſubminiſtrantē humorem gratie. b Quia ſi/ne me nihil poteſtis facere: nec parū/ vos etiā apoſtoli q̄ tanti eſtis: multo magis nec alij: et hoc eſt magnum damnum carere fructu. Sed ne credat hoc ſufficere in penam non ma/nentium in eo: ideo vlterius pducit ſer/monem ad ſupplicium dicens: c Si quis in me non manſe/rit: qḋ eſt in liberta/te arbitrij. i. ſi nō fece/rit qḋ in ſe eſt vt ma/neat in fide. d Mit/tetur foras: id eſt non excoletur vltra manu agricole et cu/ra eius/ et diligentia carebit. e Sicut palmes/ abſciſſus proijcit. f Et areſcet. Chryſoſtom⁹: ſiccat: id eſt ſi quid habebat radicis deponit. i. gratiā: ⁊ denudat ea. Et quis vlti/mus finis? Ecce/ g Et colligent eum. Glo. meſſores an/geli: vt dicit Matth. xiij. c. h Et in ignem mittent/ ge/henne: i Et ardet/ vel/ ardebit. Glo. vel in vite ſunt: vel in igne. Et nota ꝙ intētio domini eſt hortari diſcipulos vt nō recedāt ab eo tempore temptationis. Unde ponit exemplum vitis: et monet eos blandis ⁊ triſtibus: Promittit enim fru/ctum manentibus: recedentibus ṽo cōminatur carentiam fru/ctus/ cū dicit: Sicut palmes nō pōt facere fructū ⁊c. Et ibi: Sine me nihil poteſtis facere. Comminat etiam ignis ſupplicū: vt ibi: In ignem mittent et ardet. Et qꝛ dixerat manendū in ſe/ oſtendit quid ſit in ſe manere/ dicens: k Si manſeritis in me: et/ pro id eſt/ ſi verba mea in vobis manſerint: Querit enim dominus eam que ꝑ ope/ra oſtenſionem/ quia ſponte. Auguſtin⁹. Tunc verba dicunt manere in nobis: quādo facimus que precipit: ⁊ diligim⁹ que pmittit: qui enim non facit/ tangit: ſed non coheret. m Quod/cūꝗ volueritis petetis: quia tales inquātū tales/ nō vo/lunt niſi que ſunt ſalutis. n Et fiet vobis: etſi non alijs pro quibus oratis. Et nota ꝙ premiſit meritum: ſicut etiam ſupra. xiiij. b. dicēs: Quoniā quodcūꝗ petieritis patrē in noīe meo hoc faciam: ⁊ induxit: Si diligitis me mandata mea ſer/uare. Item nota ad continuationē/ ꝙ ſupra terruerat/ dicens: Si quis in me nō manſerit/ mittet foras ⁊c. ideo hic conſolat ſtatum/ ſubdens: Si manſeritis in me ⁊c. Item in predicto ṽbo notauit iudam ⁊ iudeos inſidiatores. q. d. illi ardebunt: ſed vos manebitis in me ⁊ fructificabitis. Illi ergo timere debent ⁊ formidare: non vos qui eſtis in me: vos enim eſtis inexpugnabiles: quia patri placetis. Unde ait: o In hoc clarificatus eſt/ vel/ glorificatus eſt pater meus vt fructum plurimū afferatis. Chryſoſtom⁹. Sermo/nem quem prius dixerat: Quodcumꝗ volueritis pe/tetis ⁊c. dignum fide facit per hoc quod ſubdit/ In hoc glorificatus eſt pat meus ⁊c. Si enim fructificare per/tinet ad gloriam patris: non contemnet pater gloriam ſuā ſed faciet qḋ petitis vtile ad fructū. Neemie. viij. c. Gaudiū dñi eſt fortitudo veſtra. Et eſt ſenſus: In hoc glorificatus eſt pater meus ⁊c. id eſt letatur ſi in me maneatis ⁊ fructum fe/ratis: ⁊ amat veſtrum fructū. Si ergo amat vos cōficite: ſi eſt patris gloria fructificatio veſtra/ nihil ſuſpicemini vel timea/tis malicioſum. Itē nota ꝙ quia dixerat ſuperius: Manete i me. Et iterū: Qui manet in me ⁊ ego in eo. Et iterum: Si mā/ſeritis in me: et verba mea in vobis manſerint ⁊c. et non ex/preſſerat: manete in patre: ne propter hoc crederent eum pa/trē excludere ⁊ minus cōfiderent in filio tanꝗ minus forti eos ſine patre continere: ideo dicit: In hoc glorificatus eſt pater meus: id eſt in hoc apparet gloria patris. p Et fructum plurimum afferatis: Eius enim gloria cuius gratia vos fructū habetis. In quo oſtendit ꝙ ſicut a ſe: ita ⁊ a patre habent vnde fructificent. Per hoc etiā oſtendit ꝙ non opera iudeorum gloria ſunt patris: ſed ea que facturi erāt ipſi diſcipuli. q Et efficiamini mei diſcipuli. q. d. fructū facere hoc eſt diſcipulū eſſe. Et ſicut eſt gloria patris veſter fructus: ita eſt ⁊ gloria magiſtri: id eſt mei cuius eſt donum. Eph. ij. b. Dei donū eſt nō ex operibus vt ne quis glorietur: ipſius enim ſumus factura/ creati in chriſto ieſu in operibus bonis. Sed ne dicāt: cecidim⁹ a paternis auxilijs derelicti ſu/mus nudi et deſerti ab omnibus facti ſu/mus: ideo ſubdit: r Sicut dilexit me pater/ et ego dilexi vos. q. d. in ꝭ me aſpicite:

Ar. ⁊ eos
Ar. ⁊ ardent

a in eo/ hic fert fructum multū:
b quia ſine me nihil poteſtis fa/
c cere. Si quis in me non man
ſerit: mittetur foras ſicut pal/
mes et areſcet: et colligēt ⁊ eū
et in ignem mittent et ⁊ ardet.
Si manſeritis in me et verba
m mea in vobis māſerint: quod/
n cūꝗ volueritis petetis: et fiet
o vobis. In hoc clarificatus
p eſt pater meus vt fructū plu/
q rimum afferatis: et efficiamu/
r ni mei diſcipuli. Sicut dile/
xit me pater ⁊ ego dilexi vos.

Matth. ... Marc. ...
B

* vitis ⁊c. Hoc patet. b Quia ſi/ne me nihil poteſtis facere: nec etiā bñ cogitare. Un. j. Cor. iiij. b. Quid habes qḋ nō accepiſti? ſi aūt accepiſti/ qd gloriaris q̄ſi nō acceperis? Itē. ij. Cor. iij. b. Nō ꝙ ſufficiētes ſim⁹ cogitare aliqd a nob q̄ſi ex nob: ſed ſufficiētia nr̃a ex deo eſt. Itē nec loqui bñ eſt a nobis. Prouer. xvj. a. Hois eſt ani/mā pparare: ⁊ dñi gubernare linguam. Et Ps. Lingua mea calamus ſcribe. Matth. x. c. Non eñ vos eſtis qui loqmini. Ps. 44. Itē nec bñ opari. Eſa. xxvj. c. Oīa opera nr̃a opatus es i no/bis. Hiere. x. d. Scio dñe qꝛ nō eſt in homie via eius: nec vi/ri eſt vt ambulet ⁊ dirigat greſſus ſuos. c Si quis in me nō māſerit: in pſenti ꝑ fidem ⁊ cōſtantiā in penitētia/ vel tē/ptatione: d Mittet foras: in futuro a ſanctorum ſocieta/te. Erit eñ cum hedis: non cū agnis in iudicio: Matth. xxv. c. Item Apoc. vlt. c. Foris canes. f Et areſcet. i. omni bono deficiet. g Et colligent eū/ vel/ eos/ ꝑ faſciculos: h Et i ignē mittēt ⁊ ardet: ſm illud Eſa. xxxiij. b. Spine ꝯgregate igni cōburent. Matth. xxv. d. Ite maledicti i ignē eternū. Et nota ꝙ collecti dicunt mitti i ignem: qꝛ corpore ⁊ anima ſuſcitati damnabunt. Uel collecti dicunt q̄tū ad cōſi/miles penas ⁊ culpas. Un̄ Matth. xiij. d. Colligite primū zi/zania/ ⁊ alligate ea in faſciculos ad comburendum. Ibi dicit Glo. Non in vnū faſcem: quia ꝓ modo peruerſitatis ſue vnuſ/quiſꝗ punict. Itē Iſidor⁹. Cōſimilis culpe reos/ ꝯſilis cru/ciatus cōſtringet. Matth. iij. c. Paleas cōburet igni inextin/guibili. De quo igne habet Eſa. lxvj. g. Ignis eoꝝ nō extin/guet. Hoc eſt ꝗ iudiciū vitis inutilis vt ardeat. i. prauoꝝ chri/ſtianoꝝ: ⁊ maxime prauoꝝ theologoꝝ q̄ deberēt ferre vinum bone doctrine: ⁊ meliores deberēt eſſe ceteris ⁊ ſunt peiores. Un̄ Glo. Sarmēta pciſa ceteris lignis viliora ſunt: qꝛ nullis vſib⁹ deputant/ ꝰ igni vel in igne ſūt vel in vite. Ezech. xv. a. Filij hois qd fiet de ligno vitis? Et poſtea dicit. Quō lignū vitis int ligna ſiluaꝝ qḋ dedi igni ad deuorandū: ſic tradā ha/bitatores hierl'm: ⁊ ponā faciē meā i eos: De igne egredient: et ignis cōſumet eos.

Mali dicunt cōburendi ſic:
- Spine/ ppt auaricie aſperitatē ⁊ pūctionē.
- Palee/ propter ſuperbiā ⁊ leuitatem.
- Napta/ ppt inuidiā ⁊ ire ⁊ odij diſcordiā.
- Saramenta/ propter ſterilitatem et acci/

dioſam infructuoſitatem. k Si manſeritis in me: per amorem: l Et verba mea in vobis manſerint: per operis expletionem. m Quodcūꝗ volueritis pete/tis ⁊ fiet vobis. Quia ergo nihil impetram⁹ a deo/ patet: ex hoc eſt: quia nō manemus in eo: nec verba ſua in nobis. Multū enim valet deprecatio iuſti: non dicit/ iniuſti: Iaco. v. d. Eſa. j. d. Cum extenderitis manus veſtras: auertam ocu/los meos a vobis: et cum multiplicaueritis orationē non ex/audiam: manus enim veſtre ſanguine plene ſūt. Jo. ix. f. Deus peccatores non audit. o In hoc clarificatus eſt pa/ter meus vt plurimū fructum afferatis ⁊ efficiami/ni mei diſcipuli. q. d. deus letatur de fructu veſtro ⁊ diſci/plinatu: id eſt de gloria veſtra in futurō: ⁊ diſciplina in preſen/ti. Neemie. viij. c. Gaudium domini eſt fortitudo veſtra. r Sicut dilexit me pater ⁊ ego ⁊c. Hoc patet vſꝗ ibi: * Hoc eſt preceptū

¶ me aſpicite qui amatus ſum a patre/ ſed tamē patioꝛ. Nec ēm ꝙ interfectioꝛ argumentum eſt ꝙ non amoꝛ a patre: nec ſi vos pati vel etiam moꝛi ꝑmittam argumentum eſt ꝙ non amem vos vel pater/ ſed potius ſignum eſt amoꝛis. Prouerb. iij. b. et Heb. xij. b. Flagellat omnē filiū quē recipit. Ex quo ergo diligo vos/ a ¶ Manete/ etiam inter aduerſa: b ¶ In dilectione mea: id eſt a me amando nō recedatis. Qualiter autem hoc fit/ ſubdit: c ¶ Si precepta mea ſeruaueritis:

a Manete in dilectione mea.
b
c Si precepta mea ſeruaueri-
d tis: manebitis in dilectione
e
f mea: ſicut ꝛ ego ꝑcepta patris
g mei ſeruaui ꝛ maneo in eius
h
i dilectione. Hec locutus ſum
k
l vobis vt gaudium meū in vo-
m
n bis ſit: ꝛ gaudium veſtrū im-
o pleatur. Hoc eſt preceptum
meum vt diligatis inuicem:

cauſa: vel ſine vtilitate ſua. Auguſtin⁹. Gratis odit: qui nullū
ex odio cōmodū querit vel incōmodum fugit. Sic impij ode-
runt chriſtū. Sic iuſti diligunt gratis: non propter aliud ſed
propter ipſum. Chryſoſtom⁹/ dixit cauſam odij. ſ. nequitiam
eorum. Sed neq̄ in hoc ſtat: ſed et ꝓphetam inducit hoc idē
antiquitus reſonantem ⁊ dicentem: quoniā. ſ. oderunt me gra-
tis. Sic ⁊ Paulus facit/ Roma. xj. Multis enim admiran-
tibus quare iudei non crediderunt: prophetas inducit predi-
cētes antiquitus et cauſam oſtendentes/ quoniā nequitia eo-
rum et deſpectio infidelitatis fuit eis cauſa. Sequit̄: i Cū
autem venerit paraclętus quem ego ⁊c̄. Chryſoſto-
mus. Poterant dicere diſcipuli: ſi ſermonem tuum ſeruaue-
runt ⁊ noſtrum ſeruauerunt/ vt tu dicis: ſi te perſecuti ſunt et
nos perſequent̄: ſi ſigna viderunt in te que nullus fecit: ſi ver-
ba audierunt que nullus dixit/ ⁊ nihil profecerunt: ſi patrem
tuum odiunt ⁊ te cum illo: qualit̄ igitur nos immittis ad eos:
qualiter nos fide digni erimus: qualiter attendent nobis qui
eiuſdem ſunt trib⁹ et generis nobiſcum: Ut igitur nō hec co-
gitantes turbentur/ vide quam inducit conſolationem: cum
venerit paraclętus quem ego ⁊c̄. q. d. ille dignus fi-
de teſtis erit: ideo vocat eum ſpiritum veritatis/ non ſpiri-
tūſanctum. Ideo etiā dicit: qui a patre ꝓcedit: quaſi qui
omnia certiſſime nouit ſicut ipſe diſcat quoniā noui vnde ve-
nio ⁊ quo vado. Et nota verba ſingula: i Cum autē ve-
nerit/ ſponte vt deus: nō credat̄ minor/ quia miſſus. k Pa-
raclętus: id eſt conſolator. Hoc dicit/ vt ſit fiducia conſola-
tionis/ vel aduocatus: vt ſciant ꝙ vincēt in cauſa contra iude-
os. l Quem ego mittam vobis. Ecce ꝙ filius mittit
ſpiritūſanctū ſicut pater. Unde etiam dicit̄ ſpiritus filij. Gal.
iiij. a. Miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra ⁊c̄. Item
j. Pet. iiij. c. Qui eſt eius ſpiritus ſuper vos requieſcet. Itē
Roma. viij. b. Si quis ſpiritum chriſti non habet/ hic non
eſt ei⁹. m A patre. Fili⁹ dicit̄ mittere a patre a quo habet
⁊ eſſe. Chryſ. non habet/ a patre: et dicit: Ecce non adhuc
pater ſolus: ſed ⁊ filius eſt qui mittit ſpiritūſanctum. n Spi-
ritū veritatis. Hoc dicit vt ſit fiducia predicationis. Uel
veritatis: contra vmbras legales. Uel veritatis: quaſi
non vos decipiet. o Qui a patre ꝓcedit: Ecce ꝙ et pa-
ter mittit. p Ille
teſtimoniū perhi-
bebit de me. q. d.
eadem dicet vobis
que ego. Per quod
patet ꝙ nō dico hec
blādiēs vobis: vel ꝓ
gratia vr̄a. Ille autē
erit fide dignus: quia
ſpiritus veritatis et
a patre procedet et
ita non fallet. Item
teſtimoniū perhibebit de me: non ſolum apud vos/ ſed
apud iudeos: ſiue cōtra eos manifeſtatione ſignorum que in
aduentu ſpiritusſancti facietis in nomine meo. Unde ſubdit:
q Et vos/ apoſtoli per eum illuſtrati ⁊ cōfortati: r Teſti-
moniū perhibebitis/ de me: quod modo non auderetis.
Eſa. xliij. b. Uere vos teſtes mei dicit domin⁹. Et bene pote-
ritis teſtimoniū perhibere de me: qꝛ audiſtis meā doctrinā ⁊
vidiſtis vitam: s Quia ab initio/ mee predicationis:
t Mecū eſtis. Chryſoſtom⁹. q. d. vos habebitis creduli-
tatem ⁊ fide digni eritis/ ⁊ per aduentum ſpiritus/ ⁊ quia me-
cum morati eſtis: qꝛ nō ab alijs ſed a meipſo audiſtis. Ex hoc
enim ⁊ ipſi diſcipuli certificant ⁊ confirmant ſermonem ſuum
dicentes: Qui manducauimus ⁊ bibimus cum illo: ſicut dicit
Petrus Act. x. f. Dedit eum manifeſtū fieri non omni po-
pulo: ſed teſtibus preordinatis a deo/ nobis qui manducaui-
mus ⁊ bibimus cum illo. Item Act. iiij. d. Non poſſum⁹ que
audiuimus ⁊ vidimus non loqui. Item. j. Joh. j. a. Qd fuit
ab initio qd audiuim⁹ qd vidimus oculis noſtris: quod per-
ſpeximus ⁊ manus noſtre contrectauerunt ⁊c̄. Itē Lucas in
prologo: Sicut tradiderūt nobis qui ab initio ipſi viderūt et
miniſtri fuerunt ſermonis.
∗ a Si operā non feciſſem in eis ⁊c̄. Deut. iiij. a. Moraliter
En populus ſapiens ⁊ intelligens gens magna: nec eſt alia
natio tam grandis q̄ habeat deos appropinquantes ſibi ſicut
deus noſter adeſt cūctis obſecratiōib⁹ noſtris. Itē Deut. j. e.
Portauit te dñs de⁹ tu⁹ vt ſolet hō geſtare paruulū filiū ſuū
in omni via qua ambulaſti. Litteratos em̄ quaſi tenendo ma-
nus eoꝝ portat: qꝛ ſine labore habēt bona eccleſie. Alij em̄ la-
borant ⁊ nos ī labores eoꝝ introim⁹. ſ. iiij. e. Et ideo ſubdit:
b Quia odio habuerūt me gratis. i. ſine cauſa: qꝛ ī nul-
lo poſſunt cōqueri de dño. Eſa. v. b. Quid eſt ꝙ ampli⁹ de-
bui facere ⁊c̄. i Cū venerit paraclet⁹ quē ego mittā
vobis a patre ⁊c̄. Hic notant̄ quedā ī aduētu ſpūſſancti.
Uenit em̄ ad cōſolandū: ideo dicit̄/ paraclet⁹. Uenit etiam
ad docendū: ideo dicit/ ſpm̄ veritatis. Uenit etiā ad ꝓhibē-
dū de filio dei teſtimoniū: ideo dicit/ iſte teſtimoniū ꝓhi-
bebit de me. Cōſolat̄ aūt nos in tribulatiōib⁹ nobis aſſiſtē-
do. Unde Pſ. Cū ipſo ſum in tribulatione. Eſa. xliij. a. Cū Pſ.90.
tranſieris ꝑ aquas tecū ero ⁊c̄. Itē cum ambulaueris in igne
nō cōbureris. Per aquam et ignem intelligit̄ tēptatio ꝓſpe-
ritatis ⁊ aduerſitatis. Itē. ſ. xiiij. b. Et ego rogabo patrem
⁊ alium paracletū dabit vobis: vt maneat vobiſcū in eternū.
Et poſtea. Apud vos manebit: et in vobis erit. Itē conſola-
tur in tribulationib⁹ refrigeriū preſtādo. Dañ. iij. e. Fecit me-
diū fornacis q̄ſi ventū roris flantē. Item mentē dulcedine ce-
leſti inebriando. Eccl. xxiiij. c. Spiritus meus ſemper mel
dulcis. Item ipſas tribulationes dulcedine reſpergendo.
Deut. xxxiij. c. Inundationes maris quaſi lac ſuget. Item
vtilitatem ipſarū tribulationū interi⁹ oſtēdendo: ſic ille q̄ di-
cebat: Si exurgat aduerſū me ꝓliū/ in h̄ ego ſperabo. ſ. eo. a.
Purgabit eū vt fructū pl⁹ afferat. Itē audaciā ⁊ fortitudinē Pſ.29.
prebēdo. Job. xxxix. c. Nūquid prebebis equo fortitudinē:
aut circūdabis collo eius hinitum:

Hec locut⁹ ſum vobis ⁊c. Expo. Ca.XVI.
b In p̄ma p̄te capituli dicit dñs q̄ hec q̄ dixerat ſit locut⁹ in cōſolationē maloꝝ q̄ inſtant: ⁊ ponit rationem quare non ante dixerit eis. Secundo adhuc intendens eorū conſolationi/ dicit q̄ expedit eis vt vadat: et ꝓponit rationes quare expediat: quia mittet qui arguat mundum ꝑ eis/ qui cōſolet eos ⁊ inſtruat/ q̄ futura dicat ⁊ clara miracula agat: ibi: Sed ego veritatem dico vobis ⁊c. Tertio poſt ꝯſolatoria redit ad triſtia q̄ obſcure dicta nō intelligūt: ſed eis ap̄it ꝑ exemplū mūdanū: ibi: Modicū ⁊ iā nō videbitis me ⁊c. Quarto ꝓmittit eis q̄ exaudient in omnib⁹: ibi: Si qd petieritis ⁊c. Quīto dicit ſe occulte et in ꝓuerbijs fuiſſe locutū: ſed poſtea palā loquet: ⁊ oſtēdit amorē patris ad eos: ibi: Hec in ꝓuerbijs ⁊c. Sexto cōſolati diſcipuli per ꝑdicta exultāt in fide ei⁹ ⁊ ſermones ei⁹ cōmēdant: quib⁹ dñs ecōtra oſtēdet diſꝑſionē eoꝝ futurā: ibi: Dicūt ei diſcipuli ei⁹: Ecce nūc palā loq̄ris ⁊c.

A Matth.24.a. Marci.13.b. Luc.21.d. 15.q.1.§.1.

a Hec locu- Ca.XVI.
b tus ſū vobis vt nō
ſcādalizemini. Abſq̄
c ſynagogis faciēt vos. Sed
d venit hora vt omnis qui in-
terficit vos arbitret obſe-
quium ſe preſtare deo. Et
e hec facient vobis: quia nō
nouerunt patrem neq̄ me:
f Sed hec locutus ſum vo-
bis vt cum venerit hora eo-
g h rum/ reminiſcamini quia ego
i dixi vobis. Hec autem vo-
k bis ab initio non dixi: quia
l vobiſcum eram. Et nunc
vado ad eum qui me miſit:

Dicit ergo: a Hec locut⁹ ⁊c. Poſtq̄ exemplo ſuo docuit ferre odia i q̄ ſciūt quid debeāt facere/ ſed nō poſſunt: poſtq̄ ꝓmiſit etiā ſp̄m quo poterūt reſiſtere/ addit: Hec locutus ſū vobis/ de odio meis qd̄ eſt exemplū ⁊ de ſp̄uſancto q̄ eſt firmamētū. b Ut non ſcādalizemini.i. vt charitate diffuſa in cordib⁹ vr̄is ꝑ ſp̄m ſanctū ſit vobis multa pax ⁊ nō ſcandalū in his q̄ patiemini a iudeis. Et ſb̄dit que: c Abſq̄ ſynagogi faciēt vos.i. extra ſynagogas. Chryſ. Iā em̄ cōpoſuerāt vt ſi qs eū cōfiteret chriſtū/ abſq̄ ſynagogis fieret.ſ.ix.e. Iā em̄ cōſpirauerant iudei ⁊c. Et nō ſolū h̄ faciēt: d Sed venit hora vt etiā oīs q̄ interficit vos arbitret obſequiū ſe p̄ſtare deo.q.d. veſtrā occiſionē opinabunt rem piā ⁊ deo placētē. Deinde cōſolationē inducit: e Et hec faciēt vobis: q2 nō nouerūt patrē neq̄ me/ filiū.q.d. ſufficit vobis in cōſolationē ꝓpter me ⁊ patrē hec pati: ꝓpter me em̄ ⁊ patrē q̄s ignorāt vos ꝑſequent. Siſe Matth.v.a. Beati eſtis cū maledixerint vobis homies ⁊ ꝑſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint oīe malū aduerſum vos mētientes ꝓpter nomē meū: gaudete et exultate ⁊c. Hec faciēt/ em̄/ vobis: q2 nō nouerūt ⁊c. quaſi ex ſtulta ignorātia hoc faciēt. Et hoc dicit vt min⁹ ledat eos ꝑſecutio illata ab eis ignorātib⁹. f Sed hec locutus ſum vobis/ vt cū venerit hora eorū/ maloꝝ.i. cū fient iſta mala: g Reminiſcamini q2 ego dixi vobis.i. ꝑdixi ne ignoretis. Hec em̄ viſa turbarēt/ ſed ꝓuiſa patiēter ferant. Chryſ. habet hāc litterā. f Hec locut⁹ ſum vobis vt cū venerit hora.i. oportunitas. Uel/ hora.i. temp⁹ q̄ hec implebunt: g Reminiſcamini/ horū/ vt ab his etiā cetera credibilia eſtimetis. Nō em̄ poteritis dicere/ q̄m blandiēdo adulādo vob̄ dixeri vob̄ placētia ⁊ ad gratiā locut⁹ fuerim ſolū: nec q̄m deceptoria vobis dixerim. Si em̄ deceptor eſſē nō ꝑdixiſſē vobis hec/ q̄.i. aduerſa auerūt a me: ꝓpterea igit ꝑdixi vt nō inopinata accidētia vos ꝑturbent. Itē ꝓpt aliā cauſā: vt.ſ. nō dicatis/ quoniā nō ꝑuidi futura hec. Memētote igit: h Quia ego dixi vobis.i. ꝑdixi vt.ſ. credatiſ me eſſe deū qui hec ꝑſciui: ⁊ vt ſit vobis cōſolatio ea p̄ſciuiſſe ⁊ cauſam eoꝝ. i Hec aūt vobis ab initio nō dixi.q.d. mō ꝑdico mala ventura: ſed hec nō ꝑdixi ab initio mee ꝑdicatiōis: non q2 non nouerā: ſed/ k Quia vobiſcū erā.q.d. q2 in tuto eratis q̄diu aderam: ⁊ licitum erat interrogare me quādo volebatis/ ⁊ ſup me ꝑliū omne ꝓiciebat: ideo ſupfluū erat ꝑdicere hec a principio. l Et nunc/ vel/ nūc autē vado ad eum qui me miſit: et ideo modo tempus eſt p̄dicandi.

Et nemo ex vobis

Aliter Aug⁹. dicit: i Hec aūt vobis ab initio nō dixi: nō de paſſionib⁹: ſed hec/ cōſolatoria de aduētu ſp̄uſſancti ⁊ ꝯſolatione: k Quia vobiſcū eram. Auguſtin⁹. Et cōſolabar vos mea p̄ſentia corporali exhibita humanis ſenſibus veſtris quā paruuli capere poteratis: iō nō oportuit vt ꝑdicerē vobis aduentū alterius conſolatoris. l Nūc/ autē/ vado ad eum qui [me miſit.]

Moraliter: In preſenti capitulo di: l Et nūc vado ad eū q̄ me miſit. Hō pegrinatur⁹ familie ſue ꝑdicit ſuū receſſum: ⁊ cōſolat eam lugentem: ⁊ maxime tribus modis: Aut ꝓmittit ſe non ſine lucro venturū: aut ꝑ aliquē probū virū illis in omnib⁹ ꝓuiſurum: aut ꝑ ſeipſū icōtinēti reuerſurū. Chriſt⁹ eſt iſte hō ꝑegre ꝓficiſcēs: Matth.xxv.b. Hō quidā ꝑegre ꝓficiſcēs vocauit ſeruos ſuos. Ibi dicit Greg⁹. Quis eſt iſte hō q̄ ꝑegre ꝓficiſcit niſi ſaluator noſter: q̄ in ea carne quā aſſumpſit in celū aſcēdit. Carnis nāq̄ locus ꝓprie terra eſt: q̄ q̄ſi ad ꝑegrinandū ducit/ dū ꝑ redemptorē noſtrū in celo collocat. Receſſurus ḡ chriſt⁹ ſuos cōſolat hoc tripliciter modo. De p̄mo ibi: Si abiero mittā eū ad vos. De ſecūdo ibi: Arguet mūdū de peccato ⁊c. Et ibi: Docebit vos omnē veritatē.q.d. bon⁹ tutor vobis erit contra mundum/ ⁊ doctor/ ⁊ educator. De tertio ibi: Modicum ⁊ videbitis me.q.d. cito redibo. Chriſt⁹ ḡ valefaciens/ dicit: l Uado ad eū q̄ me miſit. Uadit ad patrē primo q̄ſi de triūpho gratias acturus. Unde.ſ.xi.e. Pater gratias ago tibi q̄m audiſti me: In quo docet nos q̄ miſſi in vineā dñi ad operandū vel ꝑdicandū ſemꝑ debem⁹ redire per gratiarūactionē ad fontē omniū bonorū. Eccs.j.b. Ad locū vnde exeūt flumina reuertunt vt iterū fluant. Econtra: coru⁹ nō reuertit ad arcā: ſed columba deferens in ore ramū oliue: Geñ.viij.b. Ram⁹ oliue eſt verbū grē ⁊ miſcdie: qd̄ debem⁹ habere in ore ⁊ ad arcam.i. ad celum ad noe.i. ad deū referre ⁊ dicere: Miſcdie dñi q̄ nō ſumus cōſumpti: Threñ.iij.c. quia non defecerūt miſeratiōes ei⁹. Oīa em̄ debem⁹ eius miſericordie ⁊ grē/ nō nobis attribuere: ſicut ap̄lus: Gr̄a dei ſū id qd̄ ſū.j. Cor.xv.b. Et in eodē: Nō ego aūt ſed gratia dei mecū. Secūdo vadit ad patrē quaſi amicos curie recōmēdatur⁹: ⁊ petitiōes noſtras delatur⁹: ⁊ cauſam noſtrā defenſur⁹. Uñ.j. Joh.ij.a. Aduocatū habem⁹ apud patrē ieſum chriſtū iuſtū: ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio ꝑ peccatis nr̄is. Et Heb.vij.d. Saluare in ꝑpetuū pōt accedēs ꝑ ſemetipſū ad deū ſemꝑ viuens ad interpellandū ꝓ nobis. Tertio vadit ad patrē loca noſtra ꝑparaturus. Uñ.ſ.xiiij.a. Uado vobis parare locū: et ſi abiero ⁊ ꝑparauero vobis locū/ iterū veniā ⁊ accipiā vos ad meipſum. Ibi require de hoc. Quarto vadit mentes noſtras ad ſuperna eleuatur⁹. Matth.vj.c. Ubi eſt theſaur⁹ tuus: ibi eſt ⁊ cor tuū. Ex quo ergo chriſtus q̄ eſt theſaur⁹ ſapiētie ⁊ grē eſt in celis/ debemus illuc mente ⁊ deſiderio eleuari.ſ.xij.e. Cum exaltat⁹ fuero a terra oīa trahā ad meipſum. Matth.xxiiij.c. Ubi fuerit corp⁹ ibi cōgregabūt ⁊ aq̄le. Uñ in vigilia aſcēſiōis dicit collecta: Preſta queſum⁹ oīnipotēs deus vt noſtre mētis intētio quo ſolēnitatis venture glorioſus auctor ingreſſus eſt ſemꝑ intēdat: ⁊ quo fide pergit cōuerſatiōe ꝑueniat. Quīto vadit inimicos apud patrē accuſatur⁹ niſi ꝑniteuerint. Quid dic: Hoc qd̄ dr̄ Oſee.vij.d. Ego redemi eos ⁊ ipſi locuti ſunt cōtra me mēdaciū. Et illud Pſ. Pro eo vt me diligerēt ⁊c. Ps.108. Et.ſ.xij.g. Sermo quē locut⁹ ſū ille iudicabit i nouiſſimo.ſ.viij.c. Si iudico ego iudiciū meū verū eſt.ſ.v.g. Nolite putare q2 ego accuſatur⁹ ſim vos apud patrē. Ego.ſ.ſol⁹/ vel ſine culpa veſtra: Uñ ſubdit ibidē: Eſt q̄ accuſat vos moyſes in q̄ ſperatis. Sexto vadit quaſi de victoria mercedem acceptur⁹. Phil.ij.a. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq̄ ad mortē: mortem autem crucis: propter qd̄ et deus exaltauit illum ⁊c. Pſ. De torrente in via bibit Ps.109.

B

ꝓpterea exaltabit

a ¶Et nemo ex vobis interrogat me q̃ vadis.q.d. ex his que p̃dico vobis ventura ita triſtamini vt nihil mihi loquamini. Unde ſubdit: b ¶Sed quia hec locut⁹ ſum vobis:triſticia impleuit cor veſtrũ. In extaſim enim deuenerũt apoſtoli audita receſſiõe chriſti:⁊ ventura eis tanta tribulatione: neſcierunt enim ſi poſſent viriliter ferre. Chryſoſtomus. Magna triſticię tyrãnis violẽtia/⁊ multa nobis virilitate opus eſt ✶ reſiſtamus huic paſſioni nobiliter: ⁊ qd vtile eſt in ea fructificãtes/qd ſuperfluũ eſt dimittamus. Habet enim quid etiam vtile: Nam cum quidem peccauerimus nos vel alij/tunc ſolum triſtari bonũ eſt:cum autem in humanas neceſſitates inciderim⁹ inutilis ē triſticię vſus. Quia igiẗ et diſcipulos nõdũ perfectos exiſtentes hmõi triſticia impugnabat : vide qualiter eos dirigit per increpationẽ: qui enim pluries ante hoc iterrogabãt: ſicut petrus: Domine quo vadis.ſ. xiij.d. et ſicut thomas: Domine neſcimus quo vadis ⁊c.ſ.xiiij.a.et philippus: Oſtẽde nobis patrẽ ⁊c.hi nunc audientes:quoniã abſq; ſynagogis vos facient: ⁊ quoniã odiẽt vos: ⁊ quoniã qui interficiet vos opinabiẗ culturam ſe offerre deo:ita ceciderũt vt amiſſione locutionis detinerenẗ/et nihil ei loquerenẗ:qd eis improperãs domin⁹/dicit: Hec autem vobis ab initio non dixi:quia vobiſcũ eram: et nũc/aũt/vado ad eũ ⁊c. In quo etiã conſolaẗ eos dicens eis rationem quare hoc antea non pᷓdixit: et occultam eorum aperiens triſticiã: Non eñ parua erat mitigatio ſcire eos: quoniã ſciuerat chriſtus triſticię eorum ſupabundantiã. d ¶Sed ego veritatē dico vobis.q.d.triſticia impleuit vos ex auditis: ſed etſi decies millies cõtriſtamini qd confert audire oportet. e ¶Expedit vobis vt ego vadam:q̃ſi aliud eſt qd vobis placet.ſ.me adeſſe:⁊ aliud qd confert.ſ.me abire. Procurãtis autē eſt in his que pſunt nõ parcere quin dicat:in quo etiã domin⁹ conſolaẗ ⁊ mitigat eos:non eñ que ad gratiã veſtrã ſunt dico/ait:ſed que ad profectũ. Sed quęriẗ de hoc qd diciẗ.ſ.eodē: Hec aũt vobis ab initio nõ dixi ⁊c. Immo Math.x.b. dixit eis ĩ initio miſſionis apoſtoloꝝ:Ecce ego mitto vos ſicut oues ĩ medio lupoꝝ.Et ibidem: Tradẽt vos in cõcilijs/et in ſynagogis ſuis flagellabũt vos:⁊ ad pᷓſides ⁊ reges ducemini pꝑter me. Solutio ſm Chryſ. Flagella pus p̃dixerat: ſed ꝙ mors eoꝝ eſſet ita ſtudioſa vt putareẗ dei cultura nõ dixerat: Hoc eñ poterat eos maxime attonitos facere: ſed debebant vt impij ⁊ nociui iudicari. Uel aliter : Illic q̃ a gentibus debebãt pati/p̃dixit:hic et iudaica adiecit cũ ampliori ſupabundãtia. Iterꝫ: Illic p̃dixit futura:hic quoniã in ianuis eſt edocuit.

✶ do ad eum qui me miſit: et ideo modo opus eſt pᷓdicere de conſolatore alio. a ¶Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis:quaſi ita palam vadã ⁊ nullus interroget qd viſu corporali fieri cernet. Viderũt eñ in nube aſcẽdentē certi de gloria:qui pus p̃dicta paſſione quęſierãt: Dñe quo vadis.ſ.xiij.d. b ¶Sed quia hec locut⁹ ſum vobis/me iturum a vobis. c ¶Triſticia impleuit cor veſtrũ.q.d.tunc quãdo videbitis aſcendere/nõ quęretis/nõ dubitabitis: ſed mõ triſtamini. Aug⁹. Cõtriſtabaẗ in eis humanus affectus:q2 carnalis deſolabaẗ aſpectus. Nouerat autem chriſtus quid eis potius expediret :q2 viſus interior ipſe eſt vtiq; melior quo eos cõſolaturus erat ſpũſſanctus nõ cernentiũ corporib⁹ ingeſturus corp⁹ humanũ:ſed ſeipſũ credentiũ pectorib⁹ infuſur⁹. Uñ ſubdit: d ¶Sed ego v̓itatē dico vobis.i. vere dico vob.Et eſt q̃ſi iuramẽtũ. e ¶Expedit vobis vt ego vadã. Aug⁹. Expedit vobis vt hec forma ſerui auferaẗ a vobis: nolo vt ſemp adhuc me carnaliter diligatis: et iſto lacte contenti ſemper infantes eſſe cupiatis. f ¶Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos.i.nõ eritis idonei eum recipere. Aug⁹. Si tenera alimẽta quib⁹ vos alui nõ ſubtraxero/ſolidũ cibũ non eſurietis: vel ſi carni heſeritis/ carnaliẗ eſurietis/capaces ſpirit⁹ nõ eritis.

a et nẽmo ex vobis interro/ b gat me/quo vadis. Sẽd q2 hec locutus ſum vobis:tri/ c ſticiã † impleuit cor veſtrũ. d Sẽd ego veritatē dico vo/ e bis: expẽdit vobis vt ego f vadã. Si ẽm nõ abiero pa/racletus nõ veniet ad vos.

Si autē abiero Moraliter

✶ pꝑterea exaltabit caput. Heb.j.b. Uidem⁹ ieſum chriſtum propter paſſionem mortis gloria ⁊ honore coronatum. Septimo vadit militib⁹ ſuis ſtipẽdia collatur⁹. Eph.iiij.b. Aſcendens chriſtus in altũ captiuam duxit captiuitatem:dedit dona militibus.Et.j. eodē. Si abiero mittã eũ ad vos. a ¶Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Nos debem⁹ q̃rere a dño: ⁊ quo vadit vt puẽiamus: ⁊ qua vadit vt imitemur. Et ad hanc q̃ſtionē rñdet dñs .ſ. xiiij.a. Ego ſum via q̃ itur:⁊ veritas ⁊ vita ad quã puenit.Sed multi ſunt qui nõ quęrũt de gaudio paradiſi: nec de viã mãdatoꝝ dei. De quib⁹ diciẗ Iob.xxi.b. Qui dixerũt dño deo:recede a nobis: ſcientiã viarũ tuarũ nolumus. Alij ſunt qui vtrũq; quęrũt: ſed nõ ad ędificationē/ imo ad curioſitatē. De quib⁹ diciẗ Eſa.lviij.a. De die in diē me quęrũt ⁊ ſcire vias meas volunt. Quidã autē volũt ſcire quo vadit: ſed nõ curãt de via q̃ vadit: ſicut philippus.ſ.xiiij.a. Dñe oſtende nobis patrē et ſufficit nobis ⁊c. Bern. O q̃ pauci dñe poſt te ire volunt:cũ tñ ad te puenire nemo qui nolit. Quidã autē vtrũq; volũt ſcire pꝑter ędificationē: De quib⁹.ſ.xiiij.a. Et viam ſcitis:⁊ quo ego vado ſcitis. b ¶Sed q2 hec locutus ſum vobis: triſticia impleuit cor veſtrũ. Per hoc ſignificanẗ quidã puſillanimeſ qui modicũ quęrũt de patria quo dñs iuit:eo ꝙ modicã ſpem habent: et ideo nimis triſtanẗ ⁊ q̃ſi triſticia abſorbenẗ in ſeipſis in verbis dñi:q2 timent. Ps. Ad meipſum Ps.41. anima mea cõturbata eſt: pꝑterea memor ero tui. Ideo bonũ eſt cogitare ⁊ q̃rere de patria ne abſorbeamur abũdãtiori triſticia.ij.Cor.ij.b. Cõſolemini magis ne abũdantiori triſticia abſorbeaẗ qui eiuſmodi eſt. Uel in bono: b ¶Sed quia hec locut⁹ ſum vobis:triſticia impleuit cor veſtrũ: dolor.ſ. de peccatis: In ſermone eñ dñi debem⁹ concipere dolorē ⁊ parere cõfeſſionē ⁊ ſatiſfactionē. Abacuk.iij.d. Audiui ⁊ cõturbat⁹ eſt venter meus ⁊c. De hac triſticia diciẗ.ij. Cor.vij.c. Que ſm deũ triſticia eſt/pęnitentiã in ſalutē ſtabilem operatur. d ¶Sed ego veritatem dico vobis: q.d. etſi cõtriſtemini/ tamē veritatē dico vob. In quo notaẗ ꝙ veritas nemini parcit: nec eſt omittenda etſi diſpliceat audienti /ſeruato tñ mõ ⁊ tẽpore ⁊ loco in dicẽdo. Ps. Ecce labia mea nõ phibebo a veritate.ſ.dicẽda: dñe tu ſciſti: iuſticiã Ps.39. tuã nõ abſcõdi in corde meo ⁊c. Sed q2 quidã veritatē dicũt nõ ad ędificationē aliorũ ſed pꝑter oſtentationē vel indignationem: ideo ſubdit: e ¶Expedit vobis vt ego vadã: q.d.de expediẽtib⁹ ego loquor: Pᷓdico eñ vobis receſſum meũ qui expedit vobis.

Expediebat chriſtum abire/vt
- Nos in hereditatē introduceret. Mich.ij.d. Aſcendet pandens iter ⁊c. Exod.xv.c. Introduces eos.ſ.xi.f. Expedit vt vnus homo moriaẗ p populo.
- Amorem carnalem amputaret.ſ.vj.g. Caro non prodeſt.
- Deſiderium accenderet.

Unde viri hiericho ſublatũ heliam ardenti⁹ quęſierũt.iiij. Reg.ij.c.Cantſ.iij.a. In lectulo meo per noctem quęſiui quē ⁊c.Eſa.xxvj.b. Anima mea deſiderauit ⁊c.Et ſubdit q̃re expedit. f Si eñ ego/ nõ abiero paraclet⁹ non veniet ad vos. Bern. Niſi carnis pᷓſentia ſubtrahaẗ ſpiritualē gratię plenitudinē mẽs occupata nõ admittit.Si ita eſt/quis audet decętero carnis illecebris phãtaſticis dedit⁹ paracletũ expectare ? Quid huic ſterq̃linio/⁊ illi cõſolationi? ij.Cor.vj.d. Que ſocietas lucis ad tenebras:aut que cõtentio chriſti ad belial? Et nota ꝙ carnalis affectus et turpis/ gratiã expellit: ſed† carnalis et naturalis impẽdit:ideo ablactari nos oportet.ſ.vj.g. Spũs eſt q̃ viuificat caro nõ pdeſt q̃cq̃.Eſa.xxviij.c.Quē docebit ſciaꝫ ⁊ quē itelligere faciet auditũ? Ablactatos a lacte/auulſos ✶ ab vberibus

Al.† charitas dei gratiam

a Si aūt abiero mittā eū ad vos.i. faciā vos idoneos ad recipiendū. Aug⁹. Hoc eſt: nō poteſtis capere ſpiritū niſi ſm carnem noſſe deſiſtatis chriſtū.ij. Cor.v.d. Et ſi nouerimus chriſtū ſm carnem: ſed iam nō nouimus. Chryſ. Mittam.i. pparabo vos ad ſuſceptionē illi⁹: Qualit em̄ q̄ vbiq̄ eſt mittit? Alit aūt ⁊ differētiā hypoſtaſeos oſtēdit: ⁊ q̄ ſit vtilitas eius aduētus: vel quis effectus/ ſubdit: b Et cū venerit ille arguet.i. redarguet: d Mundū: iudeos ſpecialiter mūdanos: e De pctō/ ſuo. f Et de iuſticia/ mea. g Et de iudicio/ diaboli. Et exponens qđ dixerat/ ſubdit: h De peccato quidē/ arguet: quia non crediderunt in me. Chryſoſtom⁹.q.d. non impune agent iudei que agent in me: quia redarguet eos ſpūs cum venerit: id eſt omnē excuſationē eoꝝ abſcidet: ⁊ oſtēdet peccaſſe irremiſſibilit. Sed quō redarguet? Cū replens apoſtolos/ ſigna faciet p eos in nomie meo: cū ipſe ſpirit⁹ dabit ab aplis me inuocato. Pater em̄ teſtat⁹ ē de me: vt

Matth.3.d.et.17.a. in baptiſmo ⁊ in tranſfiguratiōe: teſtabit autē ⁊ ſpūſſanctus.

❡ De iuſticia ſeo

Aliter Scdm Aug. ſic legit: c Arguet mūdū de peccato: qđ fecerūt. f Et de iuſticia: quā omiſerūt: vel imitati nō ſunt. g Et de iudicio: qđ non timuerūt. Et exponendo ſubdit: h De peccato quidē: q2 nō crediderūt in me. Ponit hoc peccatū infidelitatis ſpecialiter: q2 hoc manēte/ cetera

manent: hoc decedente

Moraliter * ab vberibus. Heb.v.d. Qui lactis eſt pticeps/ expers eſt ſermonis iuſticie. Sequit: a Si autē abiero mittā eū ad vos. Hoc eſt qđ dicit Luc.vj.f. Date ⁊ dabit vobis. Date chriſtum ſm carnē: ⁊ dabit vobis ſm ſpm̄. Et Ps. Sumite

Ps.80. pſalmū.i. ſpm̄ſctm̄: ⁊ date tympanū.i. carnalē affectū. b Et cū venerit ille arguet mundū. Dicto q mittet ſpm̄ſanctū/ determiat ad quid mittat eū: q2 ad arguendū. Sed quare nō dicit hoc potius de filio cui attribuit ſapiētia? Sapiētis

Quare ſpiritus ſanctus dicitur arguere

em̄ pprie eſt arguere. Unde.J.v.d. Pater non iudicat quēq̄: ſed omne iudiciū dedit filio: Ergo fili⁹ eſt iudex: et iudicis eſt arguere. Itē.J.xiij.b. Uos vocatis me magiſter ⁊ dn̄e: et bn̄ dicitis: Ergo ipſe eſt magiſter: ⁊ magiſtri pprie eſt arguere. Itē cū arguere videat eſſe iuſticie ⁊ ſeueritatis/ nō videt cōpetere ſpiritui/ cui attribuit benignitas. Solutio hui⁹ queſtiōis eſt: q2 ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto cōuenit: ⁊ q2 dictū erat de filio et non de ſpirituſancto: ideo dicit hic de eo. Itē poteſt eſſe ſolutio hui⁹ moralis. Spūſſanctus em̄ dicit arguere/ ad innuendum q ⁊ miſericordia ⁊ pietate ⁊ benignitate debem⁹ arguere. Unde Ecci.xx.a. Q3 bonū eſt arguere q̄ iraſci. Et Eſa.xj.a. Egredietur virga de radice ieſſe: id eſt correctio de charitatis incēdio. Et Exo.xxxij.f. Ponat vir gladiū ſup femur ſuum: Ite ⁊ redite de porta vſq3 ad portam p mediū caſtroꝝ/ et occidat vnuſq̄ſq3 fratrem ⁊ amicū ⁊ pximū ſuū: id eſt arguat ex amore ſicut argueret fratrem.ij. Theſſal.iij.d. Nolite eſtimare vt inimicum/ ſed corripite vt fratrem. Bern̄. Si interdum opus eſt correctione paterna ſed non tyrannica. Alia ratio ponitur in Glo. Quia ſpirituſſanct⁹ facit nos tales vt poſſimus arguere. Tria enim impediunt ne aliquis habeat auctoritatē

Tria impediūt arguentem

arguendi aliū: videlicet immūdicia/ ignorantia/ ⁊ timor. Hec amouet ſpūſſanctus: quia purgat/ illuminat/ ⁊ corroborat. Et ideo ſup apoſtolos deſcendit in ſpecie ignis: qui facit hec tria: Act.ij.a. Q2 autem immūdicia retrahat ab arguendo ſiue a correctione/ dicit Gregori⁹: Supiectas ſordes tergere nō valent manus que lutum tenent.j. Machab.iiij.e. Elegit iudas ſacerdotes ſine macula voluntatē habentes in lege dei ſui: et mūdauerunt ſancta. Ecci.xxxiiij.a. Ab immūdo quid mūdabit? Matth.vij.a. Quomō dicis fratri tuo: frater ſine eijciam feſtucā de oculo tuo: ⁊ ecce trabes eſt in oculo tuo? De ſecūdo dr̄ Ro.ij.c. Qui ḡ aliū doces/ teipſum nō doces. Ezech.xxij.f. Inter pollutū ⁊ mūdū nō habuerūt diſtantiā. Matth.xv.b. Si cecus ceco ducatū pbeat ⁊c. De tertio dicit Ecci.vij.a.

a Si autē abiero mittā eum ad vos. Et cūm venerit ille/ arguet mūdū dē peccato/ et dē iuſticia/ et de iudicio. Dē peccato quidem: quia nō crediderunt in me.

Noli querere fieri iudex niſi valeas virtute irrūpere iniquitates: ne forte extimeſcas faciem potētis. Hiere.j.b. Ne timeas a facie eoꝝ: q2 ego tecū ſū. Itē ſpirituſſanct⁹ dicit arguere: q2 ille maxime ſe redarguit in q̄ eſt grā ſpūſſcti. Arguit ḡ mūdū.i. facit hominē arguere in ſe qđ mūdi eſt. Job xlij.a. Auditu auris audiui te: nunc autem oculus me⁹ videt te: idcirco ipſe me reprehendo. Ibi Gregori⁹. Quāto quis maioris gratie lumē recipit: tanto reprehenſibilē ſe eſſe cognoſcit: Sicut puluis apparet in radio ſolis: q̄ non apparet in vmbra. Itē ſpirituſſanct⁹ cui attribuit benignitas ⁊ amor/ dicit arguere: ad ſignificādū q magne miſericordie ⁊ amoris eſt qn̄ de⁹ arguit nos ⁊ corripit. Heb.xij.b. Flagellat omnē filium quē recipit. Apoc.iij.d. Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. Ezech.xvj.e. Zel⁹ me⁹ receſſit a te ⁊c. Dic ḡ c Arguet: p rōnes irrefragabiles: p pſonas viles ⁊ fragiles: p diaboli penas intermiabiles. d Mundū: quia veritati incredibilis: Unde dicit: e De peccato/ qđ fecerūt. Itē q2 vite ſanctoꝝ diſſimilis: Un̄ dicit: f Et de iuſticia/ quā imitati non ſunt. Itē quia nec per penā alterius corrigibilis: Unde dicit: g Et de iudicio: qđ non timuerunt. Et formatur ſic argumentū ſpirituſſancti. Peccatum fecit: iuſticiam omiſit: ergo iudicium damnatiōis incurrit. Uel aliter formari poteſt/ vt de iuſticia ſit maior propoſitio. Dominus enim iuſticiam ſanctorū proponit vel iuſticiam mādatorū: et aſſumit tranſgreſſorem: et ex hoc concludit eternam damnationē. Et hoc eſt quod dicitur Ezech.ij.d. q in libro erant lamentationes/ carmen et ve. Dominus enim lamenta proponit: et nos ſequimur carmina ⁊ mūdi gaudia: et ideo concludit ve eternum. Ezech.vij.f. Fili hominis fac concluſionē: quoniā terra plena eſt iudicio ſanguinum: ⁊ ciuitas plena iniquitate. Spirituſſanct⁹ ḡ arguit de peccato iam cōmiſſo. Unde dicit per Ps. Arguam te ⁊ ſtatuam contra faciem tuam: qđ eſt qn̄ Ps.49. venit in cor per gratiā: vel quādo mouet ad arguendū predicatoris linguā. Arguit autem de peccato/ ⁊ bene: propter ſex

Spirituſſanctus arguit de peccato propter ſex cauſas

cauſas. Prima: propter rupturā federis in baptiſmo: de quo Eſa.lv.a. Feriam vobiſcū pactum ſempiternū: qđ.ſ. nunq̄ debemus frangere. Et nota q ſicut quādo gentiles faciebant pactum/ diuidebāt porcum vel aliud animal/ tranſeuntes per medias diuiſiones/ et dicētes: ita diuidet qui infringet pactū iſtud: ſic chriſtus diuiſus fuit in cruce ad confirmandum hoc pactum. Unde pater loquēs ad eum dicit Eſa.xlij.b. Dedi te in fedus populi. Et Ro.vj.a. Quicūq̄ baptiçati ſum⁹ in chriſto ieſu: in morte ipſius baptiçati ſum⁹. Sed Eſa.xxiiij.b. Irritum factū eſt pactum. Et ideo ſequit: Proiecit ciuitates/ nō reputauit homines. Item arguit propter inobedientiā: id eſt de inobediētia ⁊ cōtemptu in peccato. Eſa.xxiiij.c. Ue mihi: puaricatores puaricati ſunt: et puaricatione tranſgreſſorum preuaricati ſunt. Prouerb.xxix.c. Seruus verbis erudiri non poteſt: quia qđ dicis intelligit ⁊ reſpondere contemnit/ per operis executionē. Item arguit propter ingratitudinē. Unde dic p Ps. Retribuebant mala pro bonis: et de- Ps.37. trahebant mihi ⁊c. Et Judic.ix.b. Nunc ergo ſi bene egiſtis cum hieroboal ⁊ cum domo eius: ⁊ reddidiſtis vicem beneficijs eius qui pugnauit pro vobis/ ⁊ animā ſuam dedit periculis vt erueret vos de manu madian ⁊c. cogitate ſupple. Quarto arguit de vilitate peccati. Roma.vj.d. Quem fructum habuiſtis tūc in illis in quib⁹ nūc erubeſcitis? Quito de imiſericordia ſui: quia p quodlibet mortale iterficit ſe homo. Ecci.x.d. Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? Sexto arguit de cōtriſtatione ſpirituſſancti. Eph.iiij.g. Nolite contriſtare ſpiritūſanctum in quo ſignati eſtis. Heb.x.c. Spiritui gratie cōtumeliā fecerit. Sic ergo arguit/ h De peccato quidem/ commiſſo. Sed quare fecerunt peccatum? i Quia non crediderunt in me. Qui enim vere crederet penam peccantis non peccaret.j. Joh.v. Qui credit in deū nō peccat. Eſaie.xxj.a. Qui icredul⁹ eſt infidelit agit.

* De iuſticia autem

a De iuſticia vo/ qꝛ ad patrē va do: et iā nō videbitiſ me. De iu

☞ a De iuſticia vo/mea redarguet eos: Dixerūt enī me in/
.S.9.c. iuſtum/ et deo cōtrariū. Unde etiā dixerūt: Nō eſt hic homo
ex deo. Sed ſpūſſanctus oſtēdet me iuſtū: et ita cōfundet eos
de iuſticia mea: id ē ꝑ manifeſtationē iuſticie meę. Et ꝑ qđ ar/
gumentū? Per hoc: b Quia ad patrē vado: qꝛ oſten/
det ſpūſſanctus meā
aſcenſionē ad patrē.
Ad patrem enim ire
argumētū eſt ⁊ irre/
prehēſibilis vitę. Et
non ſolum vado illuc ad horam/ ſed manebo: Unde ſubdit:
c Et iam non videbitis me: quia ſemper ero in celis: ⁊
in mundū vltra non redibo viſibilis. Chryſoſtom⁹. Uide per
duo hec interemptam ſuſpicionem pernicioſam iudeorum. ſ.
per operationē ſignorum: vnde dicit: Arguet mundū de
pctō: Et ꝑ eſſe cū patre: vnde: De iuſticia vo qꝛ vado
ad patrē ⁊c̄. Nec enim ſigna facere peccatoris eſt: non eñ
pōt peccator ſigna facere: Nec apud deū eſſe ⁊ manere ſem/
per/ eſt peccatoris. Unde ꝑ hoc obſtruit ora iudeoꝝ dicētiū:
quoniā peccator eſt: ⁊ quoniam non eſt ex deo. d De iudi/
☞ cio autem quia
aliter ✻ manent: hoc decedēte cetera remittuntur. a De iuſticia
vero/ credētium quā non imitant. Et cōuerſus ad apoſtolos
quibus loquebat oſtendit que ſit illa iuſticia ꝑ quā vel de qua
mūdus arguit/ dicens: b Quia ad patrem vado ⁊c̄.
Auguſtin⁹. Mundus de peccato quidem ſuo: de iuſticia vo
arguit aliena: ſicut arguunt de lumine tenebrę. Quātū eñ ma
lum ſit eorum qui non credūt/ nō ſolum per ſeipſum: verūetiā
ex bono poteſt apparere eorū qui credunt. Et quoniā iſta vox
infideliū eſſe conſueuit: quomō credemus qđ non videmus?
Ideo credentiū iuſticiā ſic oportuit diffiniri: quia ad patrē
vado et iam non videbitis me: vos apoſtoli/ et tamen
✻ credetis: Et hec
aliter ✻ a De iuſticia vo ⁊c̄. quā. ſ. nō fecerūt vel omiſerūt: qđ fit
in pſenti/ qñ illuminat⁹ aliquis ꝑ gratiā arguit in ſe ꝙ nō fecit
opa iuſticię: Uel in futuro/ qñ ponet rationē cū ſeruis ſuis de
talento cōmiſſo: qñ dicet villico: Redde rationē villicationis
tuę: Luc. xvj. a. Tūc non ſolum arguent peccata cōmiſſa ſed
bona omiſſa. Iuſticia aūt dicit op⁹ pęnitētię ſiue iuſtificatio:
vno modo. Iuſticiā eñ debem⁹ facere de latronib⁹ chaldeoꝝ:
qui interpretant feroces: ⁊ ſignificant auariciā. Eccl. x. b. Ni/
hil eſt iniqui⁹ ꝙ amare pecuniā: de quib⁹. iiij. Reg. xxiiij. a.
Immiſit dominus latrunculos chaldeorum et latrunculos
ſyrię et latrūculos moab ⁊ latrūculos filioꝝ āmon ⁊c̄. Syria
interpretat ſublimis: ⁊ ſignificat ſuperbiā. Et moab qui inter/
pretat ex patre: ſignificat carnis concupiſcentiā quā trahim⁹
a pmo parēte. Ammon q̄ interpretat nutricēs vel pplus parcēs:
ſignificat molliciem carnis ꝙtum ad victū ⁊ veſtitū. Iſti duo
ſūt cognati ⁊ fratres/ moab ⁊ āmon: id eſt luxuria ⁊ gula. Hie
Ps. 105. ronym⁹. Uenter mero eſtuans deſpumat cito in libidinē. Ps
Fecerūt vitulū in oreb ⁊c̄. qđ interpretat mēſa: quia in menſa
excitat carnis laſciuia ⁊ cōcupiſcentia: quę deſignat ꝑ vitulū.
Hiere. v. b. Saturaui eos ⁊ męchati ſunt. De his latronibus
debet fieri iuſticia/ in rebus/ in patria/ in corporibus. Unde. j.
Eſdre. vij. d. Ois qui nō fecerit legē dei tui ⁊ legē regis dili/
genter: iudiciū erit de eo ſiue in mortē/ ſiue in exilium/ ſiue in
cōdemnationē ſubſtātię ei⁹/ vl certe ī carcerē. Uel/ a De iu/
ſticia/ fidei quā ad exemplū ſanctoꝝ nō habent: de q̄ Abacuk
ij. a. Iuſtus autē in fide ſua viuet. Roma. iij. d. Arbitramur
hoiem iuſtificari ꝑ fidē. Uel iuſticiā vocat op⁹ cuiuſlibet vtu/
tis generaliter. Arguit ergo de iuſticia quā nō fecerūt: et iuſte
ꝓpter ſex cauſas. Primo: qꝛ opera iuſticię cōſona ſunt naturę.
Unde Iob. xxxj. b. Ab infantia creuit mecū miſeratio: et de
vtero matris meę egreſſa eſt mecū. Domin⁹ eñ facit nos iudi
ces in hac cauſa. Unde. Io. iiij. c. quādo domin⁹ exigebat a ſa/
maritana potum: id eſt opera iuſticię: ⁊ inſtruebat eam/ dixit
ei: Uoca virum tuum id eſt rationem: id eſt iudica ſm rationē
tuam vtrum debeas facere. Secūdo: quia facilis eſt iuſticia.
Prouer. iij. c. Uię eius vię pulchrę ⁊c̄. Ergo faciles ſm cō/
munē modū loquēdi. Sap. vlt. c. Ex aqua q̄ ante erat/ terra
apparuit arida: ⁊ in mari rubro via ſine impedimēto. Opera
enim que homini dum erat in mortali peccato erāt difficilia:
fiunt ei facilia quādo dimittit peccatum. Gratia eñ ſiue cha/
ritas omnia ſuffert et ſupportat. j. Corinth. xiij. c. Tertio: quia
dulcedie reſperſa eſt
iuſticia: et iniquitas
amaritudine. Eccl.
vj. c. Sapiētia doc/
trinę ſm nomē ei⁹ ē:
qꝛ ſapida eſt bonis. Sapiētia eñ a ſapore dicit. Ps. In cu/
ſtodiēdis illis retributio multa. Quarto: qꝛ ad faciēdū opera Ps. 18.
iuſticię plures et fortiores coadiutores habem⁹ ꝙ ad facien/
dum malū. Unde. iiij. Reg. vj. d. Noli timere: plures enim
nobiſcū ſunt ꝙ cum illis. Ro. viij. f. Si deus ꝓ nobis qs cō/
tra nos? Quinto: qꝛ multis ⁊ apertiſſimis ſanctorū exemplis
manifeſtata eſt nobis iuſticia. Unde Col. j. d. Myſteriū quod
abſcōditū eſt a ſeculis ⁊ generatiōibus: nūc autē manifeſtatū
eſt ſanctis eius. Et Ezech. xl. f. Celatura palmarū in fronte
illius hinc ⁊ inde. Per palmā cuius fructus in anno centeſi/
mo colligit/ iuſticia ſignificat: cuius fructus in vita eterna ha
bet: quo coronabunt victores ſpirituales. Iſta palma ante
paſſionē domini fuerat depicta: ſed poſtea celata ē ⁊ ſculpta:
quia multi ꝓ chriſto expoſuerūt corpora ſua. Sexto: qꝛ iuſti/
cia fructuoſa eſt. Oſee. x. d. Seminate in veritate iuſticiam: ⁊
metite in ore miſericordię. Et. ij. Cor. ix. c. Augebit incremē
ta frugū iuſticię veſtrę: vt in omnib⁹ locupletati abūdetis in
oēm ſimplicitatē. Heb. xij. c. Omnis quidē diſciplina in pre/
ſenti videtur non eſſe gaudij ſed meroris: poſtea autem fru/
ctum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſticię. Recte
ergo ꝓpter has cauſas dicit: Arguet mūdum: id eſt ama/
tores mundi. a De iuſticia/ quā non fecerūt. Et nota ꝙ
ſubdit: b Quia ad patrē vado: ⁊ iam nō videbitis
me: Et oſtendunt due ratiōes quare arguēdi ſunt de iuſticia
omiſſa. Prima eſt propter exemplum. Unde dicit: Quia
ad patrem vado: per paſſionem ⁊ crucem viam faciens
ad glorificationē: Ibi enī fecit ⁊ docuit iuſticiā nobis. Unde
Sap. xiiij. a. Bñdictū lignū ꝑ quod fit iuſticia. j. Pet. ij. d.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis: vobis relinquens exemplum
⁊c̄. Iaco. v. c. Finem domini vidiſtis. Secunda eſt propter
premium ad quod iuit ꝑ iuſticiam. Unde dicit: c Et iam
non videbitis me. q. d. iam glorificabor et vltra non ero
viſibilis ⁊ mortalis. d De iudicio autem: quod non ti/
muerunt/ cum tamen dicat Hiero⁹: Quotienſcūq̄ diē iudicij
intueor/ toto corpore contremiſco. Abacuk. iij. d. Audiui et
conturbatus eſt venter meus: a voce cōtremuerūt labia mea.
Eſa. xxj. a. Corrui cum audirē/ turbatus ſum cum viderem.
Deberemus autem timere iudicium: quia certum eſt nobis
tribus modis. Primo quia pluries eſt nobis predictum ⁊ cō/
minatum. Deut. xxxij. c. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo:
ardebit vſq̄ ad inferni nouiſſima ⁊c̄. Iob. xix. d. Fugite a fa/
cie gladij. Eccs. xij. d. Cūcta adducet de⁹ ī iudiciū. Eſa. xxij.
b. Dies interfectiōis ⁊ conculcatiōis ⁊ fletuū ⁊c̄. Et. xxx. g. Pre/
parata eſt ab heri topheth. Uñ dicit Ps. Iudicia tua nō ſum
oblit⁹: quia totiens recitant. Secūdo: quia menti cuiuſlibet Ps. 118.
eſt impreſſum ꝙ deus iuſtus eſt: Ergo exequetur iudicium.
Heb. xj. b. Credere oportet accedentem ad deum/ quia eſt: ⁊
inquirentibus ſe remunerator eſt. Tertio: qꝛ illud iā experti
ſumus in parte. Quot enim tribulationes/ quot infirmitates
patimur: tot ſtillas de iudicio dei ſentimus. Si ergo tanta eſt
ſtilla: quanta erit abyſſus ipſius? Ps. Iudicia domini abyſ/
ſus multa. Iob. xxvj. d. Cum vix paruam ſtillam ſermonum Ps. 35.
eius audierimus: quis poterit tonitruum magnitudinis eius
intueri? His ergo trib⁹ modis eſt nobis certum iudicium dei
ſcʒ per auctoritates ſcripturarum: per rationis ductum: per
experimentum: ideo nobis timendum. Secundo timen/
dum eſt/ quia occultū nobis. Nihil enim certius iudicio: et ni/
hil incertius hora iudicij vel mortis. j. Theſſal. v. a. Dies
domini ſicut fur in nocte ita veniet: cum enim ⁊c̄. Naum. j. a.
✻ Dominus in tempeſtate

Scio autem/ quia princeps mūdi huius iam iudica/
tus eſt. Chryſoſtom⁹. Rurſus hic eūdem qui de iuſticia re/
iterat ſermonem.q.d. per iudiciū diaboli confundet iudeos/
dicentes me iniuſtum. Argumentū enim contra eos eſt expu/
gnatio aduerſarij: nequaq̄ eīn peccator exiſtēs expugnaſſem
eū: qd̓ neq̄ iuſt⁹ q̄s
hominum facere va/
luit. Sed quō potuit
eſſe iudicat⁹ diabol⁹:
Rn̄demus. Per ei⁹
reſurectionē quā ſpi/
rituſſanctus oſtēdit:

a b Judiciō aūt/ q̄uia p̄nceps mūdi
c hui⁹ iam iudicat⁹ eſt. Adhúc
multa habeo vobis dicere:
d ſed nō poteſtl portare modo.
e Cū aūt venerit ille ſpūs veri
f tatl docebit voſ omnē v̄itatē.

Nō eīn valuit eum detinere in morte diabolus: ſed eum ſpo/
liauit/ ſuos educens de limbo inferni. Unde Zach. ix.c.
Tu autē in ſanguine teſtamenti ꝛc̄. Item poteſtas eius exte/
nuata fuit: qd̓ ſciunt qui conculcant eum ſancti viri. Et nota
ꝙ quia ipſi dicebant demonium habet/ et ꝙ ſeductor eſt: ideo
dicit ꝙ de hoc confundent ꝛ redarguent cū viderint eū expu/
liſſe ꝛ ſuperaſſe diabolū ꝛ condemnaſſe.

Aliter * credetis: Et hęc eſt vera iuſticia fidei/ credere qd̓ nō videtur.
Tunc eīn iuſtus ex fide viuit: ſi non videt qd̓ credit: Abacuk.
ij.a. Heb.xj.a. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum ar/
gumentū non apparētium. j.xx.g. Beati qui non viderunt et
crediderunt. Nam ꝛ in apoſtolis qui viderunt chriſtum/ non
ex hoc laudata eſt fides eorum/ quia credebant qd̓ videbant:
id eſt filium hominis: ſed q̄ credebant qd̓ non videbant: id eſt
filium dei. a De iudicio autē/ qd̓ nō timuerunt et tn̄ ti/
mere debuerūt. b Quia princeps mūdi huius iā iu
dicat⁹ eſt. s.xij.e. Nunc iudicium eſt mundi/ nunc princeps
huius mūdi eijcietur foras. Proponit ergo cauſā timendi iudi/
ciū: quia diabolo q̄ erat precioſiſſima creatura nō pepercit.
Unde.ij. Pet.ij.a. Si angelis peccātibus non pepercit: ſed
rudētibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium
cruciandos reſeruari ꝛc̄. exemplum eorum qui impie acturi
ſunt ponens. Et nota Glo. Augl. Arguitur de peccato qui in
chriſtum non credit ꝛc̄. Sequitur. c Ad huc multa ha/
beo vobis dicere ꝛc̄. Dixerat domin⁹: Expedit vobis vt
ego vadam: quia mittā vobis paracletum.i. aduocatum qui
arguet aduerſarios veſtros: et non ſolum hoc/ ſed et conſulet
vobis ꝛ docebit vos: Et hoc eſt qd̓ dicit hic. Docebit vos
ꝛc̄. Iſta enim debet facere aduocatus: hoſtes cōfutare: et ſuiſ
cōſulere i cauſa ſua. Uel aliter cōtinua. Dixit ꝙ ſpirituſſanct⁹
arguet mūdum.i. faciet ipſos fortes ꝛ audaces ad arguendū:
hic dicit ꝙ faciet eos prudentes. Et hoc eſt qd̓ dicit: c Ad/
huc multa habeo vobis dicere.q.d. adhuc indigetis in/
ſtructione: ꝛ nō quia inſufficiens doctor ſim/ d Sed non
poteſtis portare modo: id eſt non eſtis adhuc capaces.
e Cū autē venerit ille ſpiritus veritatis: quem mittā
to vobis: f Docebit vos omnē veritatē. Auguſtin⁹.
Uel ſicut in nōnullis codicibus legit̄: Deducet vos i om/
ni veritate: vel/ docebit vos omnē veritatē.q.d. con/
fert ꝛ expedit me abire: ſi demū debetis portare cum abiero
q̄ modo nō poteſtis. Sed quā dicit veritatē: Rn̄dem⁹: Om/
nem veritatem/ de me.q.d. de meipſo magna non loquor:
¶ ille autem dicet

Moraliter * Dominus in tempeſtate et turbine vię eius. In turbine: quia
non videtur eius aduentus. Malach. iij.a. Quis poterit
cogitare diem aduentus eius: Eſa.xxix.b. Erit repente con/
feſtim viſitabitur a domino in tonitruo ꝛc̄. Et.xxx.c. Subito
dum non ſperatur veniet contritio eius. Tertio quia eſt proxi/
mum vel vicinum cum hoc ꝙ eſt occultum. Deut.xxxij.e.
Iuxta eſt dies perditionis. Abdię.j.c. et Soph.j.c. Iuxta
eſt dies dn̄i magn⁹ ꝛc̄. Jaco.v.b. Ecce iudex ante ianuā aſſi/
ſtit. Quarto/ q̄ generale et oībus et de omnibus peccatis:
Judicium enim nemini parcit: nec aliquod peccatum impu/
nitum vel indiſcuſſum tranſcurrit. Roma.xiiij.b. Omnes
enim ſtabimus ante tribunal chriſti. Sap̄.vj.b. Non acci/
piet perſonā cuiuſq̄ de⁹ ꝛc̄. Etiā ſancti ibi tremebunt. Job.
xxvj.c. Columnę celi cōtremiſcunt. Generale eīn erit q̄tū ad

omnia/ tam cogitata q̄ dicta q̄ facta. Eccī.vlt.d. Cūcta ad/
ducit deus in iudicium. Matth.xij.c. De omni verbo ocioſo
ꝛc̄. Roma.j.b. Reuelatur ira dei de cęlo ſuper omnem impi/
etatem ꝛ iniuſticiam hominū. Quinto: q̄ erit irreuocabile et
ineuitabile. Nō eīn flectet iudex nec p̄cib⁹ nec munerib⁹ nec
allegatiōibus. Pro/
uerb.vj.d. Zelus et
furor viri nō parcet
in die vindictę: nec
acquieſcet p̄cib⁹ cu/
iuſq̄: nec ſuſcipiet p
redēptiōe dona plu/
rima. Sexto: q̄ erit infallibile. Nō eīn decipit diuina ſapien/
tia. Heb.iiij.d. Oīa nuda ꝛ apta ſūt oculis ei⁹. Job.xxvj.b.
Nudus eſt infern⁹ corā eo. Septimo: q̄ omnib⁹ erit euidēs
cauſa iudicij. Job.xij.d. Qui reuelat profunda de tenebris.
Daniel.vij.c. Judiciū ſedit ꝛ libri apti ſunt. Eccl.xj.d. In
fine homis denudatio operū illi⁹. Et.xvj.b. Nō dicas a deo
abſcōdar ꝛc̄. Matth.x.c. Nihil opertū ꝛc̄. j. Cor.iiij.a. No
lite ante temp⁹ iudicare quoadusq̄ veniat dn̄s q̄ illuminabit
abſcōdita tenebrarū. ij. Cor.v.b. Oēs nos manifeſtari opor
tet ꝛc̄. Octauo: q̄ horrendū erit ꝛ terribile. Heb.x.e. Terri/
bilis autē quędā expectatio iudicij: ꝛ ignis ęmulatio q̄ cōſum
ptura ē aduerſarios. Erit autē terror ꝛ horror vndiq̄: q̄ de/
ſup erit iudex iuſt⁹ irat⁹. Sap̄.vj.a. Horrēde ꝛ cito apparebit
vobis. Heb.x.f. Horrendū eſt incidere ꝛc̄. Amos.iij.b. Leo
rugiet q̄s nō timebit: Inferius autē videbit infern⁹ acceſſus ꝛ
p̄parat⁹. Eſa.xxx.g. Preparata eſt ab heri tophet. Matth.
xxv.d. Qui parat⁹ eſt diabolo. Exteri⁹ mūdus ardens. Ps̄. Ps.96.
Ignis ante ipſum p̄cedet. Itē: Mōtes ſicut cera fluxerūt. ij.
Pet.vlt.c. Per quē celi ardētes ſoluent ꝛ elemēta ignis ar/
dore tabeſcent. Interi⁹ autē cōſcientia mordēs ꝛ rodēs. Eſa.
vlt.g. Uermis eorū nō morietur ꝛc̄. Sap̄.iiij.d. Uenient in co
gitatione peccatorū ſuorū timidi. b Quia p̄nceps mūdi
hui⁹ iā iudicat⁹ eſt.i. diabolus. Oſtendit vnā cauſam ti/
mēdi iudiciū: q̄ diabolo nō pepercit qui erat p̄cioſiſſima cre/
atura. ij. Pet.ij.a. Si peccātib⁹ angelis nō pepcit ꝛc̄. Ezech.
xxviij.e. In terrā p̄ieci te: ꝛ ante faciē regū dedi te. Ps̄. De Ps.59.
diſti metuentib⁹ te ſignificationē ꝛc̄. Dominus enim puniuit
diabolum/ vt nos cogitaremus iudicium et timeremus eum.
Et hoc valde vtile eſt nobis. Eccl.xj.c. Si multis annis vixe
rit homo ꝛ in omnib⁹ his lętatus fuerit/ meminiſſe debet te/
nebroſi temporis ꝛc̄. Eccl.xxviij.a. Memēto irę et deſine inimi/
cari. Eccl.xviij.c. Memēto irę in die cōſūmatiōis: ꝛ tēp⁹ re/
tributiōis in cōſūmatiōe faciens. Et.xxxj.a. Cogitat⁹ p̄ſciētię
auertit ſēſū. Eſa.xlj.f. Prope facite iudiciū vr̄m dic dn̄s. Hie
re.xv.d. A facie man⁹ tuę ſol⁹ ſedebā. Ps̄. Oīa iudicia eius Ps.17.
in conſpectu meo. Econtra dicit̄ de malis: Auferunt iudicia
tua a facie eius. Prouerb.xxviij.a. Uiri mali non cogitant
iudicium: qui autem requirunt dominū animaduertunt om/
nia. Sequitur: c Adhuc multa habeo vobis di/
cere: quę nemo habet determinare. Eſa.lxiiij.b. Oculus nō
vidit deus abſq̄ te quę p̄parasti ꝛc̄. d Sed nō poteſtis
portare modo: quia ita ſunt: et ideo non eſtis capaces ſed
debiles ſenſu ad capiendum tanta iuſticia et intelligendum.
Heb.v.d. Imbecilles facti eſtis ad audiendum. Et poſtea di
citur. Omnis qui lactis eſt particeps expers eſt ſermonis iu/
ſticię. j. Corinth.iij.a. Non potui vobis loqui tanq̄ ſpiritu/
alibus ſed quaſi carnalibus. Et.j. Nondum enim potera/
tis intelligere: ſed necdum quidem poteſtis. j. Corinth.ij.d.
Animalis autem homo non percipit ea quę ſunt ſpiritus dei
ꝛc̄. Uel/ Non poteſtis portare: quia oneroſa videntur ꝛ
grauia: et vos eſtis debiles ꝛ mammotrephi. s.vj.f. Durus
eſt hic ſermo: ꝛ quis poteſt eum audire: Uel portare/ in cor/
de imundo vel fracto non reportatur nec continetur ſapien/
tia. Un̄ Sap̄.j.a. In maliuolā animā nō introibit ſapiētia.
Et Eccl.xxj.f. Cor fatui quaſi vas confractum/ et omnem ſa
piētiā nō tenebit. e Cū autē venerit ille ſpūs verita/
tis/ docebit vos oēm veritatē: doctrinę/ iuſticię/ et vitę.
* j. Joh.ij.d.

☞ Ille autem dicet excelſa: modo creditis humilia de me / tūc magna. Nō eſt cōtrarium quod dicit̄. ſ̄.xv.b. Omnia queçūq̄ audiui a patre meo ⁊c̄. Eſt enim ſenſus: ꝙ omnia que expediebant eis dicere tunc / vel ꝙ nihil dixit contrarium patri. Vel / omnē veritatem / vie et patrie. Auguſtin⁹. Promittit totum quod factur⁹ erat ſpiritus: non ꝙ in hac vita totum ſit implendū. Simile. j. Joh. ij. d. Unctio docebit vos de omnibus. Et bene dicō ꝙ docebit vos veritatem / nō falſitatem:

ꝯſe.diſ.fi.

a Nōn enim loquet̄ a ſemet/
b ipſo: ſed queçūq̄ audiet lo
c quetur: ⁊ que ventura ſunt
d annūciabit vobis. Ille me
e clarificabit: quia de meo
accipiet / ⁊ annunciabit vo/
f bis. Omniá quecunq̄ ha/
g bet pater / mea ſunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet / et annūciabit vobis.

